BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 A
21

M

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DOGMATIBVS

Libri ix. Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

His accedunt ultra editiones cæteras, diſpoſitiones argumentorum ad ſua quælibet capita, adnotationes præterea quædam, eorum quæ præſtantiora uiſa ſunt: cum ſuo Indice proprio & peculiari.



LVGDVNI,

Apud Paulum Mirallietum, ſub inſigni Diui Pauli.

M. D. L.

CLARISSIMO ET SINGVlaris prudentiæ viro d. Alexandro Zerbinati, apoſtolico protonotario,& iuris v. doctori,pro illuſtriſſimo ac Reuer. Cardinali Ferrarienſi vicario generali Lugduni, Petrus Coruesius S. P. D.

VSV & obſeruatione communi à maioribus noſtris introductum, & una conſequentia à poſteris receptum eſt, uir humaniſsime, ut pro utilitate publica, ſic in aliorum ſcriptis uerſaremur, quo inde aliqua ex parte cuiuſq; ſcientiæ ſtudioſis, emolumentum aliquod proueniret, intelligentiæ facilioris, compendii, copiæ & ſimilium, uel ad imbecillitates forte noſtrarũ mentium, ut adnotationibus ſeu indicibus uelut quibuſdã propoſitis, principaliora, & quæ maioris momenti, in ſingulis uoluminibus eſſent, ad omnem occaſionem paterent, ob oculos uerſarentur, nec præterirent ignota. Eoq; præſtantiores & maioris efficaciæ futuros hos labores iudicatum eſt, quo in ſanioris & purioris doctrinæ libris reponerẽtur et collocarẽtur. Effectum eſt, cùm ipſe mecum ſæpius reputaſſem, ex ſapiẽtiſsimi Galeni libris (utilibus quidem omnibus, ſcientiæ ſolidæ & certæ, ac maximæ frugis) non inter poſteriores habendos, quibus de Hippocratis & Platonis decretis differit, ſed

ſeu uel uenerãdos & colendos magis, quòd tribus tam dignis inſigniti ſint nominibus, à quibus nihil, niſi quod ſumme bonum ſit, expectari debeat. Quod præterea non de infimis in his agat, ubi à uitalibus & naturalibus facultatibus orſus, ad animales deuenit, & harum mox munere expenſo, qualiter rectam & demõſtrabilem propriam functionem circa perceptibilia obire debeant, edocet: conſenſu & placitis illuſtrium prædictorum & ſuo. In quo opere ubi laborem & ſtudia impendi mea, adnotandis & indicandis his quæ inſigniora ac præſtantiora uiſa ſunt, in poſterioribus libris magis, ubi tota orationis uis intendit directa eſt. Eaq; Paulo bibliopolæ nõ uulgari, committenda curarem adſua munia: nec committendum tamẽ ut abſque condigno ſuo mecenate prodirent, cuius dignitate ſociata uelut & honeſtata exirent cultiora promore. eo delectu præſertim & proportione ſeruata, ut ſimiles adiungantur ſimilibus, non perperam nec fore inconueniens uiſum eſt, ſi uiro Platonico Platonica Dogmata dedicarem: uenerandam inſuper ueſtram illam canitiem ad ſtudia uiuidam, & renaſcentem admiratus aliquandiu, humanitatem & modeſtam eruditionem, ubi à liberalibus ſtudiis ad philoſophos & leges, nunc tandem pro ſuæ ætatis & profeſſionis debito, ad ſacram theologiam ſe contraxerit: in qua (ultra ueſtri magiſterii

& regiminis curas ad ea, quæ pro illuſtriſſimo ac Reuer. Cardinali Ferrarieſi hic Lugduni tractatis) ut conſonent ſententiis & ſono, Italica latinis ſic ueſtra ſtudia & uirilem operam dedicaſtis, ut iam tot ſint numero pſalmi Dauidis, Italis, quot Hæbræis, quot Græcis & Latinis nec perperam id uel utcunque conſtructum elaboratum, ſed conſultis per omnia omnibus interpretibus, qui ad id facere & conuenire uiſi ſunt. Et quis ergo pro ſummis & raris his ueſtris uirtutibus, non dignum uos huius conſortii iudicabit? Habeant igitur qui Hippocratē, qui Platonem & Galenum habent, Alexandrum etiam Zerbinatum dignum ueſtrum nomen ad immitationem & monumenta perpetua: & me ut ueſtris uirtutibus & clementia deuinctum. Lugduni Calendis Maii anno quinquageſimo ſupra ſeſquimileſimum.

INDEX EORVM QVAE IN HOC LIBELLO DECLARANTVR COPIOSISSIMVS.

ABDOMINI vnde arteria. fol. 17. linea. 3
Abſceſſu magno partes à qua & in quam læduntur. fol. 482. lin. 1
Academicorum, qui Platoni ſucceſſere, quæ ſit illa phantaſia & viſio &c. fol. 605. lin. 13.
Actio & vſus inſpicienda de quacunq; re cōſideremus quidnam ſit. fol. 20. li. 24. & fol. 21 lin. 10
Actiuam artē vbi Hippocrates tractauerit, non ſpeculatiuam. fol. 474. lin. 8
Actum voluntarium & voluntatem nihil intercedit. fol. 69. lin. 7
Actus virtutis pulcher & honeſtus quibus euadat. fol. 268. lin. 10
Acutorum morborum in victus ratione diſcrepant Medici. fol. 570. lin. 9
Ad aliquid quæ referantur à Platone. f. 605. lin. 4
Adulcſcentes quibus magis ſubijciantur morbis. fol. 499. lin. 15

Aegrotare paratos iam ægrotare ait Chry. fol.2‹3.lin.6
Aegrotationes primorum corporum vnde. fol.479.lin.6
Aegrotantis optimum medici iudicium. fol. 533.lin.15
Aequalia eidem, inter ſe æqualia eſſe neceſſarium.
Aequiuocatio duplex eſt: & deceptionem parit. fol.606.lin.7
Aequiuocationes fugiendæ. fol.201.lin.23
Aeſtate qui morbi homines infeſtent frequẽtius. fol.497.lin.26
Aetati cuique peculiaris morbus. fol.488. lin.14
Aeris attractio voluntaria animalibus. folio 512.lin.18
Aeris in noſtrum corpus attractio, tribus fit de cauſis. fol.512.lin.22
Aer circunfuſus quomodo afficiatur in viſione. fol.427.lin.1
Aer ſolus vt perſiſtit in animalium corporibus iuxta naturam ſuam. fol.483.lin.5
Aeris attractio ꝑ quæ loca fiat. fo 513.lin.23
Aetates, veluti regiones, noſtram corporum conſtitutionem immutant. fol.496.lin.25
AEtatum eadem ratio quæ & regionum, & anni partium. fol.497.lin.4
AEtates hominum quæ quibus valeãt tpib⁹
ma

magis, malè habeántve. fol. 500 .lin.22
Affectio eſt motio ex alio in aliū.f.319.li. 11
Affectio eſt rationis & concupiſcentiæ cum violenter ab ira impellimur ad actiones. fo.319.lin.22
Affectio & operatio vna eademq́; res interdum nominari nihil vetat. fo.321.lin.8
Affectio cuius cor apertū eſt, nō maior eo q thoracib⁹ accidit nōnūquā fo.2.lin.10.20
Affectionū & earū ſenſus differētia. fol.443
Affectus & operationes omnes in ſola ratione cōſiſtere putat Chryſippus.f. 271li.28
Affectus in anima contrarij & diſsidentes.folio.269.lin.7
Affectus differendo Chryſippus à veterū diſciplina recedit. fo.195.lin.23
Affectus perturb.pro diuerſo corporū temperamento variantur. fo.280.lin.28
Affect⁹ q hominē pallere,fri.&c. f.90.lin.22
Affectus quos eſſe cenſeat Poſsidonius. fol. 196.lin.6
Affectus animæ notitiam ſenſibus expoſitā habent. fo.314.lin.7
Affectus iudicia eſſe rationi.partis Chryſip. ait. fo.246.lin.24
Affectus animæ non in vna tantum animæ parte conſiſtunt. fo.271.lin.12
Affectus animi in corde eſſe, & non rōnē,cōfirmat imprudēs Chryſip.f.147.lin. 10.16

Affectus facit Chryſipp⁹ iudicia potius,quã iudicijs ſuccedentia. fol.183.lin.12
Affectus cordis. fo.115.lin.16
Affectuum curationes & medelæ à Platone. fol.274.lin.18.
Affectuum ſedis demonſtratio per quã elegans. fo.462.lin.25
Affici timore, mærore Poſsidonio quid ſit.f. 289.lin.10.
Alimenta copioſiora quo tempore ſumenda. fol.508.lin.3
Alimẽta quæ ſint animalibus.f.478.lin.10
Alimenti ſpiritualis principiũ. f.101.lin.23
Alimenti principium in corde falsò aſſumptum. fo.100.lin.13
Alimenti principia quæ. fo.100.lin.17.23
Alimentum quibus vaſis in totum corpus feratur. fo.385.lin.4
Alimentum quomodo alteretur. fol.364. lin.24.
Alteratio viſilium quo fiat modo. fol.448. lin.19.28
Alteratio non ſenſus, ſed alterationis dignotio. fo.442.lin.27
Alteratio qualitatis in corpore quomodo. fo.420.lin.15
Alteratio quid ſit. fo.364.lin.21
Altricis facultatis vbi origo. fo.465.lin.25
Ambiguitatem controuerſiamq; habere nul
lam

Iam aiũt, ea quæ iudicijs naturalibus expo ſita ſunt. fo.538.lin.9
Animum quid ſit. fo.369.lin.9
Amphibleſtroïs quid ſit. fo.432.lin.8
Amor cuius animæ partis ſit. fo.230.lin.16
Anatome & diſſectis animalibus quarum facultatum cor fons exiſtat docebimur. folio 39.lin.20
Anaxagoræ de morte cõſtanter reſponſum. fol.234.lin.20
Anni nulla pars frig.cali.ſic.humidi expers. fo.495.lin.20
Anni partes in qualitate variant. fol.497. lin.6
Anima ſitim alia parte refugit, alia expetit. fo.15
Anima pulchra & deformis Chryſippo. fol. 261.lin.5.19.
Anima ex tribus compoſita Platoni. fo.326. lin.10
Anima ſi incorporea quid, & vbi: ſi verò corporea quid & vbi. & an neutrum horũ ſit. fol.414.lin.3.9.
Anima ſtulta, turpis, & inconcinna quando efficiatur. fol.270.lin.1
Anima & ratio non idem. fol 262.lin.22.25
Animæ pars præcipua vnde ſenſus & motus. fol.38.lin.20
Animæ ſcita Platonis diuiſio. fol.109.lin.11

Animæ definitio ex Chryſippo. fol.108. lin. 18
Animæ facultates genere differentes Ariſtoteli. fol.153.lin.13
Animæ facultatum omnium cor Ariſt.dicit principium. fol.153.lin.15.16
Animæ ſpecies in iecore ſita cibi & potus cõcupiſcibilis Platoni. fol.385.lin.9
Animæ pars alia iubet,alia prohibet. fol.303. lin.8. & 17
Animæ primum inſtrumentum quod. folio 414.lin.13
Animæ collatio ad ciuitatem. fol.535.lin.5
Animæ parti rationali naturali dominari.fo. 230
Animæ partes in nobis duæ quomodo ſint Poſsidonio. fo.285.lin.28
Animæ ſubſtantiam eſſe ſpiritum quidam aſtruunt. fol.103.lin.12
Animæ partiũ pulchra Platonis diſputatio. fol.309.lin.13.20
Animæ partes Chryſippo quæ. fol.261.linea 17.& fol.262.lin.12.263.lin.20
Animæ partium diuiſiones Chryſippus aſſignat,quas nuſquam adſcribit. fol.261.lin.21
Animæ ſubſtantia quæ. fol.450.lin.10.20
Animæ functiones & operationes. fol.263. linea 19
Animę partes quo ſint loco ſitę,philoſophos ſcire

ſcire ad quid non conferat. fol.584.lin.11

Animæ tres partes in quibus animalis partibus ſitæ à Platone doctè non minus, atque ſcitè dictum. fol. 110.lin.3

Animæ morbus Platoni vnde. fol.267.lin.27

Animæ pars affectibus obnoxia in corde eſt: non autem rationalis. fol.157.lin.13

Animæ partes tres ad voluntaria obeũda differentes. fol.294.lin.18.& 295.lin.4

Animæ partes, & facultates & potentiæ dicuntur. fol.254.lin.25

Animæ quæ pars mortalis, quæve immortalis quibus probetur argumentis. fol.597.linea 2

Animæ tres partes: vna diuina, reliquæ affectibus obnoxiæ. fol.597.lin.16

Animæ partium functiones quæ ſint. fo.597.lin.22

Animæ morbus ſanitati & morbo confertur à Poſſidonio. fo.252.lin.16

Animæ vitiorum duæ ſunt ſpecies. fol.268.lin.19

Animæ ſan[illegible]as ex quarum partium temperamento, & contrà. fol.258.lin.17

Animæ facultates tres ſunt numero diuerſæ. fol.271.lin.16

Animæ duæ facultates quarum altera voluptatem, altera dominium victoriamq́ue appetunt. fol.240.lin.17

Ani

Animæ potētiæ & facultates actiuæ ſemper, nunquam paſſiuæ ſunt. fol.606.lin.20
Animæ principatus ibi eſſe, vbi neruorum origo, præcipua demonſtrationis propoſitio. fol.457.lin.12
Animæ pars affectibus obnoxia muſica & excitatur, & ſedatur. fol.288.lin.20
Animæ principatus in capite. fol.45.lin.13
Animæ immortalis à Deo ſubſtantiam ait Plato ſumptam. fol.595.lin.15
Animæ pars concupiſcens eſculenta & poculenta vbi à Platone eſſe dicatur. fol.388. lin.24
Animæ (qualiſcunque eius ſubſtántia fuerit) domicilium præcipuum cerebrum. fol.414
Animæ pars concupiſcibilis, agreſte pecus quoddam à Platone dicitur. fol.389.lin.1
Animæ principatus illic eſt, vnde origo ſenſus & motus oritur. fol.456.lin.22.& 457. lin.8
Animæ operibus pulchritudo & deformitas conuenit.fol. 273.lin.7
Animæ partes potentiæ. fol.283.lin.14
Animæ partes tres ex P[illegible] ſententia.fol.258. lin.13
Animæ facultátes meritò à Platone tum ſpecies tum partes fuiſſe vocatas. fol.330.lin.8
Animæ partes quibus comparentur. fol.326. lin.12.16

Anim

Animæ partes meritò & ſpecies à Platone ap pellatæ. fol.326.lin.22
Animæ partes vnius ſubſtantiæ è corde proficiſcentis putant facultates Ariſto.& Poſſidonius. fol.326.lin.25.& 327.lin.4
Animæ tres facultates, Platoni tres animæ ſpecies dicuntur. fo.325.lin.7
Animæ ſpecies tres quomodo dicantur. fol. 325.lin.19
Animæ noſtræ breuis perſtrinctio. fo.402. lin.7.10.20
Animæ tres diuiſæ partes, & quæ. fol. 402. lin.28
Animæ ſpecies tres. fo.328.lin.25
Animæ facultates plures ſunt, non vna. fol. 247.lin.21
Animæ partes aliquæ an immortales. folio 598.lin.18
Animæ partes quo in loco ſint ſitæ, ſcire medicis cur neceſſarium. fo.584.lin.9
Animæ pars affectibus obnoxia quomodo tẽpore ſedetur. fol.290.lin.20
Animæ tres pa vnam Plato ſcientificè docuerit. fo.599.lin.6
Animæ diuiſio. fo.580.lin.26.581.lin.10
Animal quodcunq; ita reſecari poteſt in affectibus cordis vt puer fuit. fo.2.lin.25
Animal genitum tribus diſpenſatur principijs. fo.408.lin.19
An

Animal rationale non concupiſcere falſum. fo.31.lin.12.
Animalis ſpiritu,lac & ſemẽ ſunt longè infe riora. fo.416.lin.10
Animalia quomodo ex alimentis oriantur. fol.478.lin.5
Animalia currere viſa corde erecto, atque clamare. fo.6.lin.10
Animalia penè ĩmobilia cupiditate ſola ducuntur. fo.292.lin.2
Animalis principium vnũ in capite, & quod munus habeat. fo.408.lin.21
Animalis ſpiritus ex vitali concoquitur per fectior. fol.416.lin.6
Animalis facultas & vitalis ab vno non cooriuntur fonte & loco. fol.152.lin.1
Animalis ſpiritus in medio potiſsimũ cerebri ventriculo. fo.172.lin.25
Animalis ſpiritus vbi contineatur. fol.172
Animalis ſpiritus vnde progignatur.fo.172. lin.16
Animalium partes, generationémq; latius tractauit Ariſtoteles,quàm Plãto.fo.479. lin.18
Animam quas facultates habere dicat Chryſippus. fo.222.lin.6
Animi perturbatio quid Chryſippo.fo.188. lin.19
Animi perturbatio quomodo accipienda.fo lio

lio.202.lin.16
Animus inſipientium & imperitorum quis Poſſidonio. fol 250.li.23
Appetitio quæcunque, cuius & qualis rei ſit appetitio. fo.604 lin.25
Appetitionum duo principia. fo.226.lin.19
Appetitibus qui dominentur. fo.206.lin.13
Appetitus in animali vnde exoriatur Poſſidonio. fo.279.lin.25
Appetituum ſedandorum facultas in ratione & quando non. fo.193.lin.8.10
Apertio cordis quomodo facta ſit in puero. fo.2.lin.10.20
Αὐτὸ ὅπο differunt. fo.67.lin.10.20
Argumenta ad fidem faciendam vtilia vnde eruenda. fol.149.lin.25
Argumenta ad vſum & actum reſpirādi quæ ex ſitu cordis duci poſſunt. fo.50.lin.7
Argumenta indigna philoſopho quibus vtitur Chryſippus. fo.142.lin.12
Argumenta ex ſitu inualida ad fidem facientia. fo.51.lin 1.& 20
Argumenta à ſitu ducentium error. folio.53. lin.28.
Argumentatio cordis falſiſsima. fo.100.lin. 1.20
Argumentum à poſituræ vicinitate.fol.97. lin.8.
Argumentum à ſitu partium non valere.fo. 62.

62.lin.7.

Ariſto.animæ virtutem vnam tantum,& facultatem vnam duntaxat voluit. fo.404. lin.11

Ariſto.vnam virtutem putabat plura nomina ſortientem. fo.399.lin.4

Ariſto.Chius quid de virtute.fo.283.li.28

Ariſtoteles quæ rectiſsimè de colorum repercuſsione. fol.445.lin.7

Ariſtoteles neruorum fontem ſemper ignorauit. fol.453.lin.11

Ariſtoteles demonſtrando nulla vtitur demonſtratione,niſi anili. fol.19.lin.20

Ariſtoteles rectiùs de viſu quàm Epicurus ſentit. fol.449.lin.25

Ariſtoteles mendacium non amat. fol.24.linea 3

Ariſtoteles deceptus duo vera proponit,tertium verò propinquum. fol.25.lin.13

Ariſtoteles de aëris & regionum tẽperie atq; hominum. fol.280.lin.16

Ariſtoteles reſectionis corporum non omnino imperitus. fol.24.lin.4

Ariſtoteli quæ omiſſa de viſus perceptione. fol.445.lin.13

Ariſtoteli quid aduerſetur, vbi ait ſolus color per refractionem &c. fol.445.lin.25

Ariſtotelicæ ſententiæ erroneæ de neruis cõfutatio. fol.19.lin.6

Ariſto

Ariſtotelis inualida argumentatio de neruis in corde. fol.19.lin.19.& abſurda. fol.20. lin.18.
Ariſtotelis & Praxagorę opinio de principio neruorum falſa. fol.7.lin.23
Ariſtoteli & Poſsidonio quot ſint partes. fo. 271.lin.18
Ariſtotel.Platon. Poſsido.dogma ſtabilitur. fo.295.lin.2
Ariſtotelis confutatio de neruis cordis. folio 27.lin.12
Ariſtotelis taxatio. fol.446.lin.18.& 447.li. 14
Ars naturæ. fol.590.lin.22
Artem ratione non ſatis eſt noſcere,ſed experientia opus eſt. fol.549.lin.14
Arteria neutra vbi adhuc non findatur.folio 12.lin.1.
Arteria recta circa medium iugulum bifariã diuiditur. fol.14.lin.13.
Arteria ad cubitum means, vena ab Hippocrate dicitur. fol.384.lin.3
Arteria venoſa quæ. fol.359.lin.18
Arteria venoſa vnde,& ad quid. fol.49.linea 14
Arteria penitus à corpore exempta,ne palpitat quidem tantiſper. fol.371.lin 21.24
Arteria maxima. fol.9 lin.21
Arteria cor ambiens. fol.9.lin.22

Arteria maxima vnde & quo. fol.349.lin.26
Arteria illa magna in viginti duas diuiditur arterias. fol.10.fol.6
Arteria magna truncus omnium aliarum. fo. 466.lin.20
Arteria aſpera vulnere affecta labor omnis ad loquendum inanis. fol.52.lin.22
Arteria à corde, vena à iecore. fol.351.lin.28
Arteria maxima quaſi truncus. fol.335.lin.11
Arteria quædam alia venoſa in totum pulmonem ex eodem cordis ventriculo. folio 17.lin.19
Arteria poſt ipſum ſeptũ ad ſpinam, ad ſplenem, ventriculum. fol.&c.fol.16.lin.6
Arteria magna, & arteria venoſa arboris trũco aſſimilantur. fo.17.18.lin.26
Arteriæ ad cubitum ſiniſtrum præſertim commeantis velox & magna ex natiuitate agitatio, quid ſignet. fol.383.lin.24.& 384. lin.4
Arteriæ fœtus duæ ab vmbilico quo progrediantur. fol.369.lin.14
Arteriæ retiformes locatæ in cerebri fundamento. fol.172.lin.18
Arteriç ſpiritum in totum corpus diſpẽſant. fol.361.lin.14
Arteriæ retiformes à corde ortum habent. folio 172.lin.20
Arteriæ omnes à ſiniſtro cordis ventriculo.

lo. o.17.lin.17
Arteriæ maximæ mininnarum pricipia. folio.342.lin.10
Arteriæ febrium cognitionis gratia, quæ cõtingantur. fo.11.lin.10
Arteriæ ſub alis duæ, in vno quoq; brachio vna. fo.11.lin.12
Arteriæ inciſæ omni pulſu priuantur. folio 428.lin.8
Arteriæ venoſæ orificio cordi inſerto duætantum membranulę. fo.359.lin.19
Arteriæ vel interceptæ vinculo, vel præciſę animal non reddunt mutũ. fol.84.lin.4. fo.86.lin 15
Arteriæ ſoporariæ quæ, & vbi ſint, & quod illarum officium. fo.415.lin.10
Arteriæ magnæ ex ſiniſtro cordis oriẽtis vẽtriculo bifariam diuiſæ, pars altera ad ſpinam, altera ad clauiculas defertur. fol.10. lin.1
Arteriæ magnæ pars maior per quæ loca fertur. fo.15.lin.25
Arteriæ magnæ prima propago, in quæ loca feratur. fo.16.lin.10.20
Arteriæ duæ circa vnum verticulum ſpinæ. fo.16.lin.18
Arteriæ quæ in mammas vnde. fo.13.lin.26
Arteriæ mammarum quædam cum his, quæ ab inguinibus emergunt, in eundem locum

deueni.
Arteriæ motum habent à corde.f.371.lin.26
Arteriæ,venæ,nerui,oſſa,cartilagines & cor poris ſpecies & partes ritè vocantur. folio 325.lin.25
Arteriæ interceptæ laqueo ſiue inciſæ quæ accidentia inferant. fo.330.lin.27
Arteriæ ſpiritu vt repleantur. fo372.lin.1
Arteriæ omnes in fœtu ab inuolucro in ma gnā arteriam ad ſpinā coëunt. f.369.lin.6
Arteriæ vetuſtiſsimis tum medicis, tum phi loſophis,venæ ſunt dictæ & venæ pulſan-tes alijs. fo.383.lin.15.
Arteriæ omnes ex ſiniſtro cordis articulo or tum habent. fo.15.liu.23.
Arteriæ an quia ſpiritu replentur ideo pul-ſant, an ideo replentur quia pulſant. folio 370.lin.20
Arteriæ ſoporales quæ. fo.83.lin.18
Arteriæ crurum vnde. fo.369.lin.19
Arteriarum cordiſq; motus non perire cere bri ventriculis colligis, quid arguat. folio 150.lin.8
Arteriarū diſtributio in femur,gemi,popli-tem,& pedem totum. fo.17.lin.10
Arteriarum principū cor. fo. 9.lin. 20
Arteriarum cordis altera introducit, altera educit ſpiritum. fo.348.lin.23
Arteriarum ſecundum cōiugium. fo.11.lin.2

Arteriarum ſolùm lęditur motus in cordis affectibus. fo.6.lin.15
Arteriarum fons & origo fons eſt cor. folio 150.lin.1
Arteriarum primum coniugium extra thoracem. fo.10.lin.26
Arteriarum corpus neruoſum & cauum. fo. 8.lin.17
Arteriarum cor principium. fo.27.lin.6
Arteriarum cerebra velut tandẽ in capillos diuiſio, Praxagorã fefellit,eiuſq; diſcipulum Eraſiſtratum. fol.8.lin.18
Arteriarũ tunicę an motricem vim habeãt. fo.370.lin.23.371.lin.1.9
Arterias ſolùm veteres dicebant,quæ ad pulmones ſitæ ſunt. fo.384.lin.25
Artifici cuicunq; quæ tanquã vngues noſcẽda. fo.555.lin.12
Artificium quodq; viris egregijs ſine quibus non contingat. fo.580.lin.2.7
Artis iudicium nihil aliud eſt,nihil partium ſingularum rei fabricatæ vſus & vtilitas.folio.589.lin.10
Artium præcepta quæ habeant initia. folio 390.lin.10.18
Aſperæ arteriæ quæ quibus appellentur.folio.384.lin.26
Aſſumptio ſyllogiſmi falſa. fo.457.lin.17
Aſſumptiones dialect.rhetori.& probab.ſciẽ

tificam demonſtrationem non faciunt.fo. 32.lin.4
Attractionis vis quæ ſit,& quomodo fiat.fo. 511.lin.28
Aures pleriſq; animalibus mobiles.fol.451. lin.18
Aures, lingua,oculi cōmeant ad cerebrum ꝑ neruos. fo.411.lin.25
Aurium,narium, oculorū fons & origo.fol. 62.lin.13.
Autorem mūdi & noſtræ creationis fatetur Plato Deum eſſe. fo.595
Autumno qui ſoleant morbi nos infeſtare magis. fo.498.lin.4

B

BArbari & ineruditi iracundiores. folio 124.lin.20.& fo.125.lin.8
Bilē ſponte euenire quid ſignificet.fo.494. lin.28
Bilioſis dulce vinum noxium. fo.576.lin.25
Bilis in folliculū ex iecinore meatus omnes colliguntur. fo.345.lin.28
Bilis omnis à nimio calore fit.fo.489.lin.7
Bilis flaua in ventriculum quibus, & quibus cauſis influat. fo.20.28
Bilis quos generat morbos. fo.489.lin.10

Bilis & lutea & flaua dicitur indifferenter. fo.479.lin.1.
Bilis flaua cur lutea & pallida fiat.fol. 504. lin.6
Bilis calida ſicca facultate. fo.483.lin.2
Bilis atra frigida ſicca, vt terra. fo.483.lin.3
Bilium differentia. fo.488.lin.12
Bonum verum nos docet philoſophia. fol. 406.lin.4.
Brachij auulſi & luxati ſigna & diſcrimina. fo.551.lin.19
Breuiſsima quæ dicantur. fo.470.lin.5
Breuiter & prolixè loqui vnius eiuſdémq; artificis eſt. fo.561.lin.5
Bruta non concupiſcere, aut non iraſci falſum. fo.30.lin.17
Bruta, ira & cupiditate reguntur.fo.291.lin. 26.& fo.292.lin.4
Bruta neq; iraſci, neq; concupiſcere Stoici aſtruunt. fo.154.lin.28
Bruta quæ victoriam ſolam expetunt. folio 276.lin.16
Brutis eripit Chryſippus perturbationes.folio.291.lin.26

C

CAlidiſsimum eſſe hominem quomodo intelligendum. fo.507.lin.21

Calor innatus omnium operum autori fol. 506.lin.10
Calor in animalium partibus non ex attritu, vt in lapidibus, fit. fo.506.lin.19
Calor in animalibus vnde. fo.386.lin.11.
Caloris innati fons vbi ſit. fo.506.lin.16
Caloris inſiti quod temperamentum, & quę ſit ſubſtantia, & vbi. fo.507.lin.6.
Cancer à bile nigra gignitur. fo.484.lin.23
Capitis inclinatio in aſſentiendo an facere ad demonſtrationem poſsit. fo.36.lin.14
Cardialgia quis morbus. fo.96.lin.9.13
Caro colliquata cuius ſit coloris contra Platonem. fo.505.lin.7
Caron non eſſe affectum arteriarum illarũ quas putant. fo.14.lin.20
Carotidum arteriarũ nomen perperã vſurpatum. fo.14.lin.16
Carotidum ſitus, progreſſus, diſtributio, fo. 14.15.lin.27.1
Carotidum truncus, caput recta patit. folio 15.lin.3
Carotidum parua germina in colli muſculos. fo.15.lin.4
Carotidum quadrifariã iuxta maxillam diuidi in quas partes ferãtur. fo.15.lin.7
Cartilagines vocem formãtes tres ſunt, qui à multis & varijs muſculis mouentur. fol. 3.lin.20

Caua è gibboſis iecoris partibus altera, altera è concauis. fo.352.lin.24
Caua vena ſanguinem in cor è iecore inuehit. fo.360.lin.26
Caua vena, Iecoraria etiam dicitur. fo.465. lin.21
Cauę venę propagovt cordi connectitur, & pulſet. fo.372.lin.18
Cauillũ Zenonis.fo.71.lin.26. fo.72.lin.19
Cauſa perturbationũ inuenta quid nos doceat. fo.287.lin.6.22.& 288.lin.2
Cauſa primorum naturalium quid ſit. folio 286.lin.10
Cauſa perturbationum quæ. fo.285.lin.9
Cauſæ colorum animati corporis humorũ quæ ſint. fo.488.lin.13
Cauſæ ſedendarum perturbationum apertæ & clarę. fo.240.lin.12
Cauſas cur humorum quilibet ſuum habeat colorem præbuiſſe videtur Hyppo.& ſi inſtituto ſuo nõ cõueniebat. fo.487.lin.8
Cerebellum quid ſit, & homini ab alijs animantibus diuerſum ineſt. fo.411.lin.3.16
Cerebri corpus tale, quale nullum aliud, cordis etiam. fo.379.lin.10
Cerebri quatuor ventriculos deſcripſit Eraſiſtratus. fo.412.lin.1
Cerebri baſis quid. fo.415.lin.8
Cerebri facultatum primam originem, non

eſſe in corde. fo.85.lin.2
Cerebri & cordis vitia & affect⁹ ſymptoma ta ſequũtur longè diuerſa. fo.150.lin.23
Cerebri poſterioris ventriculo aperto perit animalis motus. fo.418.lin.2
Cerebri meatus. fo.417.lin.16
Cerebri Poſtremi & medullæ ſpinæ apertio quæ,& vbi. fo.417.lin.20
Cerebri proportio ad neruum eadem, quæ oculi ad aërem. fo.433.lin.13
Cerebri ventriculi non ſanguine ſed ſpiritu pleni ſunt. fo.3.lin.6
Cerebri ventriculi quãdo per accidens repe riãtur ſanguine referti in animalibus mor tuis. fol.3.lin.13.28
Cerebri læſio animali ſenſus nõ adimit, do- nec ad vẽtriculos puenerit. fo.413.lin.17
Cerebri poſtremi læſio animali maximè no xia,ſecũdo loco medij. fo.413.lin.20
Cerebri ventriculis aut colliſis,aut vulnera- tis animal totum collabitur. fo.150.lin.6
Cerebro colliſo aut ventriculo aliquo totũ corpus collabitur. fo.331.lin.6
Cerebro imperium,cordi obedientia à natu ra ſunt mandata. fo.145.lin.19
Cerebro violenter cõpreſſo & ſenſu & omni voluntario motu,homo priuat. fo.6.lin.5
Cerebrum quo indicio neruorum principiũ dicatur. fo.356.lin.12

Cerebrum ad neruos tranſmittit facultates, eſtq; quaſi fons quidam. fo.400.lin.27
Cerebrum eſſe vnde oriantur nerui duabus propoſitionibus probatur. fo.410.lin.1
Cerebrū bipartitū Eraſiſtrato.fo.410.li.26
Cerebrū aut vulneratum, aut ipſius ventres compreſſos, quæ ſymptomata ſequantur. fo.5.lin.26.& fo.6.lin.18
Cerebrum neruorum omnium prinicipiū. Eraſiſtrato. fo.27.lin.4
Cerebrum eſt vnde omnia mēbra ſenſum & motum adipiſcuntur. fo.451.lin.11.22
Cerebrum neruorū fons. fol.86.lin.6
Cerebrū neruorū principiū. fo.27.lin.4
Cerebrum euidenter & neceſſariò neruorū principium. fo.151.lin.18
Cerebrum cur natura operuit membranis, fo.451.lin.27
Cerebrum omnium neruorum fons & origo. fo.18.lin.24
Cerebrum motus ſenſiui & voluntarij. fol. 331.lin.15.
Chorion quid ſit. folio.365.lin.26
Chryſippei redarguuntur. fo.44.lin.20
Chryſippęorum error à Poſsidonio indicatur. fol.285.lin.22
Chryſippęorum error de fine.fol.286.lin.7
Chryſippęorum ignorantia. folio 240.lin. 22

Chryſippi reprehenſio de morbis animi. fol. 252. lin. 10
Chryſippi ſapientia, vulgi inſipientia, imprudentior. fol. 137. lin. 14
Chryſippi dicta validiſſima ſolùm confutata, leuia verò omiſſa. fol. 108. lin. 11
Chryſippi poſitionibus repugnantia. folio 239. lin. 10
Chryſippi error in quibus. fol. 312. lin. 10
Chryſippi repugnantia. fol. 119. lin. 25
Chryſippi deliria plus quàm anilia. fol. 140. lin. 10
Chryſippi orationes quid de corde probent. fol. 151. lin. 20
Chryſippi error de perturbationibus. folio 292. lin. 10
Chryſippi error cùm de perturba. ſiue affec. agit. fol. 185. lin. 10
Chryſippi ſententia erronea de corde. folio 3. lin. 3
Chryſippi decretum quàm ridiculum. folio 128. lin. 11
Chryſippi repugnantia ex lib. de perturbat. fol. 232. lin. 9
Chryſippi obloquutio ac repugnantia. folio 163. lin. 6
Chryſippi error maior Poſidonii errore. fo. 251. lin. 21
Chryſippi libri prioris exordium laude dignum.

gnum. fol.109.lin.20
Chryſippi improbatur oratio. fol.295.lin.1
Chryſippi & Stoicorũ plerorũque ignorã tia. fol.304.lin.4
Chryſippi deliratio à propoſito. fol.113.lin. 17
Chryſippi error duplex. fo.262.lin.2
Chryſippi repugnantia. fo.274.lin.12
Chryſippi argumenta à ſitu ſumpta, à vero tamen diſſita. fol.82.lin.8
Chryſippi error in diuidendo. fol.183.lin.1
Chryſippi repugnantia de animæ principatu. fo.87.lin 19.23.& fol.90.lin.10
Chryſippi errores duo magni. folio 90. linea 18
Chryſippo quid vitio vertatur potiſſimum. fol.399.lin.1
Chryſippum dupliciter peccaſſe oſtendit Galenus.fol.399.lin.13
Chryſippus de vocabulorũ,& nõ de rerũ diferẽtia cõtendit.fo.406.lin.8.& 407.lin.2
Chryſipp⁹ à Poſsidonio refellitur.f.233.li.8
Chryſippus quid in lib.de perturbationibus dicat de affectibus. fol.459.lin.24
Chryſippus ſui oblitus. fol.183.lin.25
Chryſippus ad docendum ineptus. fol.391.linea 10
Chryſippus Zenoni ſibi, & ſtoicis, aduerſatur. fol.195.lin.28

Chry

Chryſippus ab opinione vulgi argumentans aliud pro alio ſumit. fo.118.lin.3
Chryſippus de animæ principatu.folio 108. lin.20.& fo.109.lin.10.20
Chryſippus quid de parte animæ perturbationibus obnoxia. fo.291.lin.27.
Chryſippus quaſi loquēdi imperitus quid faciat. fo.406.lin.7
Chryſippus cor omnium functionū eſſe fontem dicit. fo.109.lin.1
Chryſippus iram & cupiditatem in vnā ſubſtantiā & facultatē cogit. fo.326.lin.28
Chryſippi ratiocinatio de affectibus. folio 458.lin.26.
Chryſippus vulgi ſequitur opinionē. folio 214.lin.12.
Chryſippus vbi veniam non meretur. folio 197.lin.27 & fol.201.lin.4
Chryſippus ſuæ argumentationis errorē agnouit. fo.81.lin.22
Chryſippus ſiniſtrum cordis ventriculū, animali ſpiritu refertum putat. fo.5.lin.17
Chryſipp⁹ in primo de aīa q̄s aīæ facultates poſuit, in ii.ꝑtur.dicit rōnalis facul.eē iud.
Chryſippus in quibus ſibi diſsideat. fo.272. lin.5.
Chryſippus à ſeipſo diſsidet. fo.179.lin.4
Chryſippus vbi erret, cur non facilè poſsit oſtendi.fol 179.lin.8.

Chryſip. quod confutare decreuit, centies cō firmat imprudens. fol. 230. lin. 9
Chryſippus valde peccat. fol. 283. lin. 15
Chryſippus teſtimonia congerit quibus condemnatur. fol. 137. li. 16. f. 139. lin. 10
Chryſippus vera vbi multa docuit. fol. 398 lin. 22
Chryſippus vbi breuis. fol. 129. lin. 26
Chryſippus rectè confutat Ariſtonem. folio 399. lin. 19
Chryſippus de perturbationibus agens, non ſibi conſtat. fol. 210. lin. 4.
Chryſippus quatuor magnos lib. de pturbationibus edidit. fo. 293. lin. 27
Chryſippus Platonem carpit. fo. 284. lin. 22
Chryſippus ſibi repugnans. f. 140. lin. 26
Chryſippus vbinam contraria dicit. fol. 185. lin. 18
Chryſippus bruta priuat ira. fol. 127. lin. 4
Chryſippus de differentia virtutum quibus argumentis agat. fol. 407. lin. 28
Chryſippus Ariſt. & Plat. de virtutum differentia aliquid diſcrepant. fol. 296. lin. 11
Chryſip. in rebus minimè neceſſariis immoratur. fol. 262. lin. 1
Chryſippus propoſitum in lib. cur. & morali non preſtat. fol. 260. lin. 16
Chryſippus contra ſe citat ſæpe. fol. 220. linea 10. 27

Chryſippus non ſolum de principijs, ſed & de animæ facultatibus controuerſiam mouet. fo.318.lin.13
Chryſippus argu. neceſſaria vbiq; omittit. fo.127.lin.22.
Chryſippus de oratione, de voce, de mente. fo.64.lin.20
Chryſippus omnia interturbat. fo.112.lin.1
Cibus è ventriculo prius ſaturo per pileorũ in ecphiſin & inteſtina delapſus à iecore per venas meſaraicas ſugitur, dein ad cor pars aliqua mittitur. fo.385.lin.12.24
Cleanthes & Poſsidonius Platonem ſequuntur. fo.293.lin.4
Cleantes, Chryſippus & Zeno, animam ali ex ſanguine. fo.103.lin.10
Cleantes eiuſdem ſententiæ cum Poſidonio de tribus animæ partibus. fo.460.lin.12
Colorum repercutio, & qui id faciant. folio 444.lin.24.& 445.lin.2
Cognitio noſtra quibus cõſtet. fo.530.lin.10
Cognitio cuiuſq; rei quo exactior pacto fiat fo.605.lin.16.
Communia diſcernere vbinam nos Plato, & Hippocreates docuerint. fo.557.lin.2.11
Communius & generalius in omni controuerſia, prius ſtatuendum. fo.154.lin.1
Concluſio concludens vocem è corde emitti vitioſa. fol.162.lin.14.
Con

Cōcluſiones veræ vnde ducēdæ. fo.71.lin.12
Concoctionis, & digeſtionis cauſa eſt calor. fol.511.lin.14
Concupiſcentia interdum ſuperior ira & ratione euadit. fo.308.lin.13
Cōcupiſcentia inter præcordia & vmbilicū collocata. fo.327.lin.15
Concupiſcētia multorū capitū. fo.329.lin.5
Concupiſcentia quid. fo.301.lin.15.& 28
Cōcupiſcentia diuerſa à ratiocinatrice. fol. 302.lin.9. & 303. lin.23
Concupiſcendi virtus in iecore.fo.45.lin.14
Concupiſcibilis partis virtus q̃. f.403.li.10
Concupiſcibilis animæ potentia in iecore. fo.159.lin.4
Concupiſcibilis pars diuerſa ab iraſcibili.fo. 306.lin.1
Concupiſcibilis potulentorū & cibi animæ pars vbi ſit. fo.519.lin.8.10
Concupiſcibilis ſeparatim reperitur in ſtirpibus,ratio verò in Dijs. fo.328.lin.28
Concupiſcibilis ꝙ ſit in iecore ab accidentibus probatur,& non ex ipſa rei quæſitæ natura. fo.330.lin.17
Cōcupiſcibilis pars in iecore eſt.f.464.l.20
Concupiſcentiam in iecore ſedē habere cur ſuperſedeat teſtibus pluribus comprobare Galenus. fo.391.lin.20
Concupiſcibilis animæ viſcus in animalibus

non ita calidum vt cor. fol.386.lin.2
Conditorem rerum humanarum vnum eſſe (et ſi nobis inuiſibilis) quo argumento probet Galenus. fo.564.lin.1.vſque ad 28
Conditoris noſtri potentia & magnitudo, quomodo nobis admiranda.fol. 561.lin.20 & 593.lin.27
Conſentire nos quibuſdam, quibuſdam verò contrà, omnibus perſpicuum.f.537.li.4
Conſtitutionē quid appellet Galenus.f.542 lin.25
Conſuetudo & tempus vim maximam ad motus perturb.habent. fo.241.li.24
Continens aut temperans nullus diceretur, niſi duplex in nobis eſſet natura. fo.300. lin.4.13
Contraria eodem tēpore ſimul eſſe nō poſſunt in eodem ſubiecto. fo.604.lin.10
Controuerſiarum origo vnde, & cuius rei ignorantia ſuboriatur. fol.600.lin.3.10
Controuerſia totius operis quæ ſit.f.149.l.8
Conuenienter naturę viuere quid ſit.f.286. lin.25
Cor cuius ſāguinis & quarū venarū fons feratur. fol.389.lin.12
Cor quo pacto eximi poſſit animali adhuc ſuperſtite donec ſanguis effuſus fuerit. fo. 60.lin.7
Cor non neruorū principiū eſt. fol.20.li.15

Cor neruos non habet. folio 20.lin.18
Cor primũ formari dicitur. fol.97.lin.26
Cor motus pulſatorij principium.f.331.li.14
Cor pulſuum fons. folio 61.linea 6
Cor vnde alimentum ſumat. fo.101.lin.4
Cor primum moueri incipit,& vltimũ deſinit. fol.98.lin.5
Cor nudatũ per anatomen puero fuit,& tamen ſeruatus eſt. fol.2.linea 10
Cor nullomodo principiũ venarũ.f.367.l.7
Cor cerebri opera aliqua nõ eget ad fũctiones ſuas:neq; cõtrá cerebrũ cordis.f.84.l.15
Cor venarũ & ſanguinis fõs Pla. f.112.li.27
Cor arteriarũ principiũ fol.341.linea 22
Cor ſolũ ex õibus viſceribus, exẽptũ aĩalibus aliquandiu fũctionẽ ſeruat. f.341.l.27
Cor exẽptum animalibus cur ſeruet functionem ſuam. f.342.linea 3
Cor quod ex ſe ipſo pulſet quo pacto experiendum. fol.372.linea 7
Cor nudari poteſt ſine vlla thoracis apertione. fol.372.lin 9
Cor neq; motũ,neque ſenſũ cerebro ſuggerit nec cerebrũ cordi pulſum. fo.150.lin.15
Cor cerebro tria vaſõrũ genera connectũt.f.83.linea 11
Cor cũ arterijs omnibus poſt ictũ animalibus impreſſum quo concidunt aliquandiu pulſant. fol.61.li.1

Cor quando totũ æſtuoſum ignitumúe fiat. fol.517.lin.6
Cor neruorum copiam non habet. folio 23. lin.25.& fo.24.lin.2
Cor quibus ſit principiũ. fo.382.lin.26
Cor vnde, & per quæ aërem attrahat. folio 335.lin.22
Cor non neruorũ principiũ. fo.24.lin.28
Cor in doctrina arteriarum principium. fo. 356 .lin.18
Cor quibus affectib⁹ pturbetur. fo.91.lin.3
Cor vẽtriculos duos álterũ in dextra, alterũ in ſiniſtra parte ſanguine perpetuo plenos habet. fo.2.& 3.lin.28
Cor ſi principiũ venarũ inſtitueretur, venæ quædã ſine principio eſſent.fo.374.lin.2.5
Cor venarũ fontem eſſe ait Plato. fol.384. lin.20.& 385.lin.2
Cor veteres quid appellauerũt. fo.95.lin.16
Cor cur in medio totius corporis. fo.50.li.2.
Cor venarum cur non ſit principium. folio 353.lin.23
Cor omniũ arteriarũ principiũ. fo.336.li.10
Cor nudatum manibuſq; compreſſum voce non priuat animalis.. fo.57.lin.14
Cor hepati concolor,ſed eo ſiccius & firmius eſt. fo.381.lin.12.15
Cor compreſſum violenter, nullum ſenſum adimit. fo.6.lin.8

Cor cur in medio thorace collocatum inter iecur & cerebrum. fo.389.lin.14
Cor principium venarum cur dici nō poteſt fol.362.lin.20
Cor num appellandum venarum principiū, ꝙ earum ortus generatioq́; extitit in prima confirmatione. fo.363.lin.12
Cor non eſſe ſanguinis corpus alentis principium. fo.358.lin.16
Cor cuiuſdam ſanguinis principiū quidē eſt ſed nō corpus alentis. fo.358.lin.21
Cor ex ſeipſo dilatať & cōtrahiť.fo.172.li.5
Cor in ſe princip.ſenſuum habere quomodo probandum. fo.38.lin.23
Cor arteriarum origo. fo.86.lin.6
Cor & cerebrum diuerſæ facultatis & ſubſtã tiæ. fo.350.lin.18
Cor ad vitam viſcus omnium præcipuū. fo. 145.lin.13
Cor ne an cerebrū rationalis animę ſedesſit Chryſipp⁹ exiſtimat incognitū. f.101.li.14
Cor cogitare & vocem intra nos explicare Chryſippus ait. fo.162.li.5.7
Cordi ad quid pulmones ſubſtrauerit natura. fo.113.lin.10
Cordi quinque inſunt ad argumentandum. fo.48.lin.10
Cordis ſitus. fo.49.lin.1
Cordis dexter ventriculus vnà cū pulmone

& interit & oritur. fol.466.l.5
Cordis membranas quaſdam in cerebrũ aſcendere Peripateticus quidã aſſerit.f.400 lin.7
Cordis purgandi ſanguinis gratia nulla inſtrumẽta ſunt genita. fol.347.lin.28
Cordis motus, qui in pulſibus fit, operatio, qui in palpitatione affectio eſt.f.320.l.10
Cordis nullũ os quo diſtribuatur ſanguis in totum corpus. fol.361.lin.22
Cordis ſitus ad pulmones. fol.49.lin.27
Cordis dolore qui prehendãtur.fo.96.li.15
Corde læſo, aut eius affectis vẽtribus quæ ſequantur ſymptomata. fol.150.lin.10.
Cordis dolor, non cordis, ſed oris ventriculi eſt. fol.97.lin.4
Cordis ſeu cardias etymologia ex Chryſippo. folio 145.li.7
Cordis proprius ſanguis, diuerſus ab eo qui eſt in iecore. fol.381.lin.25
Cordis ſinus ſiniſter arteriarũ fons.fol.350. linea.7.
Cordis ventriculum animalia multa non habent. folio 350.linea 27.& 351.linea 2
Cordis ſiniſter vẽtriculus ſanguine plenus. fol.5.lin.1
Cordis dolor, quis ſit. fol.95.lin.10.28
Cordis motus cerebro nõ eget, nec contrà.f. 7.linea 6

Cordis tunica obſita propriũ aliquod inſigne periculum non affert. fo.2.linea 20
Corpora noſtra Platonis ſententia quatuor conſtãt elemẽtis.fol.471.li.24.& 473.l.13
Corpora humana quibus elemẽtis Aſclepiadi,quibus Epicuro,quibus Anaxagorę,quibus Chryſippo,Stoiciſq́;,Ariſtoteli, Theo phraſto,Platoni & Hippocrati. fo.22.l.25
Corpora omnia quę gignunt & intercũt ex quatuor elementis cõſtant.fol.477.lin.10
Corpora prima quę ſint. fol.476.lin.10
Corpora cõpoſita,& inſtrã quæ.f.479.li.28
Corporis humani mirũ artificiũ ſũmã Dei ſapiẽtiã & potẽtiã prædicat. fo.566. line.2
Corporis noſtri particularũ omniũ quã decens cõpoſitio. fol.592.lin.4.28
Corporis cõſtitutio ſibi ſimiles & cõſentaneos affectus mouet. fol.280 lin.25
Corporũ impetus motorũ in procliue cur non voluntariè ſiſtitur. fol.191.lin.20
Corporũ nõ vnũ eſſe elemẽtũ. f.492.lin.5
Corporũ quædã ſecũda cõſtitutio Plat.ipſe tamẽ primæ nõ meminit. f.479 linea 12
Corpus omne patibile. fol.25.lin.21
Creatio noſtra Dei prouidẽtia facta,& cõditoris ipſius,& animæ noſtrę ſubſtantia eodem demonſtrationis genere nõ probatur. folio 595.linea 25
Creationis hominis quis autor. fol.588.li.1

Creſcentia corpora inſiti caloris plurimum habent. fo.507.lin.11.25
Creſcentia corpora plurimo egent alimento. fo.507.lin.12
Criſes morborũ in pueris & pubibus quoto die, mẽſe, annoúe fiant. fo.499.lin.7
Crurum arteriæ. fo.16.lin.27
Crus ambulãdi inſtrumentũ. fo.21.lin.23
Cubus quę figura, & quibus conſtet. fo.475. lin.13
Cupiditas & iracundia operationes ne an affectus ſint. fo.319.lin.7
Cupiditatem Chryſip. appellat irrationalẽ expetitionem. fo.184.lin.10
Cupiditatibus aliqui cũm trahũtur & indignantur, & cõuitiantur. fo.307.li.13
Cupiditatem & iracundiã vtraſque animæ ſpecies dicit Plato. fo.327.lin.26
Cupiditatis definitio repugnans Chryſipp. fo.199.lin.6.14
Curationem quiſnam optimè, & quomodo inueniet. fo.581.lin.17
Curationes eſſe contrariorum contrarias. folio 497.lin.13

D

DEcipi vbi nam facilius. folio 537. lin.26
Decollatum quid ſit apud Grecos. fo.202. lin.5.17

Decreta veterum philoſophorum Chryſip-pus labefactare conatur. fo.272.lin.17
Dedocere laborioſiſsimum. fo.45.lin.22
Definitio & oratio definita cur ſic appellata. fo.558.lin.18
Definitiones quibuſnam Platoni conſtent. fol.558.lin.28
Demonſtratio ſcietifica qua ratione ab aliis diſtet. fo.39.lin.25
Demonſtratio ſcientifica ab ipſa rei quæſitę ſubſtantia ſumenda eſt. fo.38.lin.13
Demonſtratio cui rei ad fidem faciendā adhibenda. fo.16
Demonſtratio breuiſsima de animæ principatu. fo.462.lin.18
Demonſtratiua virtutum ratio vna, eáque admodum breuis. fo.401.lin.17
Demonſtratiuæ legis de animæ principatu rationem nō norunt Stoici. fo.461.lin.10
Demonſtratiuæ ſcientiæ ignari facilè decipiuntur. fo.398.lin.15.& 399.lin.23
Demonſtratoris officium. fo.41.lin.18
Demonſtrationes ſcientificæ partium animæ. fo.597.lin.24
Demonſtrationis exercitatio longo indiget tempore. fo.601.lin.13
Demonſtrationem philoſoph. omiſit Chryſipus poëtarum autoritate contentus. fol. 132.lin.23

Demonſtrationũ Platonicarũ ſplendorẽ aſſequi nemo vnquam poterit. fol.136.lin.16
Demonſtrationum libri Galeni qui nõdum ad latinorum manus peruenerũt.f.402.l.2
Demonſtrationum autores. fol.31.lin.25
Dialecticas rationes quas appellet Ariſtoteles.fol.458.lin.17
Dicturo quid inſpiciendum .fol.537.lin.26
Diogenis argumẽtãdi reprehenſio.f.72.l.22
Diogenis abſurda multa. fol.103.lin.15
Diogenis inſulſa de animę principatu argumẽtatio. fo.101.li.27.& 102.l.17
Diogenis de voce concluſio. fol.63.lin.20
Diſputatio horũ quinq; librorũ octo heroicis verſibus tota complectitur.fol.463.li.7
Diuiſio triplex: totius in partes, generis in ſpecies, vocũ in ſignificata.fol.607. lin.10
Diuiſio quibuſdam fit ſubſtantiæ in materiã & formam. fo.607.lin.27
Diuiſionis nomen proprie quid Platoni,& in his libris Galeno ſit. fol.607.lin.10
Diuiſionis ignorãtia quas diſſenſiones inter doctos genuerit. fol.580.linea 16
Diuiſionis methodus quantò nos doctiores reddere poſsit. f.558. lin.9.24
Diuiſionum duplex peccatum.folio 568.linea 2
Docendi modus rectus. folio 357.li.10
Doceri, diſcere,&c. cordis nõ ſunt. f.97.l.19

Doctrina quæ ſecundum rei naturam fit, idē principium cum re ipſa habet. folio 357. linea 1
Doctrinæ ordo potius philoſopho, quā medico conuenit. folio 500. lin. 11
Doctrinam fieri quomodo voluerit natura. folio 356. lin. 20
Dogmati affectiuum annexum de virtutibus decretum. fol. 284. lin. 25. & fol. 285. lin. 4
Dolere aut ſanum eſſe vnde. f. 481. lin. 22
Dolet & valet in libro Hipp. de natura hominis quomodo accipiendū. fol. 483. li. 20
Dolor ex mœſtitia in corde fit. fo. 152. linea 8
Dolor vt accipiatur interdum & vt fiat. fol. 443. linea 12. 19
Dolores in principatus loco effici Chryſippo non dandum. fol. 135. linea 5. 6
Dolores cordis ſint ne paſsiones. f. 148. l. 3

E

Ἐγὼ ethymologia, teſtis temerarius. fo. 33. lin. 16
Ἐγὼ pronuntiatio. folio 33. linea 27
Elementa omnium quæ gignuntur & corrūpuntur quatuor. folio 469 linea 6
Elementa philoſophis alia alijs humana conſtituunt corpora. fol. 266. linea 26
Elementorū commiſtio omnibus naturalibus corporibus communis. folio 481. li. 26

Elementorum omnium ſecũda cõſtitutio ex quatuor humorib⁹ ortũ habet. f.486.lin.1
Elementorum facultates & earum cauſas tractauit Plato. fo.474.lin.10
Elementum quid appelletur. fo.468.lin.26
Elementũ ad aliquid dicitur. fol.468.lin.28
Elementũ Plato quid vocet. fo.474.lin.20
Empedocles & Critias ſanguinem animam eſſe dicunt. fo.103.lin.9
Empedoclis ſententia de ſenſibus. folio.435. lin.24
Empirici de quibus dubitẽt. fo.355.lin.12
Epicurus de viſu rectius quàm Stoici. folio 449.lin.22.
Epomide quid ſignificet Hippocrates. folio 551.lin.26
Eraſiſtrateis quid repugnet. fo.359.lin.1
Eraſiſtrati de venis obſcura ſententia. folio 363.lin.28
Eraſiſtrati opinio, de ſpiritu in corde ſedem habẽte, falſa eſt euidẽter. fo.5.lin.3.& 7
Eraſiſtrati error de arterijs inciſis. folio 428. lin.12
Eraſiſtrati error in multis rebus. folio.517. lin.23
Eraſiſtrati liber de febribus. fo.362.lin.8
Eraſiſtratus in ſenectute neruorum originẽ agnouit. fo.453.lin.8
Eraſiſtratus cur deceptus in animalis collapſione

pſione. fo.417.lin.25
Eraſiſtratus ſanguificationem cui viſceri tribueret, ignorauit. fo.364.lin.10
Eraſiſtratus cur neruos putarit è craſſa menynge oriri. fo.410.lin.14
Eraſiſtratus quid rectè ſenſerit. folio 371. lin.27
Eraſiſtratus vitalem ſpiritum contineri falsò putat in ſiniſtro cordis ventriculo. fol. 5.lin.6.
Eraſiſtratus quid de origine venarum. folio 359.lin.10
Eraſiſtratus melius longè argumentatur de facultatibus naturalibus quàm Ariſtot. & alij. fo.101.li.13
Eraſiſtratus contẽtionẽ exercet cõtra Coos, itaque veritatem neglexit. fo.489.lin.28
Errantes non ſunt deridendi. fo.517.lin.27. & 518.lin.14
Error duplex vocem ex corde oriri aſſerentium. fo.53.lin.2
Error Chryſippi maximus. fo.397.lin.16
Chryſippi de expetitiõe definitio.fo.199.li.9
Error eorum qui animal ſopiri putabant ex interceptione carotidũ. fo.85.lin.15
Errorem & deceptionem quænam pariant. fol.606.lin.6
Errores in quos qua cauſa incidamus. folio 528.lin.15.

Erro

Errori malè argumentantium que propòſitio fuerit de neruis. folio.396.linea 24
Erroris & turbationis differentia.f.105.l.20
Etymologia non ſcientificè demonſtrat.fol.32.linea 9.& fol.33.lin.1
Euclidis theorema de terræ ſitu.fol.461.l.24
Euiſceratus vulgò quid ſignet.folio 133.lin.21.27.& folio 135.lin.4
Euiſceratus Chryſippo quid ſit.fo.130.lin.11
Ex & ab, differentia. folio 67.linea 17
Excerebratos quos dicat vulgus.f.133.l.14.26
Excrementorum ſanguinis tria inſtrumenta folio 347.linea.15.19
Exercitatio quantum valeat in omnibus tũ artibus tum diſciplinis. folio.539.line.24.&541.linea 3
Expetitio, rõnalis eſt facultatis.f.184.li.16
Expiratio quid ſit. fol.58.linea 10
Expiratio cum ſibilo vnde. fol.52.linea 8.
Exſufflationis & Expirationis differentia. fol.52.linea 23

F

FAbulæ de mineruę cõceptu pulchra adaptatio. fol.172.lin.21
Facultas vna & eadẽ idem admittere & ſuggere non poteſt.fol.300.lin.20.
Facultas animi quædam à rationali diuerſa Chryſippo dicitur, quæ perturbationum cau

cauſa eſt. fol.221.linea 25
Facultates diuerſas animæ fatentur Ariſtoteles & Poſidonius, non tamen ſpecies & partes eiuſdem. fo.306.linea 20
Facultates auimę differre nō fatetur Chryſippus. fol.153.lin.17.18
Facultates irrationales quas non eſſe putet Chryſippus. fol.126.li.1
Facultatis & virtutis fluxus quid. f.420.l.20
Facultatum multarum iecur origo eſt. folio 331.linea 28
Fallere, & non falli, qui vult, quæ cognoſcat oportet. fo.528.lin.15
Fallere aut falli vnde accidat. f.535.li.14.18
Febres quotidianæ quo redundēt humore. fo. 502.linea 1
Febres tertianæ flaua bile redundāt. 502.li.3
Febres ardentiſsimę à flaua bile. f.502.li.26
Febres quarta. ab atra bile excitāt. f.502.l.7
Febrib⁹ acutis corpora frigida nō tentātur. folio 507.linea 16
Febriētibuſne vinū ſit dandū. fo.578.lin.18
Febris tertiana ex ardētiū eſt genere, nō tamē cōtinua, vt ardens: & cur ita. f.502.l.27
Figuræ planę circūſcribūt ſolid. f.475.l.16
Fieri ab aliquo, & ob aliquid nō idē. f.61.l.19
Finis, naturæ cōſētiēs vita eſt Pla. f.285.l.26
Fœmina in omnib⁹ viris imbecillior. f.546. linea 28

Fœmi-

Fœminæ & viri quibus officijs idoneè conueniant. fo.547.lin.3
Fœminę quatenus viris ſint ſimiles & quatenus diſsimiles. fo.547.lin.24
Fœminæ multę in multis viris vltiores.fol. 546.lin.8
Fœtus facultatum ſeipſum gubernantiũ origines in ſe ſitas habet. fo.368.lin.21.
Fœtus in vtero matris vnde alatur.fol.367. lin.1
Fortitudo quid. fo.405.lin.16
Forma res eſt compoſita, materia ſimplex. fol.475.lin.11
Fortitudo circa quæ. fo.404.lin.18
Fortuitum nobis, non tamen ipſi cauſæ eſt fortuitum. fo.211.lin.9
Fracturarum cum vlcere curatio fo.573.lin. 16.24.& 574.lin.15
Functio propria eſt ex propria ſubſtantiæ ſpecie. fo.379.lin.6.13
Functionum omnium totius corporis fons & origo non vna. fo.61.lin.8
Furioſi & iracũdi indiciũ. fo.383.lin.28

G

GAleni in hoc ope ſcopus.fo.178.lin.20
Galeni ꝓlixitas excuſatur. fo.399.li.17
Galeni excuſatio quòd totus ſextus liber de principio concupiſcibilis partis abſolutus fuerit. fo.463.lin.19
Gale

Galeni liber de ſimilarium partium differentia. fol.486.lin.21
Galeno quæ cauſa ſit prolixitatis.fol.395.linea 14
Galeno qui mos diſſerendi ſit. fol.502.lin.13
Galeno ex duobus cur alterũ fuit neceſſariũ. fol.396.lin.4
Galenus in nimiam cur inciderit prolixitatem. f.178.l.1
Galenus cur verboſius Chryſip.dicta confutet. fol.144.lin.8
Galenus prolixitatem excuſat.fo.467.lin.15
Galenus de germanis veriſq; Hippocratis libris. fol.340.li.8
Galenus prolixitatem excuſat,eamq; in Stoicos reiicit. fol.460.li.23
Garrulitas Galeno vnde. fol.135.lin.20
Generatio noſtra prima eſt ſãguis.f.480.l.8
Generationis noſtræ materia ſanguis, q quatuor conſtat humoribus. f.478.li.18
Genitalibus membris vnde arteriæ inſerantur. fo.16.lin.24
Gemitus & vox è thorace,non è corde. folio 162.lin.22
Genius nobis inſitus eiuſdem naturæ, cuius totius orbis rector ex Poſsidonio.f.285.li.11
Guſtus ſenſile ſapor. fol.433.lin.19
Guſtus & viſus efficiendi differentia. folio 433.lin.21

H

Habitus corporũ bonus quid ſit Zenoni. fol.257.lin.4
Harmonia & concentus quid ſint Platoni .f.563.linea 2
Hepar ſi negetur principiũ venarũ,quę principia neceſſariò ſtatuentur. f.367.lin.7
Hepatis operatio magis neceſſaria quàm vẽtriculi. fol.364.lin.3
Herophilus de venarũ principio dubitauit. folio 354.lin.18
Herophili neruoſa corpuſcula quid. f.24.l.8
Herophilus & alij de cordis inſectione.fol.2. linea 20
Hippocrates quæ obſeruãda in omnibus medicis præceptis commendarit.fol.496.l.27
Hippocrates vbi de corde eiuſq; facultate diſſerat. fol.389.lin.27
Hippocrates ordine doctrinæ melius eſt vſus quàm Plato. fol.490.linea 12
Hippocrates cur terrã,aquam,aerem,ignem elementa non nominat. fol.477.lin.3
Hippocrates in vniuerſũ generatimq; quæ definiat. fol.527.lin.24
Hippocrates verorum dogmatum de ſenſibus autor. fol.453.lin.17
Hippocrates de febribus differens, quid de cordis natura dicat. fol.390.lin.15
Hippocratis liber de natura hominis.folio 481.

481.li.11
Hippocratis & Platonis eadem ſententia de animæ accidentibus. folio 270.lin 12
Hippocratis liber de medici officio. folio 548.lin.13
Hippocratis operibus quędã ab alijs inſerta malè. fol.338.lin.26
Hippocratis & quorũdam medicorũ vera de neruorũ origine ſententia. fol.457.lin.26
Hippocratis liber de victu acutorũ morborũ folio.566.lin.26.569.lin.10
Hippocratis & Platonis decretis indubitatè credendum. fol.146.lin.8
Hippocratis locus quidam omnibus ferme interpretibus non intellectus. fol.572.l.14
Homerus bona ratione videtur antè ſtatuiſſe animę partes, quas Hip. & Plato ſtatuerũt poſtea. folio 393.lin.4
Homo & corpus animatum omne geminum folio 592.linea 6
Homo oſſibus pluribus quã ducentis, & muſculis longè pluribus conſtat. f.590.lin.27
Homo ſolus inter animalia tribus animæ partibus regitur. fol.292. lin.6
Homo amplius viuere non poteſt, ſi ei deficiat omnino humorũ aliquis. fol,495.li.27
Hominẽ tantũ vnũ quodlibet eſſe horũ quibus cõſtat dicẽtes cõfutantur. f.492.l.4.16
Hominẽ calidiſsimũ eſſe in ætate prima, in

extrema frigidiſsimum. fo.507.l.19
Homines pecudum more viuere multos.fol. 299.lin.7
Homines quibus inſtruendi ne perturbētur. fol.281.lin.12
Homini quæ congenita, eiſdem gignitur & ipſe. fol.491.lin.23
Hominis corpus quibus conſtet elementis. f. 481.lin 19.
Hominum genus à filiis Dei fictum ait Plato. fol.595.lin.14
Hominum corpus quòd iuſtum ſit quid notet. fol.591.lin.10
Humores in homine ſtatis temporibus mutā tur. fol.495.lin.3
Humores animalium differentes forma & facultate. f.490.lin.20
Humores qui quo tempore dominentur in homine. fo.493.lin.9.& 494.lin.1.28
Humores animalium primus omnium & medicorum, & Philoſophorum, Hipocrates optimè definiuit. fol.479.lin.3
Humorum noſtrorum corporum & febrium naturam qui libri nos doceant fo.502.lin.9
Humorum in corpore animalium exiſtentiū prima eſt generatio. fol.486.li.4
Hyeme qui magis regnent morbi. f.494.li. 9.& 498.lin 9

I

Icoſaëdros quæ figura,& quibus conſtet.fol. 475.lin.15
Idem à diuerſo, & ſimile à diſsimili quo diſcernantur modo nos Plato vult exerceri. fol.604.lin.19.& 606.lin.11
Idem ſecundum idem, & ad idem ſimul contraria nec agit,nec patitur. f.603.l.7.18
Idem in anima quid Plato vocet.fol.606.linea 14
Iecore affecto quæ accidentia ſequantur.fol. 331.lin.17
Iecori coniungũtur inteſtina,& ventriculus ſolùm,meatibus. fo.345.lin.23
Iecoraria quæ & quo feratur.folio 386.linea 26
Iecoris vſus quis in corpore.folio 331.linea ibidem.
Iecoris corpus cur functionem conſecutum ſit propriam. fo.379.lin.22
Iecoris nutritio quomodo. fol.380.lin.2
Iecoris caro,ſanguis coactus eſt: ideo ſanguini gignendo apta. fo.376.lin.26
Iecur ventriculo quod ſupereſt trahit. folio 377.lin.9
Iecúrne venarum origo ſit. fol.332.lin.26
Iecur venarum radicatio,cor arteriarum.fo. 353.lin.25
Iecur non præparat materiam cordi.fo.346. lin.7.14

Iecur facultatis cōcupiſcibilis,naturalis,altricis,vegetabilis,generatricis ſedes eſt. folio 332.linea 5
Iecur venarū omniū & vmbilici & involucri principium. fol.370.lin.6
Iecur quibus rebus appareat venarū principium. fol.356.linea 5.9
Iecur vbi ſaturum fuerit, reliquę partes ſanguinem trahunt,quē ipſe ſibi cōfecerat nō aliis,vt iam venter fecerat.fol.377.lin.20
Iecur concupiſcentiæ ſedes. fol.133.lin.27
Iecur generādi ſanguinis officina. f.135.l.22
Iecur nō eſſe velut miniſtrū cordi. f.345.l.9
Iecur venarū principiū.fol.464.linea 10.16
Iecur ſolū & principium & finis venarū cur ſit. folio 374.linea 11
Iecur Titij cur rodatur potius quàm cor, & cerebrum. fol.392.lin.35
Iecur ſolùm annexas & adnatas habet venas folio 464.lin.25
Iecur principiū facultatis altricis.fol.344.linea 20.24.& 345.linea 16
Iecur euidentius venarū principiū, quàm cor arteriarum. fol.370.l.12
Iecur ſanguinem diſtribuit.folio 346. lin.16
Ignis cur ſubtilius penetret. fol.508.lin.26
Ignis à nullo contineri poteſt. fo.509.lin.1
Ignis genera multa. fol.436.lin.24
Ignis cuius ſit figurę,& cætera quoq; elemēta.

ta. fol.475.lin.2
Ignis cuius figuræ. folio 476.linea 14
Ignis ſacer, Herpes à bile flaua fiunt. folio 484.linea 22
Ignorare quid ſit. folio 269.linea 26
Ignorantia animæ inuita eſt. fo.269.lin.24
Imperium natura cordi in alia viſcera non dedit. folio 145.linea 16
Incontinētia intemperātiaq; quomodo fiat. folio 409.lin.14
Incōtinens quis & quomodo fiat. f.194.l.17
Inflāmatio quo excitetur humore. f.503.l.25
Inguinum & māmarū arteriæ vbi vniantur. fol.17.linea 3
Inſpiratio violenta ab alijs muſculis quàm lenis. fol.55.linea 14
Inſolenter agere quis dicatur. fol.314.l.27
Inſtrumentis motum ſuggerentibus robore opus. fol.25.linea 16
Inſtrumenta corporis tria inter ſe forma ſimilia. fol.22.linea 2
Inſueti, in terrorib9, mœrorib9, cupiditatib9, voluptatibus, magis mouētur. f.217.l.18
Intelligentia erronea quę ſit Hipp. f.550.l.5
Intemperans quis, & quomodo. f.405.lin.23
Intemperans quis. fol.194.l.20
Inteſtinis quæ vina proſint. fol..578.lin.5.
Intuitus noſter quo efficiatur pacto. f.425. linea 3

Inuenire & diſcernere vt poſsimus, quæ exercenda nobis. fo.547.lin.20
Inuentionis principium, vt indagari poſsit. fol.529.lin.6.& 530.lin.23
Inuocale quid ſit. fo.202.lin.4
Ira cor maximè commouetur, incandeſcitq́;. fol.112.lin.19.23
Ira eſt iracundiæ operatio. fo.319.lin.18
Ira quid, & in quo loco fiat. fol.17.20
Ira & reliqui affectus naturæ conuenienter moti, ſunt operationes, ac contra naturam, ſunt affectus. fol.321.li.15.& 323.lin.10
Ira rationi opitulatur. fo.308.lin.4
Ira cum cupiditatibus pugnat interdum. fol. 305.lin.25
Ira cũ ratione appetitus impetum reprimit. fol.308.lin.5
Ira quid. fol.409.lin.2
Iraſcendi vis in corde. fol.4.lin.13
Iracundi homines leonibus aſsimulantur. fo. 127.lin.13
Iracundia in corde. fol.116.lin.4.& f.117.l.28
Iracundia nobis à natura cur data. f.310.li.23
Iracundia nationibus vniuerſis potentior eſt ratione. fo.121.lin.9
Iracundia cur ſeparatim ſola in nullo corpore eſſe poſsit. f.329.lin.1
Iracundia qñ rationi opituletur. fo.310.li.25 & 311.lin.2.10

Iracundia rationi eſt veluti canis venatori. fol.309.lin.7.10
Iracundia fera beſtia adiutrix rationis. folio 329.lin.6
Iracundia educatione interdum degenerat.f. 311.lin.20
Iracundia diuerſa à ratione. fo.312.lin.12.17
Iracundia in corde ſedem habet.fo.149.li.11
Iram in corde, ratione in cerebro ferme omnes ponunt. fo.391.lin.18
Iracundiæ ſedes in ſiniſtro cordis articulo. f. 383.lin.1
Iracũdiæ ſoli affectus in corde exiſtunt. fol. 246.lin.9
Iracundiæ proprium. f.311.lin.1
Iracundiæ ſedes in corde. f.384.li.16
Iracundiæ viſcus ſummè calidum neceſſariò. fol.385.lin.27
Iracundiam inducere aliquibus vtile, Hippocratis ſententia. f.390.lin.6
Iracundiam viri effecti moderatius temperamus. fo.313.lin.12
Iræ definitio quæ poſterioribus philoſophis ſit. f.390.lin.10
Iraſci, timere, dolere cuius ſint potentiæ. fol. 151.lin 23
Iraſci diligere &c. affici cordis ſunt. folio 97. lin.21.
Iraſcibilis pars in corde. fo.112.lin.5

Iraſcibilis facultas diuerſa à ratiocinatrice. folio.228.linea 3
Iraſcibilis partis virtus quæ ſit.f.403.lin. 6
Iraſcibilis facultas nunquam cõcupiſcentiæ ſuppetias fert, niſi prius ratione cõſentiente concupiſc. folio 308.linea 19
Irrationalis animę pars ab irration.& rationalis à ſcientia & inſcitia commoda & incommoda adiſpicitur. fol.288.lin.24.
Irrationale quomodo accipiendum. folio 202. linea 8
Irrationale Chryſippo quid ſit. folio 186. linea 13
Irrationāli animæ parte & paſſim & in omnibus agimur. folio 285.linea 17
Irrationalis duo ſignificata.f.202,l.27.& fol. 204.linea 18.21
Irrationalis vis quædam colligi facilè poteſt fol.299.lin.3
Iudicia eſſe perturbationes Chryſi. f.226.l.9
Iudicia & affectus in vna animæ facultate. folio 271.lin.13
Iudicia vt de humanis affectionibus,ita de diuinis ſunt habenda.fol.593.linea 25
Iudicia non eſſe perturbationes. f.231.lin.6
Iudicia cognitionum ſunt inſtrumenta ſenſuum. folio 531.linea 19
Iudicia,opiniones,appetitiones,eſſe affectus exiſtimat Chryſip. fol.184.l.20

Iudi

Iudicia circa perſuaſionem. folio 273. lin.19
Iudicij eſſe expertem,& iudiciũ eſſe affectuũ repugnant fol.197.lin.4
Iuſta anima quo efficiatur pacto f.403.l.17
Iudicium naturalene ſit,an non. f.583.l.20.
Iuſtitia circa quæ verſetur. folio 404.l.20
Iuſtitia membrorum. folio 591. linea 10.& 593. linea 7
Iuuenta cur morborũ generi ſit magis obnoxia. fol.499. linea 16
Iuuenibus qui contingere ſoleãt morbi. fol. 499. linea 4

L

LAc,quo alimur,è ſanguine concocto ortum habet. folio 478. linea 28
Lętitia & fiducia fiunt vbi dolor. fol.152.l 9
Lętari,ſuperare,& ſimilia brutæ animæ partis ſunt. fol.286.l.26
Leones pardi & alia quædam animalia cur noctu videant. fol.424.lin.3
Lemmata & ſumptiones quid ſint. f.31.lin.6
Leones iram habere Poetæ ferme oẽs dicũt. fol.127. linea 11
Liber Galeni de, elementi, vocabulo. folio 407.lin.6
Liber Galeni de olfactu. folio 436.lin.12
Librum moralis Philoſophiæ Chyſippus ſcripſit. fol.270.li.12
Ligamenta varia ſunt forma. fol.22.lin.17
Li

Ligamentum ſenſus expers. fo.22.lin.9
Lingua loquellæ potius, quàm vocis organum. fo.56.lin.6
Linguæ exiccatæ guſtus perit.fol.441.li. 22
Lux quorundam oculis in tenebris apparet. fol.423.lin.26
Luxatæ vertebræ ſigna. fo.552.li.11
Luxati brachii ſigna. f 549.lin.21.& 551.li.12
Luxati brachii caput in alam incumbit magis. fo.549.lin.21
Luxatio vertebrarum ſpinæ duplex. fo.552. lin.11.22
Luxatio vertebræ quædam curatu facilima, quædam difficilima. fo.552.lin.19
M
Magnitudinis diuiſio nullum habet certum terminum. fo.470.lin.9
Magnitudinis dignotio quomodo contingat viſui,à multis omiſſum. fol.446.lin.10.14
Maiora minorum origo,in neruis, venis arteriis. fol.341.lin.17
Maiora continent minora. f.508.lin.22
Maiora minorum principia. f.463.lin.25.28
Maiora corpora ſicut in plantis ſunt minorũ principia ita in animalibus. f.340.li.24
Maiora minorum eſſe principia. fo.336.li.24
Marſypi ſacculi quid medicis. fol.566.lin.13
Maximæ argumentationum quem vſum nobis præſtent. f.530.lin.11
Max

Maximæ vſu pariuntur. f.531.lin.14
Meatuum naſci radix vbi. f.421.lin.22
Medea qualis fuerit.f.134.lin.8.& f.135.lin.5
Μεγαλόσπλαγχνον Græcorum vulgus quid vocet. f.134.lin.7
Medici naturæ miniſtri. fo.595.lin.5
Medici officium. f.254.lin.26
Medici antiquitus vt Diocles & Hippoc.humanitate ſolùm & benignitate hominibus medebantur. fol.556.lin.25
Medicina vt ægra corpora curat,ita ars quędam animi morbos ſanat. fo.254.lin.24
Medicinæ & philoſophiæ primum & maximè neceſſarium. f.456.lin.15
Medicis nedum Philoſophis quæ conſideranda. fo.106.lin.23
Medicus quidnam nouerit quæ medicamenta,quandóne danda cui ægroto. f.572.li.27
Medulla ſpinalis è cerebro oritur.fo.513.li.11
Medulla dorſi tauris ad primam colli vertebram abſciſſa ſtatim concidunt. fo.6.li.19
Medulla ſpinalis à cerebro ortum habet.fol.8.lin.7
Membra aliis materiam præparantia eam reddunt integram illis. fol.345.li.16
Membra infra cor vnde alantur. fol.347.linea 6
Membra quædam licet vnica videantur,ſunt tamen gemina. fo.593.lin.14

Membrana omnis exactè tenuis & mollis. fol.22.linea 18
Membranæ cerebri ſi lædantur vel ſecentur animali ſenſus nullus perit.fol.413.l.8.11
Membranæ duræ & craſſæ cerebri vſus & vtilitas. fol.412.linea 7
Membranæ cordis mille,quæ verò circa collum ſi incidantur nullam læſionem patietur animal. fol.401. lin.5.7
Membranæ neruis quid conferant. folio 418.linea 22
Membranarũ vſus & vtilitas. fol.401.lin.9
Membranis neruo detractis nulla ſequitur læſio. folio 418.linea 24
Membranulæ inſertæ cordis ventriculis.fol. 359.linea 5
Membranulæ tres in orificio cordis cauæ venæ. folio 359 linea 14
Membranularum cordis ſitus & officium. fol.360 lin.1.4
Membrum quodq; quiddam habet propriũ diuerſum ab alijs. fol.378.lin.14
Membrorum noſtrorum magnitudo, ſitus, numerus, figura &c. ſimilitudo. folio 191.linea 27
Membrorum omnium & vſus & vtilitas fabricationis vnde petenda. fol.416.lin.11
Membrum quodque animalis quibus conficiatur. fol.378.lin.11
Metis

Metis quid ſit. fol.169.linea 3
Metis prima Iouis coniux. fol.167.linea 1
Methodus vniuerſalis ſine exercitatione vniuerſalium inutilis. fol.539.linea 15
Minerua quid ſit, & vnde nata.fol.165.l.24.
Mineruæ fabula Chryſi.deſcribit.f.165.l.16
Mœror affectus cordis eſt. fol.147.lin.28
Mœroris definitio à Zenone.fol.233.lin.15
Mora longior in coquendo ijs quę perfectiora euadere oportet. fol.416.lin.11
Morbi definitio generalis ex Platonis ſentētia. fol.258.lin.23
Morbi corporis & animi eandē putat Chryſippus definitionem. fol.256.linea 12
Morbi notitiam confundit Chryſippus.f. 265.l.3
Morbi ex intemperie quatuor elementorum fol 472.linea 8
Morbi quid, quibus incidant temporibus.fo. 464.lin.9.28.& 497.lin.22.28
Morbi definitio à Zenone. fol.256.lin.26
Morbi interdum, & nigræ in corpore affectiones ex linguæ coloribus .folio 487. lin.10
Morbi qui ex bile gignuntur.folio.489.l.10
Morbi qui a pituita generantur. fol.489.linea 14
Morborum lateris diſcrimen & nota. folio 567.linea 4

Morborum puerorum quoto die fiant Criſes. f.499.lin.8
Morborum acutorum contemplatio quæ facienda. fo.533.lin.12
Morborum numerus non facilè deprehenditur. f.568.lin.12
Morbis curandis quid ſat ſit cognoſcere.fol. 474.lin.19
Morborum & affectuum omnium animi & corporis,ortus & incrementa tolluntur vnà cum cauſis. f.237.lin.14
Morborum plurimorum cauſas eſſe humores fol.488.lin.8
Morbos omnes omnibus fieri tēporibus,ſed alijs alij magis & frequētius fiunt. f.497. lin.19.
Morbus in anima quibus fiat Plat.fol.269. lin.6.13
Morbus animæ vniuocè cum morbo corporis. fol.260.lin.13.
Motus cordis proprius pulſus appellantur. fol.320.lin.23.
Motus diuerſæ rationes.folio 601.lin.23.& 602.lin.10.28
Motus fit,neruo efficiente cauſa,ſenſus cæteri neruo affecto. fol.430.lin.1.
Motus nullus ſine cauſa. fol.208.lin.6.9.
Motus pulſuū diuerſus à voluntario.folio 98.lin.10

Motus genera. fol.456.lin.27
Motus ſecundum naturam quid.fol.320.li. 7
Motus nullus voluntarius ſine muſculo cui neruus inſeratur. fol. 26.lin.18
Motus inuoluntarij principium, cor. folio 98.lin.19.
Motus bibendi, comedendi, reſpirãdi origo. fol.102.lin.9
Motus animi & corporis pulchra collatio. fol.193. linea.3
Mulierum & virorum eadem debere eſſe ſtudia. fol.541.lin.14
Mũdum,& quę in eo ſunt ex igne & terra facta à Deo ait Plato. fol. 442.lin.18
Mundum extra ipſum alij nihil, alij aliquid eſſe putant. fol.571.lin.14
Mundum alij ingenitum, alij genitum prodidere. fol.571.lin.11
Muſica quos affectus mitiget. folio.288. lin.14.20
Muſices tractatio Platonis. fol.562. lin.14
Muſculi membra mouent. fol.26.lin.1
Muſculis ſenſum motus pæſtant nerui. fo. 55.lin.2.
Muſculis ſingulis non venæ ſolum,ſed & arteriæ & nerui immittuntur. fol.591.lin.13

N

NAtura rerum eſt, nihil ſine cauſa fieri. fol.210.lin.21
Natura noſtra ad vitia prona.fol.277.lin.23. & 278.lin.5
Natura nihil temerè operatur. fol.362.lin.3
Naturæ quis viuat conſentienter.folio.286 linea.1
Naturę rei aliud,aliud doctrinæ principium velle ſtultum. fol.356.lin.28
Naturale principium, rectum doctrinæ initium. fol.357.lin.21
Naturales conciliationes tres nobis à natura ingenitæ. fol.277.lin.2.12
Naturalia iudicia quæ. fol.529.lin.26
Naturam noſtram Hippocrates cur iuſtam vocet. fol.595.lin.4
Naturam in nobis geminam facultates diſſidentes declarant. fol.299.lin.25
Nares meatu quodam cerebro cõmittuntur. fol.412.lin.24
Neceſſariorum & poſſibilium magna ſimilitudo. fol.600.lin.17.& 601.lin.10
Nerui omnes è cerebro cõtinenter,aut ex ſpinali medulla oriuntur. fol.457.lin.20
Nerui ex arterijs non fiunt. fol.10.lin.22
Nerui à ſpinali medulla enaſcentes in totum thoracem cum arterijs & venis feruntur. fol.

fol.10.lin.10
Nerui & neruoſa corpora differunt.f.99.l.18
Nerui ſenſifici quantum à cerebri temperamento diſtant. fol.429.lin.21
Nerui non mouent membra. fol.25.lin.27
Nerui vnde oriantur. fol. 418.li.17
Nerui thoracem mouentes è dorſi medulla oriuntur. fol.513.lin.7
Nerui medullam habent. fol.410.lin.10.24
Nerui non à corporis forma aut multitudine, (quod ſui oblitus Ariſtotel. facit) ſed ab actione.&c. fol.21.lin.28
Nerui optici & aëris ſimilitudo.f.427.l.26
Nerui an à corde ſenſim accipiant modus quærendi. fol.83.lin.1
Nerui fœtus cur nulli pertingũt ad vterum & ſecundas. fol.367.li.12
Nerui,arteriæ,venæ cõmunis vtilitatis gratia inſeruntur. fol.378.lin.20
Nerui laqueo intercepti ſiue inciſi quæ ſymptomata inducant. fol.330.li.21
Nerui ſenſifici molliores quàm qui motum efficiunt. fol.430.lin.4
Neruis an è cerebro vis quædam ſiue ſubſtãtia,an ſpiritus ſubſtantia ipſa influat.fol. 421.lin.1
Neruis omnibus non dandi meatus.fo. 425. lin.6
Neruo inciſo quare pars ſenſu priuetur quẽ

accipit ab eo. fol.427.lin.22
Neruos opticos ex vtraque parte fiſtuloſos manifeſtè apparet eſſe. fol.421.lin.10.14
Neruos quod habet multos, id non protinus neruorum principium. fol.20.lin.4
Neruos ex corde demonſtrari nō poteſt. fol. 150.lin.14
Neruos & originem & ſentiendi facultatē habere à cerebro. fol.82.lin.20
Neruos non habet cor. fol.23.lin.14
Neruorum colli præciſio mutum animal efficit. fol.83.lin.26.& fol.86.lin.13
Neruorum, ligamentorum, & cartilaginum vna appellatio, ſed actionis differētia. fol. 23.lin.19
Neruorum principium & fons cor perperàm aſſerit Ariſtoteles. fol.7.lin.25
Neruorum origo, aliorum ex cerebro, aliorum ex ſpinali medulla euidenter deducitur. fol.8.lin.5
Neruorum natura triplici conſtat ſubſtātia. fol.410.lin.8
Neruorum fabrica. fol.452.lin.14
Neruorum originem ꝙ multi ignorauerint vnde. fol.458.lin.3
Neruorum alij molles, alij duriores. folio.22. lin.24
Neruorū opticorū conſtitutio. fol.421.li.28
Neruorum quatuor ſubalariū coniugiū pri-
mum

mum vnde. Eorundem ſecũdum coniugiũ vnde. Eorundem tertium,& quartum. fol. 12.lin.9.16
Neruorum vbi origo ibi principatus animę eſt.fol.396.lin.25
Neruorum quatuor paria magna cum arterijs ſub alis. fol.11.lin.2.
Neruorum copia in corde probabile, ſed nõ verum eſt. fol.25.lin.19
Neruum ſiue tonum appellauit Hippocr. id quod ſenſum & motũ inducit.fol.23.li.10
Neruus eiuſdem ſubſtantiæ cum cerebro.fol. 429.lin.9
Neruus quantum à cerebri natura recedat. fol.429.lin.13.21
Neruus, ligamentum, tendo, forma ſunt ſimilia. fol.22.lin.4
Neruus ſenſum & motum præſtat partibus. fol.22.lin.7
Neruus pars cerebri. fol.449.lin.1
Neruus in muſculis in fibras ſoluitur.fol.26. lin.8
Neruus forma omnis exactè rotunda.fol.22. lin.15
Nihil ſine cauſa fit. fol.355.lin.10

O

OCtaëdros quæ figura, & quibus cõſtet. fol.475.lin.14

Oculi ſubſtantia. fol.431.lin.10
Oculi pars vna ſubſtantiam cerebri refert. fol.432.lin.11.24
Oculi compoſitio. fol.379.lin.18
Oculo quale inſtrumentum eſt neruus, tale eſt ſoli aër. fol.433.lin.10
Oculorum meatus ad cerebrum in vnum coeunt. fol.421.lin.28
Oculorũ ſuffuſio quomodo ſanabilis dignoſcatur. fol.423.lin.6
Oculorum lumẽ quidam in tenebris amiſit. fol.424.lin.22
Oculorum quàm mira compoſitio. fol.592. lin.18.593.lin.1
Oculorum morbus ſuffuſio vt fiat.fol.442. lin.7
Oculus quid Ariſtoteli. fol.21.lin.1
Oedema & tumor à pituita.fol.484. lin.23
Odor Platoni vt fiat. fol.436.lin.17
Odoris ſubſtantia vapor. fol.442.lin.4
Odorum genus quid,& cur quintum, cũ elementa non ſint quinq;. fol.436.lin.13
Odorũ ſenſus quo perit modo.fol.441 li.28
Olfactui & Auditui attribuentium poſiturę cognitionem corporis emittentis vaporẽ vel aerem percutientis error. fol 434.li.6
Olfactus vbi ſedem habeat. fol.436.lin.5
Operatio motio eſt affectiua. fol.319 lin.10
Operatio & affectio miſtæ.fol.322. lin.3. 15.
&

& quare ita miſtæ. fol.323.lin.11
Operatio, ſecũdum naturam motus: affectio verò contra. fol.319.lin.24
Oratio è capite egreditur. fol.170.lin.17
Oratio breuiſſima Platoni quibus conſtet. fol.469.lin.26
Orationis definitio. fol.64.lin.5
Oratóres, Poetæ reliquiq́; autores cui rei fidem faciant. fol.315.li.2
Oratoris officium. fol.41.lin.27
Orificia cordis quatuor: in ſiniſtra parte duo, in dextra duo: & ad quid ſint. fol.361. linea 15
Oſſa fracta capitis non extrahi plerunq; debere ſine membranarum cuſtodibus. f.6. linea 4
Oſsibus ſingulis corporũ ſingulæ venæ cur connectantur. fol.591.lin.2

P

PAlloris macieiq́; curandorum tractatus Hippocratis. fol.390.lin.4
Palpitatio à pulſu differt. fol.371.lin.6
Palpitatio cordis quibus ex cauſis fiat. folio. 517.lin. 3
Parenchyma quid. fol 378.lin.10
Pars quælibet ſpecies eſſe nequit. folio.329. linea 17

Pars animæ alia cupit,alia ratiocinatur.fol. 298.lin.4
Pelops de neruorum origine.fol.340.lin.27
Pelops vbinã ſtatuerit cerebrũ neruorũ, venarũ,& arteriarũ principiũ.f.354.li.24
Pelopis abſurditas maxima de principio venarum. fol.354.lin.21.355.linea.1
Peripatetici de animę principatu.fo.45.li.11
Perſuaſio & fides communis omnibus animalibus. fol.531.lin.21
Perturbatio quid ſit Chryſippo.fol.211.li.11. & fol.212.lin.3
Perturbatio animi quid ſit veteribus & Chryſippo. fol.249.lin.24
Perturbatio etiam ex paruis rebus fieri dicitur. fol.217.lin.8
Perturbatio animi non eſt rationis error.fo. 190.lin.2
Perturbationes cur in pueris vehementiores & plures. fol.276.lin.5
Perturbationes ex ira & cupiditate oriri Plato ait. fol.238.lin.5
Perturbationes indicijs ſuccedere qui opinãtur,cuius ſectæ. fol.293.lin.7
Perturbationes Stoici rationalis partis eſſe putant. fol.248.lin.16
Perturbationes ab errore & peccatis diſtinguit Chryſip. fol.189.lin.25
Perturbationes ſine cauſa excitari ait Chryſippus

ſippus. fol.210.lin.10

Perturbationes ab ira & terrore cor a naturali conſtitutione exturbant. fol.331.lin.3

Perturbationes inueteratæ quare remittantur:id quod ignorat Chryſippus.fol.290. lin.12

Perturbationes quo pacto ortæ curentur,aut antè,quàm oriantur, caueantur nō docet Chryſippus. fol.272.lin.2

Perturbationes non oriri ex pugna duorum iudiciorum mutua. fol.273. lin.10

Perturbatos violentia quadā moueri. f.229. lin.22

Perturbationum veram cauſam qui aſsignare non poſsint. fol.285.lin.17

Perturbationū curatio cur in alijs difficilis, in alijs facilis. fol.281.lin.2.8

Perturbationum liber curatorius Chryſippi cur inanis. fol.237.lin.16

Perturbationum cauſa rationalis eſſe nō poteſt. fol 212.lin.23

Perturbationum vis & cauſa omnis in quo. fol.261.lin.26

Perturbationum ſedandarum cauſæ non abſtruſæ,vt Chryſip.ait. fol.240.lin.12

Perturbationum cauſæ quæ ſint.fol.211.lin. 1.& fol.212.lin.25

Perturbationum cauſæ inuētæ commoda ex Poſidonio. fol.288.lin.28

Perturbationum cauſam quam eſſe dicant Stoici. fol.209.lin.2.10.13
Phantaſia & viſio academicorum.f.605.li.13
Philoſophi nonnulli quid de magnitudine & ſitu terræ effutiant. fol.462.lin.3
Philoſophi veteres ſoli tres animæ partes vi derunt. fol.277.lin.12
Phlegma album vnde fiat. fol.504.lin.20
Pituita qua ratione magis creſcat hyeme.fo. 495.lin.10
Pituita omnium quæ in homine ſunt, frigidiſſima. fol.495.lin.24.& 494.li.5
Pituita quos gignat morbos. fol.489.lin.14
Pituita frigida & humida vt aqua.fo.483.l.4
Plantarum quæ pars altricis principium ſit. fol.344.lin.26
Plantarum principium vbi. fol.336.lin.4
Plãtarum,fructuum,& ſeminum ortus quomodo fiat. fol.478.lin.7
Plato de reſpiratione reprehenſibilis eſt.fol. 511.lin.20
Plato & Hippoc.vbi conuenıant,& vbi non cognoſcere,eſt vtile. fol.524.li.27
Plato generaliter & peculiariter de animę accidentibus. fol.270.lin 3
Plato in quo cum Hippocrate conſentiat de reſpiratione. fol.516 lin.12
Plato ignem appellat quod Hippo. calorem innatum. fol.506.lin.12

Plato quid vocet præſepe quoddam corporis. fol.385.lin.7
Plato potum in pulmones integrum ferri nõ putauit,ſed quippiam ſolum.fo.520.lin. 28.& 521 lin.27
Plato de conſtitutione humani corporis.fol. 509.lin.2
Plato vbinam nos in diuidendo & definiẽdo exerceat. fol.558.lin.11.18
Plato in Timæo multa tractauit medica.fol. 506.lin.4
Plato qua ætate ad Timæum ſcripſerit. fol. 501.lin.3
Plato vbinam negligenter ſe geſſerit.fo.501. linea.5
Plato diuinus artifex in curandis animi ęgritudinibus. fol.237.lin.20.28
Plato arterias appellat venas.fol.384.lin.18
Plato fortaſſe quædam non potuit exactè diſſerere,& quare. fol.500.lin.15
Plato cur laudandus in quodam loco.fo. 500 linea.18
Plato cur maximopere admirandus.f.601.l.1
Plato de diuiſione & compoſitione.&c folio 601.lin.4
Platonici aliqui contrà,quàm Plato pronuntiarit,opinati ſunt. fol.599.lin.26
Platonis abſurdiſsimum dictum de pituita. fol.503.lin.17

Platonis &Hippocratis de anima vera ſentẽtia. fol.292.lin.27
Platonis error primus de morbis. folio.501. lin.21
Platonis ſecundus error. fol.501.lin.26
Platonis error de ſpiritus attractione . folio 513.lin.18
Platonis & Ariſtotelis controuerſia de virtutibus. fol.403.lin.12
Platonis oratio de inſpiratione falſa eſt.fol. 515.lin.15
Platonis placitum de animæ potentijs. folio 179.lin.23
Platonis error de morbis. fol.485. li.12
Platonis dogmate recitato,aliud Chyſip. ſectatus eſt. fol.132.lin.18
Platonis & Empedoclis lectio duplex. folio 438.lin.18
Platonis error de hominis tẽperamento.fol. 484.lin.7
Pœna quænam olim ſeruis infligeretur. fol. 392.lin.21
Poeta quidam Ariſtote.ſequutus tres animę potentias in corde collocat.folio.163.lin. 10.17
Poetæ alij mentem in corde, alij non poſuerunt. fol.116.118.119
Poetæ quiq; non peſsimi,ita opinati,vt Plato,de animæ partibus. fol.391.lin.9

Polyc

Polycletus librum de mẽbrorum conueniẽtia edidit. fol.266.lin.2
Porta iecoris quæ vena dicatur. fol.352.li.26
Poſidonij quæſtio pulchra. fol.241.lin.5
Poſidonij obiectio cõtra Chryſippũ de ægritudinibus. fol.215.lin.18
Poſidonius maximè eruditus ſtoicorum omnium diſciplinis. fol.460.li.6
Poſidonius quid de perturbationibus ſentiat fol.247.lin 1
Poſidonius perturb.cauſas ponit quas Chryſip.ſe ignorare dicit. fol.237.lin.1
Poſidonius in Geometria ab ineunte ætate verſatus. fol.208.lin.14
Poſidonius quid de conuenienter naturæ viuere. fol.287.lin.3.13.16
Poſidonium veteribus repugnare pudet. fol. 248 lin.12.
Poſiturę vicinitas de vocis origine, quos deceperit. fol.70.lin.21
Potentia cuiuſque rei facere poteſt, ſed pati ex potentia non poteſt. fol.606.lin.24
Potentia animæ facere & agere poteſt, pati verò minimè. fol.606.lin.20
Potentiæ animæ ſubſtantia & locis differentes. fol.295.lin.6.20. & 296.li.3
Potentię ſeiunctæ, in puero etiam apparent. fol.154.lin.8
Potentias animæ Chryſippus omnes in cor

de collocat. fol.179.lin.26.fol.181.lin.1
Potus in ventrem ferri ait Plato.fol.519.li.2
Potus in pulmonem defertur manifeſtè. fol.518.lin.18
Praxagoræ inſidioſa malitia de neruorũ origine. fol.8.lin.10
Praxagoræ nugæ de arterijs & neruis.fo.13. linea.6
Praxagoras vbi venia dignus. fol.11.lin.16
Praxagoras quas arterias in neruos tranſire dicat. fol.31.lin.4
Principium quomodo in his libris accipiendum. fol.363.lin.15.25
Principium doctrinæ rectũ,& verũ rei principium connexa inter ſe. fol.357.lin.17
Principium dimidiũ eſt totius,Plato laudat. fol.528.lin.22
Probabilia cum veritate magnã habent ſimilitudinem. fol.582.fol.22
Procliuis in morbos non protinus ægrotare dicitur. fol.254.lin.3
Prolixitatis Galeni quis in cauſa fuerit. fol. 407.lin.18
Pronunciatum, à propinquis membris. &c. falſum. fol.62.lin.10.&.28
Propẽſio communis quid Chryſip.appellet. fol.150.lin.23.26
Proportio eorum quæ in anima, ad ea quæ ſunt in corpore. fol.267.lin.7
Propo

Proportio eorũ quæ ſunt animæ, ad ea quæ ſunt corporis ſecundum Chryſip.f.256.l.2
Propria animæ abſolutè quę malè putentur ab aliquibus. fol.287.li.15
Prudentia circa quæ. fol.404.lin.17
Ptiſanæ exhibitio in morbis acutis.fol.569. linea.20
Pueri ſtatim à partu iracundia pleni.fo.312. linea.16.& fol.313.lin.1
Pueri cor,cuius facta eſt apertio, actione nõ lædebatur per curationem. fol.2.lin.23
Pueri ad voluptates nullo doctore geſtiunt, labores fugiunt.fol.270.lin.8.276.lin.20
Pueri neceſsitate quadam à voluptate illiciũtur:laboremq́; fugiunt. fol.278.lin.21
Pueri cur laudibus,& honoribus lætentur,& gaudeant. fol.278.lin.25
Pueritia inſtar brutorum mouetur, ſed ætas prouectior ratione vtitur. fol.298.lin.10
Puerorum peruerſitatis cauſa duplex Chryſippo. fol.278.lin.9
Puerorum diſpenſatio quæ in animis fit. fol. 275.lin.27
Pulchra vel deformis anima qbus fiat Chryſippo. fol.267.li.20
Pulchritudo corporis quibus conſtet.fo.265 lin.22 & 266.lin.21
Pulchritudo quarum partiũ ſit æquabilitas Chryſip.docere neſcit. fol.260.li.26

Pulchritudinem & ſanitatem animæ vbinã Plato differat. fol.267. lin.25
Pulchritudinem cũ ſanitate confundit Chryſippus. fol.267. lin.19
Pulmonem quæ non habeant animalia. fol. 351.lin 11.
Pulmones ſoli cordi continuos vno meatu. fol.345.lin.22.
Pulmones quæ non habent animalia nec cordis dextrum ſinum. fol.351.lin.13
Pulmonum ſubſtantię nullam ſimilẽ in corpore inuenies. fol.379.lin.8
Pulſare & pulſus vt ab antiquis accipiatur. fol.384.lin.6
Pulſus arteriarũ non eſt à cerebro.fo.61.li.2
Pulſus omnis non eſt cordis operatio. folio 320.lin.26
Pulſus in hoc opere vt dicatur.fol.320.li.16
Pulſus multipliciter dicitur.fol.320 lin. 22
Pulſuum differentia. fol.320. lin.27
Pupilla altero clauſo oculo cur dilatetur & vnde. fol.422. lin.17.24
Pupillæ foramen inſpiciendi locus eſt. folio 426.lin.11
Pyramis quæ figura, & quibus conſtet.folio 475.lin.12.28
Pythagoræ opera ad Galeni tempora nulla peruenere. fol.29.
Pythagoras quod dogma inſtituit.f.241.l.2.

Q

Qualitates quatuor primæ, qua ratione corporibus noſtris inſint. f. 482. l. 3
Quæſtiones de Dijs inutiles. fol. 585. lin. 22
Quæſtiones quænam ad mores & actiones non conferant. fo. 584. lin. 21. & 585. lin. 7

R

Radicatio quid. fol. 353. lin. 28
Radicatio venarum iecur, arte. f. 389.
Radicatio quid ſit Galeno. fo. 342. lin. 16
Radicatio venarum iecur: arteriarum cor. fol. 342. lin. 22
Radicatio Hippocrati cur. dicatur. fol. 386. lin. 24
Ratio in capite, Iracundia in corde, Cupiditas ad vmbilicū. i. in hepate diſpoſita eſt. fol. 179. lin. 24
Ratio effuſi & immoderati motus nō eſt cauſa. fol. 212. lin. 18
Ratio, iracūdia, cupiditas rectè & ſpecies, & partes dici animæ poſſunt. fol. 325. lin. 25
Ratio in capite, in corde iracundia, in hepate libido collocatur à Platone. fol. 459. li. 5
Ratio Chryſippo quibus partibus conſtet. fol. 262. lin. 12
Ratio in anima exiſtit.. fol. eod. lin. 24
Ratiocinari, cibos, potiones, venereaq́; concupiſcere minimè eius facultatis.. folio 304

304.lin.1
Ratiocinatricis facultatis officium. fol.141. linea 14
Rationalem animæ partem quis ſequitur. folio 387.lin.18
Rationali animæ parti morbum & ſanitaté pulchr.& deformitatem tribuit Chryſi. folio 261.lin.13
Rationalis pars in corde non eſt. f.91.lin.12
Rationalis anima in ea, qua ratiocinamur parte ſit. fol.160.li.24.& fo.161 linea 6
Rationalis vis ſi ſola eſſe concedatur, quid ſequatur. fol.398 lin 1
Rationis inſtitutio. fol.282.li.27
Rationis ſolius ſcientia. fo.283.li.14
Rationis partes.. fol.261.li.20
Ratione prima à natura fieri quid ſit. folio 320.linea 3
Rationem cum affectu concurrere quid.folio 194.linea 2
Rationem affectibus reſiſtere quomodo capiendum. fo.194.lin.8.
Rationi opitulatur ſemper iracundia contra concupiſcentiam.fo.309.lin.11.& 311. lin.10
Rationis nonnulli nunquam compotes. folio.312.lin.18
Rationis & iracundiæ ordo quis eſſe debeat. fo.120.lin.13.

Rationis

Rationis trāſgreſsio Chryſip.quid.ſo.187.
lin.27

Recens in mœroris definitione quomodo ac
cipiendum. ſo.233.li.16

Recens malè ex Chryſip.verb.adiectum de-
fin. fol.233.lin.23

Regiones pro aëris cōſtitutione noſtra cor-
pora immutant. fol.496.lin.23

Regiones diuerſorum climatum diuerſarum
ſunt qualitatum. fol.497.lin.8

Rhetorica, vbi erramus plurimùm valet.fo
lio.537.

Rhetoricam vbi nam Plato doceat.fol.560.
lin.9.& 561.lin 1. & 562.lin.2

Rhetorico quæ conueniant. fol.537.lin.19

Rhetorico quæ præcognoſcere ſit neceſſa-
rium. fol. 560.lin.9

Renes ſuum habent corpus & naturam, ve-
lut lien, ab omnibus diuerſa. folio.379.
linea 12

Renes & fellis folliculus ſanguinis purgato-
ria receptacula ſunt. fo.347.lin.26

S

SAnguis cæterſque humores ex quibus ci-
bis. fol.478.linea 14

Sanguis copioſior in animalibus gignitur,
q̄ cæteri humores,& cur. fol.478.li.15

Sanguis vehemens & ſpirituoſus quis,& vnde. fol.383.lin.11
Sanguis è iecore non vehementer circunfertur. fol.383.lin.7
Sanguis è lacte iterũ gignitur.fo.448.li.27
Sanguis qui in dextro cordis ventriculo eſt ſimilis ſanguini venarum,qui in ſiniſtro ei qui in arterijs continuetur. fol.348.li.3
Sanguis exquiſitus quãdo gignatur.fol.483.lin.14.
Sanguis non ſecundæ conſtitutionis,ſed primæ. fol.486.lin.5
Sanguis invenisne,an ſolùm in hepate fiat. fol.376.lin.6
Sanguis è iecinore emanat. fol.344.lin.15
Sanguinis fontem abſolutè, non idem eſſe cum eo,cui addimus,qui vehementer circumfertur. fo.383. linea 5
Sanguis in homine variatur ſecundum aeris & regionum temperiem. fo.280.lin.12
Sanguis vehementer circum latus quis.fo.389.linea.15.
Sanguis vbinam concretus extremis periculis homines obijcit. fo.484.lin.27
Sanguinis congelatio vnde. fol.379.lin.26
Sanguinis excrementorum purgatio in iecore quid probet,arguátque.fo.347.lin.14
Sanguis in pulmones vnde. fo.359.lin.27
Sanguinis color vnde gignatur Platoni.fo. 519.

510.lin.6.19
Sanguinis diſsimilitudo quædã.fo.486.li.8
Sanguinis cordis duplex differentia. folio 348.lin.9
Sanguinis generationem nihil aliud quàm iecoris caro procurat. fo.381.li.7
Sanguinis generatio fit vt alatur animal. folio 344.lin.19
Sanguinis principium iecur dicere, ſed venas gubernantis cor facultatis nemo poteſt. fo.362.lin.13
Sanguinis generatione ſublata, tollitur & vita. fo.364.lin.8
Sanguinem in iecore præparari aiunt Eraſiſtratei. fo.361 lin 4
Sanguinis temperatura quæ. fo.382.lin.7
Sanguinis prima generatio, cuius vehicula venæ. fo.382 lin.9
Sanguinis flaui & ſpirituoſi vehicula ſunt arteriæ cuius fons læuum cordis latus. fo.382.lin.11
Sanitas corporis in quibus. fo.265.lin.7
Sanitas corporis in quibus conſiſtat.folio 263.lin.19.& 266.lin.23
Sanitas animæ quarum partium ſit æquabilis Chriſip. demonſtrare non poteſt. folio.260.lin.24
Sanitas corporum quibus confirmetur. folio.267.lin.6

Sanitas quid ſit Zenoni. fol.257.lin.1
Sanitas animæ Platoni quibus conſtet. fol. 268.linea 6
Sanitas,morbus,pulchritudo,deformitas animæ Chryſippo. fol.273.lin.1
Sapere & cætera,partis animæ rationalis & diuinæ ſunt. fol.287.lin.28
Sapientes doctíque quomodo qualibet in re efficiamur. fol.563.li.19
Sapientia & ſcientia quomodo ſit animæ.folio 404.linea 22
Sapientum animus non perturbatur. folio 249.lin.28.& fo.250. lin.20
Scientia præſente aliqua in re errare nemo poteſt. fol.225.linea 20
Scientia cur ſit virtus. fo.402.lin.10
Scientia bonorum & malorum Ariſtoni vnica virtus.fo.404.linea 13.Et quomodo ſit accipienda. fol.eod.lin.14
Scientia gubernari quid ſit. fol.405.li.4
Scientiæ effectrices ſump. paucæ.f.94.li.12
Scientiæ effectrix ratio quæ ſit. fo.401.li. 22.& fol.402.lin.7.10.20
Scientiam bonorum & malorũ habere quid ſit. fo.406.li.25
Scientiam quæ pariant. fo.47. lin.20
Secordem quid vulgus appellet.f.133.l.9.25
Secors vulgò quid ſignificet. fo.147.lin.3
Secors dictionis,mirabilis Chryſippi expoſitio

ſitio. fo.128.li.12
Sectæ cuipiam addicti, quàm ſint pertinaces contra veritatem. fol.584.lin.1
Secta Chryſippi peſsima. fol.293.lin.8
Secta Hippocratis optima. fo.293.li.9
Secundum naturam multipliciter dicitur:& quō hic accipiendū. f.319.li.28. & 320.li.2
Seditio Platoni quid. fol.268.lin.24
Semen in terra quō germinet. fo.333.li 22
Semini conficiūdo cur natura longos anfractus machinata, itē lacti, & ſpiritui vitali. folio 416.linea 13
Seminum germinatio cōtrario agitatur motu, radicis in terram, trunci ſurſum in aerem. fo.334.lin 20
Septum, cordis membrana, & reliquæ thoracis partes vnde alimentum ſumant. folio 346.lin.22.& 347.lin.7
Septum quid appellet Plato. fol.519.lin.13
Senſifici nerui qui ſint. fo.429.lin.24
Senſorium primum commune omnibus ſenſibus. f.438.l.25.& 439.li.1.8.& 440.l.2.19
Senſus quibus fiant. fol.435.lin.25.& 441.linea 9.19.& 451.lin.4
Senſus tactus nerui omnes, qui motum faciunt, ſunt capaces. fo.430.lin.5
Senſus nullus fieri poteſt, niſi neruus aliquo modo afficiatur. fol.439.li 28
Senſuum quorumlibet ſubſtātia. f.442.li.22

Similaria corpora, ſimplicia, & prima quæ. fol.479.lin.25
Similitudinem veri habere, quibus t ai i. fol.596.lin.20
Similitudines & diſsimilitudines propoſitio num, inexercitatis errorem exhibent. folio 606. linea 1
Similium & diſsimilium notionem eum habere oportet, qui fallere, ſed falli non vult. folio 528. li.1. & 530. li.10
Similium & diſsimilium exactè ſimul & celeriter gnarus eſſe debet veritatis indagator. fol.539.lin.10
Similium & diſsimilium diſcrimen cernere vt difficilimum, ita longè pulcherrimum. folio 599.lin.24
Similium & diſsimiliũ exacta cognitio dux eſt ad artes quaſlibet. fol.582.li.17.
Similium & diſsimilium dignotio, diuiſioniſq́; quãtum valeat. fol.580.lin.7
Similium & diſſi, diuiſioniſq́; autore, Hippo crates & Plato. fol.580. lin.14
Sitis qualis ſit appetitio. fol.604.lin.27
Sol quomodo mundũ illuminat. fol.427.li.2
Species quælibet pars dici poteſt. f.329.li.16
Speculatiuę philoſophiæ quę neceſſaria. fo. 474.lin.24
Spiritu euacuato animal collapſum quid ar guat. fol.416.lin.25

Spirit

Spiritus in totum corpus. fol.359.lin.28
Spiritus duas habet partes, duo elementa,ac duas conſtitutiones. fol.263.lin.26
Spiritus puri& ſynceri,(in quo animæ principatus eſt) ſedes perperàm à Chryſippo in corde collocatur. fol.7.lin.11
Spiritus flatuoſus in animalibus vnde gignatur. fol.485.lin.7
Spiritus vitalis, qui & vbi:item ſpiritus animalis vbi. fol.413.lin.27.item.416.lin.3
Spiritus vitalis generatio vnde & vbi. folio 416.lin.5
Spiritus animalis quo argumẽto animæ nõ ſit ſubſtantia,neq; domicilium, ſed primũ inſtrumentum. fol.416.lin.20
Spiritus animæ primum inſtrumentum ad ſenſus omnes. fol.414.lin.14
Spiritus ſi animę ſubſtantia eſſet,quid accideret eo exinanito fol.414.l.44
Spiritus animalis vbi & vnde.fol.414.l.23
Spiritus cum humoribus oculi quo commiſceatur pacto. fol.432.lin.1
Spiritus per neruos tranſmeat.fol.428.li.26
Stoici brutis eripiunt affectus.fol.127. li.18
Stoici Euripo inſtabiliores. folio.209.lin.9
Stoicorum de voce concluſiones.fol.65.li.10
Stoicorum impudens reclamatio.fol.155.li.6
Stoicorum error quidam. fol.31.lin.13
Stultorum qualis ſit animus Stoicis in per-

turbationibus,& antè quã perturbentur. fol.250.lin.2
Stultorum animus qualis ſit Chryſippo.fo. 250.lin.4.Item Poſidonio.lin.8
Stultum hominem ſine cerebro vulgus ait. fol.128.lin.7 vbi verò meticuloſum dicit ſine corde.lin.8
Subſtãtia animæ rectiùs quàm facultas quid vocetur. fol.332.lin.2
Subſtantia quę Platoni,& his lib.Galeno appelletur. fol.607.li.8
Subſtantia vna cùm ſit, multas habet potentias. fol.608.lin.11
Subſtantiæ potentijs operantur.fol.608.li.4
Subſtantiæ naturales ex materia & forma compoſitæ. fol.607.lin.20
Subſtantiæ nomen quo accipiendum modo. fol.402.lin.1
Syllogiſmus quo concluditur ex corde arterias oriri. fol.342.li.10
Syllogiſmus quo concluditur venas è iecore oriri.Maior.fol.369.lin.1.Minor. folio 269.lin.4

T

TAbes quomodo, vnde & vbi fiat. folio 384.lin.26
Tactus magnitudines & formas quomodo percipiat. fol.433.lin.28

Temerè

Temerè aliquid fieri quomodo intelligatur. fol.211.lin.6
Temperantia circa quæ. fol.404.li.16
Temperans quis ſit, & quomodo fiat. folio 194.lin.19
Tempore quæ nobis inhæreant.fol.242.lin.5
Tendinum ſubſtantia. fol.23. lin.2
Tendinum forma non vna. fol.22.li.16
Tendo ex quibus coaleat. fol.26.li.12
Tendo quid ſit. fol.22.lin.10

V

VAſa deriuata eandem naturam & origi nem habent quam illa à quibus deri uantur. fol.370.lin.8. & 372.lin.3
Vaſorum communis functio præcipua. fol. 378.lin.25
Vaſorum principia an & fines dici poſsint, vt & viarum. fol.373.lin.22
Vegetabilis facultatis in plantis vbi princi- pium. fol.334 lin.17.20
Vena caua prius quàm pertingat ad cor bifa riam ſcinditur. fol.352.lin.7
Vena duplo maior è iecore exit quàm vbi fiſſa eſt. fol.352.lin.15
Vena è iecore prodiens trunco ſimilis aut ra dicationi. fo.366.lin.25
Vena quæ diuidatur in ventrem,in omentū, in ſimas iecoris partes. fol.353.lin.2

Vena

Vena caua vnde & quo. fol.349.lin.19
Venam vnam è corde cur natura eduxit.fol. 346.lin.10
Venarum hepar principium. fol.27.lin.7
Venarum tunicæ ſubſtantia diſsimiles ſanguini,ideo eius non effectrices.f.376.l.10
Venarum primæ generationis origo, hepar: & diſpenſationis materiæ. fo.374.li.19
Venæ ſi à corde proficiſcerentur pulſum haberent. fol.370.lin.15
Venæ è quo viſcere exoriantur facile inuentu. fo.368.lin.27
Venæ vbi omnes in vnum coeunt in ſecundis ibi earum principium. fol.379.lin.1
Venæ duæ in fœtu ab vmbilico ad iecur in vnam coeunt. fol.369.li.12
Venæ cur pulſu careant. fol.386 lin.6
Venæ etiam à prima conformatione à corde originem non habent. fo.365.li.23
Venæ iugulares. fol.83.li.14.
Venoſa arteria aſperæ arteriæ committitur. folio 49.linea 23
Ventrem cibos & potus continere ait Plato. folio 520.linea 3
Ventres hyeme & vere calidiſsimi.f.508.li.1
Ventriculi os mordetur,non cor. f.94.li.24
Ventriculus cordis ſpiritalis ſi ſanguine oppleretur contra naturam, quæ ſymptomata ſequerentur. fol.5.lin.9

Vir

Virtus vna, & quæ Ariſtoni & Chryſippo. fol.405.lin.7
Virtus quid ſit. fol.283.lin.25
Virtutes irrationalium partium habitus qui dam ſunt, ac potentiæ. fol.403 lin.19
Virtutes eſſe quales Chryſip.docuit. fol.398 lin.10.22.&.399.lin.13
Virtutis explicandæ ratio & modus. fol.401. lin.25
Virtutum ad differentias inueniendas quę ni hil conferant. fol.584. lin.11
Virtutum ac facultatũ traductio imbecilla. fol.425.lin.14
Viſceroſus quis dicatur. fol.134.lin.6
Viſiuorum neruorũ foraminis origo obſcu-ra, & quomodo eius ſectio facienda. folio. 422.lin.4.9
Viſorij nerui craſsitudo duplicem ſortita eſt formam. fol.431.lin.2
Viſorius conus quibus maior. & quibus mi-nor. fol.424.lin.11
Viſorius neruus quam habeat naturam. folio. 430.lin.8
Viſorius ſpiritus fulgori ſolari maximè ſi-milis. fol.450.lin.6
Viſus primum ſenſile, id eſt obiectum, color. fol.433.lin.16
Viſus noſtri quæ ferantur demonſtrationes. fol.434.lin.21
Viſus

Vitia nos naturaliter vrgent, non extrinſecus. fol.277. lin.20
Vitiorũ generationes & cauſas Chryſippus non voluit inuenire. fol.277.lin.14
Vitreus humor in oculo,& glacialis. fol.432 lin.17
Vmbilicus exquiſitiſsimè medium hominis. fol.49.lin.9
Vocem è cerebro creari primariò. fo.54.li.3
Voces aerea ſubſtantia conſtant.fol.442.li.5
Vocis emittendæ cor,quia propinquum, organum,falſum. fol.54.lin.14
Vocis inſtrumentum proprium quod ſit.fol. 56.lin.4
Voluntarij motus fons cerebrum.fol.61.li.6
Volũtariorum motuum organum & nutriẽs non idem. fol.103.lin.4
Voluptatũ differentiæ & ſpecies. f.578.l.20
Voluptatum ſimilitudo & communitas. fol. 579.lin.8
Voluptas tanquam bonum, dolor tanquam malum cur ſpeciem probabilem offerat. fol.279.li.10
Voluptas & labor in moribus hominum non paruam habent differentiam.fol.280.li.6
Vomitui ex cordis dolore remediũ præſens. fol.96.lin.1
Vox ex ore exiens & vna,& infinita eſt. fol. 562.lin.5

Vox animali quibus inciſis neruis perit. fol. 85.lin.13
Vox quibus de cauſis pereat. fol.56.lin.25
Vnum eſſe & quod nutrit,& quod nos volun tarijs motibus primum mouet,falſum.fo. 103.lin.3
Vnum quid Platoni dictum ſit & Galeno.fo. 607.lin.5
Vulgus non modò cum alijs, ſed & ſecum diſ ſentit in verbis & actionibus.fol.137.li.8
Xenophon quas damnarit quæſtiones.folio 586.lin.1

Z

ZEno & Chryſippus artem demonſtran di non tradiderunt. fol.40.lin.1
Zeno quando damnandus. fol.293.lin.2
Zenonis apta oratio in conferẽdis animi & corporis morbis. fol.256.lin.23
Zenonis Stoicorum patris de voce concluſiones. fol.66.lin.17
Zenonis concluſio de mente. fol.63.lin.8.18

FINIS INDICIS.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLA*tonis Dogmatibus liber primus, ſine principio, Iano Cornario Medico Phyſico interprete.*

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Multis rationibus euincit, cor sãguine plenum eſſe, ac principium arteriarum, cerebrũ autem neruorũ: redarguens aliquot philoſophos, Eraſiſtratum primò qui ſiniſtrum cordis ventriculum non ſanguine, ſed vitali ſpiritu plenũ aſſerit: deinde Chryſippum, qui eundem ventriculum animali ſpiritu plenũ facit. Poſtremò Praxagoram & Ariſtotelem illum quidem durius, quia cum videret nullum neruum ex corde naſci, tamen cerebrũ neruorum principio penitus priuare voluit, confingens arterias dum finduntur, & anguſtæ fiunt, in neruos trãſire. Ariſtotelem modeſtius taxat, quòd rationibus aliquot probabili. inductus, aſſeruit ex corde neruos naſci.

ARGVMENTVM CAP. I.

Nullum eſt iuſtum capitis huius principium,

a qua

quare quod de puero protulit Galenus, qui corde denudato ſaluus manſit, intellectu paulo eſt obſcurius. Inde docet, cor in vtriſque vaſculis ſanguine plenum eſſe. contrà quemuis cerebri ventriculum carere ſanguine, qui in eo non niſi per accidẽs reperiri poſsit. ſi videlicet vnà cum caluaria contundatur. vt in eo arteria ac vena quædam rumpantur, aut vas aliquod cerebri per violentiam frangatur.

SEd & illius, pars ea quæ cũ pectore cohæret cõputruerat, & cor ita manifeſte videre licebat, velut etiã in animantium reſectionibus, vbi volentes id denudamus. Puer itaq; ſeruatus eſt, partib. circa pectus carne obductis, ac inter ſe concretis, vt eiuſmodi operculum cordis eſſent, quale prius erat tunicæ apex. Nec illud mirum videri debet, ꝙ corde denudato ſeruatus eſt puer. Neq; enim amplior affectio erat, q̃ ſunt perforationes quæ quotidie in thoracem fiunt: neq; tunica cordi obſita proprium aliquod inſigne periculum affert, quemadmodũ etiam alicubi Herophilus dixit, itemq; alii multi medici. Neque igitur puer ille per totam curationem actione lædebatur, neq; ſi ſimiliter reſecemus animal lædi poterit. Qua igitur de cauſa hæc protuli? Vt oſtenderẽ cor ſanguine tũc plenũ eſſe

In vtriſq; ventriculis. Vnde hoc cognoſcere datur? Si ſaucies ipſum, ſtatim effundit ſanguis. Oportebat aũt iuxta Chryſippi ſnĩam, aut ſpiritũ prius euacuari apparere, atq; ita ſanguinẽ ſeq: aut oĩno nõ ſequi, quẽadmodũ neq; in vẽtriculis cerebri ſequit. Nã vbi exciſa caluaria, mẽbranã craſſam abſtulerim', & toto cerebro denudato, quẽcũq; vẽtriculũ ipſius ſauciare tẽtauerimus, neq; ſtatim in ipſis ſanguis contineri videt, neq; poſterius ſequi. Ita verò in mortuo etiã animãte, in ſiniſtro cordis ventriculo nuſq̃ nõ ſanguinis grumos cõpereris. In cerebri verò vẽtriculis nõ inuenies, præterq̃ ſi ipſo vnà cũ caluaria cõtuſo, arteriæ aut venæ quædã in ipſo rumpant. Hoc vero modo etiã in bobus qui circa primũ medullæ dorſi exortũ ſauciant, quãdoq; reperit ſanguis, ad anteriorẽ aliquẽ vẽtriculũ diſtributus. Et neque hic miri quicq̃ eſt, vbi poſterior ventriculus ſauciatus eſt, & multa ac magna vaſa cum ipſo vulnerata, vt etiam quandoque ſanguis ad anteriores vſq; perueniat. Poſsit etiam aliquando animãte ꝑ laqueũ ſtrãgulato, vas aliqđ cerebri rũpi, ꝓpter ingentẽ violẽtiã, velut ſępe fieri cõſpicitur etiã circa aliã quãcũq; partẽ rupto vaſe præ copia ſanguinis aut fuſura. At ſi in aqua ſuffocetur animal, non ſimili-

ter vas rumpi poterit. Per alia tamē omnia mortis animantium genera, ſanguinis grumum in cerebri ventriculo non repereris cōtineri, velut perpetuò in corde.

ARGVMENTVM CAP. II.

Primum declarat, ſiniſtrum cordis ventriculū ſanguine plenum eſſe, quòd ſtatim ad factum vulnus, ſanguis ſequatur, confutatis duobus philoſophis: Eraſiſtrato, qui hunc vitali ſpiritu Chryſippo, qui animali ſpiritu plenum facit. Deinde monſtrat, quot qualiaque mala animantis corripiant corpus aliquo cerebri vaſculo ſanciato, aut violentius preſſo. Corde autem per vim comprehenſo, ſolum arteriarum motum ſiſti.

VErum ea quę in mortuis videntur, abūdè me retuliſſe puto. Redeo rurſus ad animalia viuentia, oſtendamq́; tibi, denudato corde, non ſolum ſi ſcalpellum immiſſum ſit in ſiniſtrum vētriculum, ſanguinem profundi, ſed etiam ſi ſtilus aut acus, aut aliud quid huiuſmodi: quanquā ſi neceſſarium id eſſet, oportebat prius euacuari ſpiritū, quo ſanguis ſequeretur. Nam foraminis anguſtia, ad temporis longitudinem, non parum contulerit. Sed non ita ſe habet res ipſa. Statim enim ad factum vulnus, ſequitur ſanguis, adeò vt neque ſi valde feſtines in ſauciando, inſtrumentum quo vulnus effeceris, educere poſsis incruentum. Ex quo clarum

eſt,

Siniſtrū ventriculū cordis ſanguine eſſe plenum.

Aduerſus Eraſiſtra.

eſt, ſiniſtrum ventriculum ſanguine eſſe plenum. Nam quod ab Eraſiſtrato dicitur, ꝙ antea quàm denudaretur, ſpiritus ſolum in ipſo contentus fuerit: & quòd poſt factam denudationem, ſanguis interlabitur, hoc nihil aliud eſt, q̃ ſermo hominum, quos redargui non pudet. Sed & hæc ipſius impudentia facile redargui poteſt. Si enim præter naturam in ſpiritalem cordis ventriculum ſanguis incideret, omnia ipſius opera naturalia confundi, vt arbitror, oportebat: & neque arterias amplius ſimiliter pulſare, velut tum, quum ex ſpiritu ab ipſo implebantur. Oportebat item multas omnino actiones perire, vtpote fonte ipſarum, non amplius extante. Eraſiſtratus enim vitali ſpiritu. Chryſippus animali ſpiritu, hunc ventriculū plenum eſſe ait. At nullum tale ſymptoma, animal apprehendit. & hoc ſi quis velit, ex nobis diſcere poterit, quemadmodum ſanè ſæpe oſtendimus, non paucis qui non credebant, alio ſtatim animali ipſis obiecto, ſæpe vero etiam in vno eodemque, quot & qualia mala corripiunt vniuerſum corpus cerebri ventriculo ſauciato. Quanquàm quid dico ſauciato? Si enim etiã prius quàm ſaucies, quemcunque ipſorum comprimas, ſtatim & motum, & ſenſum, & ſpiritum, & vocem ani

mal amittit. Atque ita etiam in hominibus ipſis vulneratis, accidere videtur. Nam dum fracta oſſa excidimus, & ſecuritatis gratia membranarũ cuſtodes ſubiicere cogimur, ſi paulò violentius per ipſos cerebrũ quis cõprimat, & ſenſu, & omni volũtario motu, homo priuatur. At hoc nõ contingit, ſi quis cor denudatũ comprimat. Imò ſcio me permiſiſſe aliquãdo cuidam, vt ipſum forcipe fabrili apprehẽderet, quum vehementer palpitans de digitis exiliret. Sed neq; tunc quicq̃ patiebatur animal, neq; in ſenſum, neq; in motũ volũtariũ, ſed magnopere vociferabatur, & expeditè reſpirabat, & omnes artus vehemẽter mouebat. Solus enim arteriarum motus læditur, corde ſic apprehenſo, nihil verò aliud patitur animal, ſed quamdiu viuit, & mouet omnia membra, & reſpirat. At ſi cerebrum ita ſit cõpreſſum, vice verſa omnia accidũt: & pulſant quidẽ arteriæ ſecundũ naturã, vnà cũ corde, nullũ autẽ mẽbrũ mouet, neq; reſpirat animal, neq; vociferatur.

ARGVMENTVM CAP. III.

Notat primò Chryſippum, qui ſpiritũ animalẽ in cerebri ventriculis contentum in corde collocat. Deinde Ariſtotelem Praxagoram, qui ſectionis corporum imperiti, cor principium neruorum eſſe pronunciãt, cum palàm ſit, aliquos à cerebro ena-

ſci

ſci,nonnullos ex ſpinali medulla: quæ ipſa ex cerebro eſt. Imprimis autem reprehendit Praxagorã, quòd confingeret arterias dum ſindũtur & anguſtæ fiunt,in neruos abire.

IAm igitur ex his aliud quiddã maius edu cet,quòd neque cor, cerebro aliquo opus habet ad ſuum motum,neque cerebrum corde. Non tamen huius rei gratia memini eorum, quæ ex reſectione apparent, verum vt oſtenderem animalem ſpiritum in cerebri ventriculis contineri.Quare nunc vel maximè reprehenderim Chryſippum , eo quòd quum ſincerum & purum ſpiritum eum eſſe velit,qui eſt in animæ principatu, ipſum tamen in corde minime conuenienter locat. Tametſi Chryſippo venia pateat , qui moderate ſententiam ſuam protulit, vt neque huius rei cognitionem ſibi arroget , quòd neruorum principium cor ſit, neque alterius alicuius rei ex his quæ circa hoc propoſitum,in quæſtionem venire ſolent. Confitetur enim artis reſecandi corpora imperitum ſe eſſe. At Ariſtoteli & Praxagoræ meritò quis hoc vitio verterit,quòd præter rei euidentiam ,cor principium neruorum eſſe pronunciant. Nam quòd alia multa circa reſectiones non viderint, ex his libris quos reliq̃runt cognoſcere datur.Quòd

vero aut ipſi cæcutientes, aut ad cæcos verba facientes, de neruorum principio ſcripſerint, non eſt opus multis verbis adſtruere, ſed ad ipſum ſenſum progredi oportet. Apparet enim velut etiam prius oſtendi, aliquos neruos palàm ex cerebro enatos eſſe, aliquos ex ſpinali medulla, medullā uero ipſam ex cerebro. Melius igitur eſſe, neq; ſimpliciter principium neruorum, cor pronunciare, id quod Ariſtoteles fecit: neque ex inſidioſa malicia, velut Praxagoras. Hic enim vir, quum nullū neruum ex corde enaſci videret, & tamen aduerſus Hippocratem contenderet, & cerebrum neruorū principio penitus priuare vellet, non paruum mendiciū contra arterias confingere auſus fuit, aſſerēs in progrediendo, ac dum finduntur & anguſtæ fiunt, in neruos tranſire. Nam quum corpus ipſarum ſit neruoſum quidem, ſed cauū, interim dum ſemper amplius in animante finduntur, atq; ita paruæ cauitates redduntur, vt tunicæ inter ſe coincidāt, vbi hoc primum contingit, neruum iam apparere vas ipſum adſtruit. Eraſiſtratus igitur ne contra dicere quidem huic ſermoni voluit, vt quem impudenter adſtruere auſus eſſet. Ergo vero quia ſemel conſtitui de omnibus conſiderare, pauca aduerſus Praxagoram producere volo

Neruorum origo.

volo, & hoc maxime propterea quod etiam Chryſippus viri mentionem facit, dum ſe opponit his qui à capite neruos initium ſumere putant. Nam ita rem ipſam ex reſectionibus apparere oportere, velut Praxagoras dixit, ſi quis cor neruorum principiũ eſſe bona ratiocinatione aſſerere velit, neq; nos ambigimus. Quòd autem non ita ſe habeat, ſexcenties iam veritatem cognoſcere volentibus, in animalibus oſtendi.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Ad confutandum Praxagoram, copioſe explicat arteriarum ſectionem, quarum vna cor ambiens dicitur: aliæ in thorace, aliæ extra thoracẽ. quarum coniugium eſt varium, germinalis ex ſpinali medulla.

NON tamen pigebit me etiam hoc loco arteriarum reſectionem exponere, velut antea neruorum. Enaſcitur equidem ex ſiniſtro cordis ventriculo Arteria maxima, veſut truncus quidam omnium in animali arteriarum. Ab ipſa vero pullulat, primum ea quæ cor ambit, & ob id cor ambiens, ab anatomicis appellata. At non dicere poſsis præclarè Praxagora, hãc arteriã interim dũ finditur ac minuit, in neruos deſinere. Ab hac conſequenter magna arteria bifido fiſ-

Arteriarũ principia.

ſa, maior pars deflexa ad ſpinam, in medijs verticulis firmatur, altera ſublimis è directo ad clauiculas ſurſum tendit. Primum igitur conſidera mihi eas, quæ ab ipſis ad thoracem feruntur, & aliquam in neruum tranſmutari dicere aude. Sunt enim duæ & viginti, in vnoquoque intercoſtali muſculo vna. Cum ipſi verò nerui à ſpinali medulla enaſcuntur, & per totum thoracem ſimul extendi, ſimulq́ue findi videntur hæc duo vaſorum genera, tum in ſuccingentem coſtas tunicā, tum in intercoſtales muſculos, ita vt etiam tertium venoſum genus ſimul cum ipſis enaſcatur, extendatur, ac ſcindatur. Verum in præſenti, nihil opus habeo de venis diſſerere. Nam & illas alibi non exigua oratio expectat, Redeo itaque rurſus ad arterias. Et relinquamus iam eas quæ in thorace ſunt, quum neque ipſe Praxagoras auſus fuerit pronunciare, vllam arteriam in thorace in neruum mutari, quanquàm ſi multi in thorace apparent nerui, & nulla arteria in ipſo in neruum tranſit, clarum ſanè fit, quòd nerui ex arteriis, non generantur. At enim ad arterias extra thoracem progrediamur.

Neruos ex arteriis nō fieri.

Quarum primum coniugiū eſt earum quæ ſurſum ad ſcapulas feruntur, à quibus non exigua pars etiam ad ſpinalem medullam

ſubit

ſubit intrò, & in muſculos in collo diſpergitur. Secundum earum eſt, quæ ad manus deferuntur, de quibus mihi vel imprimis innuere Praxagoras videtur, velut quæ in neruos mutentur: quanquàm ſanè manifeſtius videre detur has, quàm illas in thorace, quanto hæ maiores ſunt, in totos artus diffindi, ad ipſos vſque digitos: attamē neque vlla harū, neruus fieri videtur. Etenim quæ circa manuum iunƈturas ſunt, quas febrium cognitionis gratia contingere ſolemus, & quæ inter indicem & magnū digitum conſiſtunt, paruæ quidem omnino ſunt, ſed neque in neruum iam tranſierunt, manifeſteque pulſare vidētur, etiam ante reſeƈtionem. At in his fortaſsis, non amarulente Praxagoram reprehendere oportet, ſed etiam veniam tribuere, quòd paruas adeo arterias non viderit, etiamſi quum in neruos mutari ipſas minores dicat, certè non viſus hebetudinem prætendat, ſed acute ſecernere confiteatur. Verum eas quæ ſub alis ſunt, (eſt autem in vtroque brachio vna) & magnæ exiſtunt, ſimulque quatuor paria neruorum magnorum circum ſe habent, qui memoriam enecare volo, his qui Praxagoræ do-

gma

gmati adhærent. Nondum enim ſindi cœpit, circa has partes neutra arteria, & tamē magni adeò ſunt nerui, vt etiam ſi cæcus quis ſit, tactum ſaltem ipſius non fallant. Vnde igitur generati ſunt hi? & ex quibus arteriis germinauerunt? iuſtum certè eſt, vt Praxagoras hoc dicat. Quanquā quid prouoco illū vt dicat, quū nos rē, vt ſe habeat proferre liceat. Nam primū quatuor prædictorum neruorum coniugium, ex ſpinali medulla manifeſte germinat, qua parte, quartum colli verticulum, cū quinto committitur. Secundum conſequenter ab illo, inter quintum & ſextum verticulum. Tertium qua parte ſextum cum ſeptimo committitur. Quartum deinceps. At vltimum neruorum coniugium, ex intermedia regione enaſcitur; vltimi colli verticuli, & primi in thorace. atq; hoc eſt id, quod ad ſummas manus procedit. Ita enim reſectionis corporum, ante nos peritiſsimi ſcripſerunt, quorum & in priorib. ſcriptis, & in nunc propoſitis doctrinā ſeruo, relictis his, quæ per negligentiam præterierunt, aut non exactè elaborauerunt. In alia enim tractatione de his dicemus. Non igitur arterias quærere oportet, ex quibus neruos per rationem generemus,

his

hisq; aut digitos, aut aliam quandã in manibus partem moueamus. Habemus enim iam neruos & plures, & maiores arteriis, non ex tragica illarum transformatione, ſed ex ſpinali medulla generatos. Proinde Praxagoræ nugę, clarè iam ſunt deprehenſæ, neq; Praxagoræ gratia, opus eſt ſermonem de arteriis perſequi.

ARGVMENTVM CAP. V.

Pergit in ſectione arteriarũ, quas facit quadruplices. Quædam ad mammas feruntur, aliæ ſunt ſupra thoracem: quarum coniugium quod circa medium iugulum eſt, non rectè carotidum nomen habet. Aliquæ ſunt infra thoracem, poſtremò quædam ad crus diſtribuuntur. His ſubiungitur arteria, quæ in pulmonem totum, aut partem illi reſpondentẽ, vt in piſcibus finditur.

VErum quandoquidem promiſi, ſicut antea neruorum in omnes animãtis partes, diſtributionem declaraui, ita etiam nunc eãdem de arteriis docere, ad reliquas me conuertam. Et primum, eas quæ ad mãmas feruntur proponam. Deinde eas quæ ſupra thoracem. Tertio loco, quæ infra, & quarto eas quæ ad crura diſtribuũtur. Mãmarum itaq; arteriæ, ab ea quæ ad iugulũ fertur, enaſcuntur, ad pectus autem aſcenden

dentes, paulò infra coarticulationem clauicularum ad ipſum pectus, perpetuò ſub ipſum feruntur, & tandem ſub pectore, excidunt. Non tamen hic totæ finduntur. Apparet enim pars quędã ipſarum, per ſummũ ventrem, ſiue abdomen deſcẽdere, atq; illic in plures findi, & cũ his quæ ab inguinibus emergunt, in eundẽ locum deuenire. Dicetur autẽ de illis, paulò poſterius, vbi ſermonis ordo ita tulerit. Nunc ad eas quæ ſupra clauiculas ſunt, progredi tempeſtiuũ eſt, inde ſermonis initio accepto. Arteria recta, vbi primũ ex thorace emerſa, & clauiculas trãſgreſſa, circa mediũ iugulũ fuerit, bifariam finditur. Quod verò hinc generatũ eſt magnarum arteriarũ coniugiũ, non recte Carotidũ nomen habet. Verum, nunc id nomẽ inualuit ob multã imprudẽtiã omnium philoſophorũ ac Medicorum, qui poſt Hippocratẽ vixerunt. Sed ꝙ & hi male opinati ſint caron, hoc eſt grauẽ ſoporem, relatarũ arteriarum affectionẽ eſſe, & ꝙ neq; Hippocrates ita ſenſerit, in ſecundo horũ cõmentariorũ recẽſere neceſſe mihi eſt. In præſenti verò, nomẽ illud arteriis nõ inuidebo, ſed etiã nũc Carotides appellẽtur. Quomodo ſitæ ſint ac ſcindantur, totaq; ipſarũ diſtributio, ſurſum ad partes

Arteria recta.

ſupra

ſupra clauiculas fiat,nūc exponā.Et feruntur quidē,adhuc nunc rectæ, velut ab initio proceſſerunt.Qui veró velut trūcus eſt ipſarū,recta caput petit.Germina autē ad collū demittūt parua,in muſculos qui illic ſunt.Vbi veró iā prope maxillā fuerint vtraq; bifido finditur.Atq; ſic iā quatuor omnes effectæ,duæ quidē in linguam,& vniuerſam faciē,& quantū capitis extra caluariā eſt,findūtur:duæ verò reliquæ caluariā penetrantes,ad cerebrū deueniūt.Et oportet etiā harum arteriarū meminiſſe. Non enim paucis eſt ipſarū ratio perſequenda, quia neq; ſimpliciter, neq, prout contigit, ad cerebrū aſcendunt,ſed ſub craſſa mēbrana,mirabile illud plicamentū reti ſimile efficiunt. Nunc verò neq; harum arteriarū, neq; vllius alterius,totā formam quę ex reſectione cognoſcitur, dicere neceſſe habemus.Nā ad tractationē de vſu partiū,& reſectionū aggreſsionis,talis explicatio magis pertinet.In præſenti verò, quātū vtile eſt, prout ex ſiniſtro cordis vētriculo, oēs arteriæ ortū habēt, reſectionē ipſarū perſequar.Maior itaq; pars maximæ arteriæ, in media ſpina firmatur,nō circa dorsū ſolū,ſed etiā ꝑ totā lūborū regionē.Propagines aūt primas q̄dē,velut antea dicebamus

ad

ad totum thoracẽ demittit. Et poſtea vbi iam ſeptum tranſuerſum pertranſit,etiam huic alterum coniugium imperti t. Conſequenter autem à prima illa, in partib. infra thoracem arteria duplex, ſtatim poſt ipſum ſeptum tranſuerſum, ab ea quæ ad ſpinam eſt germinans,ad ſplenem,& ventriculum,& hepar,ac omnia inteſtina fertur,perq́; totum meſenteriũ diſpergitur. Deinceps autem per coniugium iam,duæ quidem ad rhenes, prædicta multò maiores:aliæ vero duæ, ſecundum abdomen & lumbos, ſecundum ſingula verticula vnũ cõiugium,vſq; ad os latum : atq; hinc etiã ad vteros ac teſtes deueniunt : & quædam abſq; coniuge ad meſenterium.Quin & in ipſam intrò ſpinalem medullam, à magna arteria per totam ſpinam, paruæ quædam arteriæ enaſcuntur, duæ circa vnũquodq; verticulum. Vbi vero iuxta ſacrum os fuerit, hinc iam in magnas partes finditur, & in vtrumq; crus deſcendit, vbi in tranſitu partib. circa os ſacrum germina diſtribuit veſicæ, & vteri partibus infernis, & vt in ſumma dicam, genitalibus omnibus membris. Neque enim hic amplius neceſſe eſt,referre diſtributionis modum.Ab his arteriis quæ ad crura feruntur,vbi pro

pe

pe inguina venerint, enaſcitur vna iuxta vtrumq; inguen,ſurſum ad corpus per ab domen emergens,atq; hic fiſſæ in eundem locum deueniunt,cum his quæ à mammis deferuntur,vt quatuor hæc vniantur. De his arteriis etiam antea dicebã, quum eas quæ in thorace ſunt recenſebam.Reliquæ vero duæ crurum arteriæ,vna iuxta vtrũ-que illata inguen, ad partes intra femur extentata eſt,vſq; ad genu. Ab vtraq; ha-rũ,in vtriuſq; femoris muſculos, arteriæ finduntur.Reliquum ipſarum per poplitẽ illatum, in omnes circa tibiam & pedem partes diſtribuitur,& neq; hic opus habeo diſtributionis modum recenſere, ſed ſatis eſt,breui ſermone oſtendiſſe,omnes in ani mante arterias, ab vna illa exoriri, quam ex ſiniſtro cordis ventriculo,velut truncũ ex terra quadam,naſci dicebamus.Et por-rò etiam alia quædam arteria, ex eodem ventriculo enaſcens,tunicam venoſam ha bens.Hæc in totũ pulmonem finditur,om nibus animantibus,quibus pulmo eſt,qui-bus autem non eſt,in aliam quandam par tem pulmoni reſpondentem, quemadmo-dum piſcibus in branchias.Hanc arteriam infernæ trunci plantæ parti,quis aſsimila re poſsit,ei videlicet,quæ in terra contine

tur:& oportet quoque hanc findi, velut in radices quaſdam,in eas,quæ in pulmonem inſerũtur arterias. Aut magnã illã in totũ corpus diſtributã,velut ramos quoſdã à ſe impertiri,oẽs in animãte arterias,de quib. paulò ante dixi.Ita enim etiã Hippocratẽ aſsimilaſſe arbitror,&cor,arteriarũ radicationẽ pronunciaſſe,quẽadmodũ hepar venarũ.Dicã aũt de hac ſimilitudine,ampliꝰ in ſequẽtibus,vbi de hepate & venis tractabo.Nũc aũt ſufficiũt ea quæ dicta ſunt, ad oſtendendũ,& arterias omnes è corde naſci,& nullã ipſarũ, in neruũ mutari. Verũ omniũ neruorũ principiũ, eſſe cerebrum.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Ariſtoteles cõfutatur,,qui aſſeruit cor principium eſſe neruorũ: cũ in corde non nerui, ſed tãtũ neruoſa corpuſcula ſint. Quare Ariſtotelẽ ſuæ ipſiuſmet doctrinæ rationem habere debuiſſe qua docuit,ſingulas partes actionibus ac vſibus, non corporis forma aut ſtructura iudicari oportere.Ita neruus,ligamentũ & tendo,nõ idẽ ſunt quanquã inter ſe multa ex parte cõueniant quorũ affinitatẽ & diſcrimina copioſe explicat Galenus. Porrò triplices cauſſæ occaſionem erroris præbuerũt Ariſtoteli.duæ vera,prior,quòd inſtrumentis animalis mẽbra moturis,robore opus ſit altera,quod nihil huiuſmodi à cerebro appareat.

reat. tertia probabilis ſed falſa eſt, nempe in corde neruorum eſſe copiā. Explicat inde Galenus modum, quo animalis corpora per neruos muſculos & tendines mouentur.

RElicto igitur iam Praxagora impudēter iſta cauillante, rurſus ad Ariſtotelem tranſeamus quādoquidem etiā ipſe ex corde neruos naſci ait. Confuſè tamē ac indiſtinctè bis ab ipſo dictum eſt, de neruorum principio. Oportebat enim arbitror, eum qui è corde ipſos naſci diceret, oſtendere, quomodo in ſingulas animantis partes, neruus ab illo venit, quemadmodū nos paulò ante arteriam oſtendimus: & nō ſimpliciter hoc ſolum dicere, ſufficiens eſſe putare. Quapropter id quod in tertio de animalium partibus ſcripſit, nequaquam Ariſtotelem decebat. Adſcribam ipſius verba. Habet etiam neruorum copiam cor, & hoc merito. Ab hoc enim ſunt motus. Perficiuntur autem per attractionem ac remiſſionem. Huiuſmodi igitur miniſterio ac robore ipſi opus eſt. Quod equidem huiuſmodi miniſterio ac robore opus ſit illi, corporis parti, quæ animæ principatum in ſe continet, omnibus manifeſtum eſt.

Quòd verò hæc pars cor ſit, non ſolum non demonſtrauit Ariſtoteles, ſed

neq; probabili argumento comprobanit: niſi fortaſsis id ſufficiens indicium eſſe putat, quòd principium ſit neruorũ, eo quod neruorum copiam habet. Verum hoc argumento etiam manus & pedes, neruorum principia eſſe putabimus. Si enim ſatis eſſe putauerimus, principium neruorum id ponere, quod multos neruos habet, nihil prohibebit etiam has partes neruorũ principia putare. Si, etiam plicamentum illud, reti ſimile ſub craſſa membrana, arteriarũ principium eſſe dicemus, non cor. In eo enim plicamento, innumerabilis arteriarum copia eſt. Hæc igitur ex ſuperabundanti à me dicta ſint ad hoc, vt non propterea quòd multi apparent in corde nerui, inde adeo quis putet cor merito omniũ in animantis corpore neruorum, principium haberi. Quum vero neq; habeat cor neruos, maior eſt Ariſtotelis abſurditas. Sunt enim quædam in ipſo neruoſa corpuſcula, non tamen iam etiam nerui. Oſtendi autem hoc poterit, non ita longis ambagibus, ex ipſo Ariſtotele. Hic enim eſt qui docuit nos, ad actionem & vſum ſingulorum inſtrumentorũ reſpicere, non ad ſtructuram, vbi de quacunq; tandem re, quidnam ſit ipſa, conſideramus. Proinde de oculo,

lo, quid ſit interrogati, reſpõdemus inſtrumentum viſorium. Non enim quòd ex tot ac talibus humoribus, tuuicisq́ue ac membranis, & muſculis hoc modo compoſitis, conſtructus eſt, hoc ipſum eſſentiam oculorum eſſe vult Ariſtoteles rectiſsime ſentiens, velut etiam à nobis alibi demõſtratum eſt: neque opus eſſe puto, noſtra in re præſenti demonſtratione, quum ipſe Ariſtoteles ita ſenſerit. Nam ſi ad alium verba facerem, demonſtrare conarer ſingulas partes actionibus ac vſibus, non corporis forma iudicari. Quandoquidem vero contra Ariſtotelem diſſero, qui ipſe longe prius quam ego, ita ſenſit, in memoriã ſaltem reuocare volo, ea quæ ipſe in ſecundo de anima, & in opere de partib. pronunciauit, idem & diuerſum inſtrumentum, ex actionibus, non ex corporis forma iudicari volens. Si enim viſorium fuerit inſtrumentum, oculus eſt, etiam ſi aliter conſtructum illum habeat homo, aliter cancer. Si gradiendi fuerit inſtrumentum, crus eſt, ſiue elephantis, ſiue capræ, ſiue ouiculæ, ſiue hominis fuerit. Si vero hæc ita ſe habent, iudicentur iam à te nerui chariſſime Ariſtoteles, non corporis forma, velut à multis & ratione inexercitatis fieri ſolet

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſolet,ſed actione & vſu ac vtilitate. Tria enim ſunt inſtrumenta corporis,forma inter ſe ſimilia,verum nõ parum actionibus ac vſibus euariãtia.Ex his primum appellatur neruus,ſecundum ligamentum, tertium tendo. Et neruus ſanè ex cerebro omnino,aut ex medulla ſpinali oritur, ſenſũ aut motũ,aut vtrunq; ſimul. partibus quibus inſeritur inducens.Ligamentũ aũt ſenſus quidẽ expers eſt. Vſus verò ipſius pro 1
appellationis ratione.Reſtat tendo,qui finis muſculi neruoſus eſt,& ex ligamẽto ac neruo generatur, velut in libris de motu muſculorum oſtendimus,& in anatomicis aggreſsionib. Neruus equidẽ omnis exactè rotundus eſt.Tendines autẽ nõ omnes. Et adhuc minus ligamẽta. Pleraq; ipſorũ pars in membranæ formã dilatatur. Verũ mẽbrana omnis exactè tenuis eſt, & mollis.Ligamentũ autem durum, & omnino 2
craſſum. Et aliqua ex ipſis neruo chartilaginoſa & ſunt,& appellãtur.Sed neq; mẽbrana,neruus,neq; tẽdo ad tãtã deuenerint duriciã. Verum nerui quidã, valde molles natura ſunt,ad ſenſũ ſolũ idonei.Quidam verò etiam ſi duriores his ſint, in corporis ſubſtãtia,tamẽ à ligamẽti duricia lõgè abſunt. Ita etiã mẽbranæ,etiã ſi inter ſe differan

ferãt in duricia, tñ à ligamentis multũ abſunt. Tẽdines aũt cõpoſiti quidẽ ſunt ex ligamẽtis ac neruis durioꝛib. in medio autẽ amboꝛũ ſunt meritò, tãto duriores neruo, quãto molliores ligamẽto. Oĩa verò hęc tria genera alba ſunt, & exanguia, & cauitates nõ habent, & in fibras rectas ſoluũtur exceptis valde duris ligamẽtis. Nõ eĩn fieri põt, vt hæc in fibras reſoluãtur. Si igit ita nominare voles, velut Hippocr. nominauit, id quod ſenſũ & motũ inducit, neruũ ſiue tonum, (vtriſq; eĩn nominib. vtit) qđ verò ſenſus expers eſt, ligamentum, in qđ autem muſculis deſinit, tendinẽ: oſtendã tibi clarè cor neruorũ copiam non habere. Si verò etiam confundere voles appellationes, velut plerique poſt Hippocratem, omnia quidẽ neruos voca, differentias aũt in ipſis triplices pone: & eos quidẽ qui ex cerebro & ſpinali oriuntur medulla, ſenſu prædictos, & voluntarios appella: qui verò ſenſus exortes ſunt, colligantes: & tertii ad hæc generis, eos qui ex muſculis in neruos finientibus naſcũtur. Sed & ſic euidenter oſtẽdemus, ſenſu prædictos & voluntarios neruos, magnitudine aut copia memorabile, cor non habere, ſed velut antea dictũ eſt, neruũ à cerebro deſcendentẽ, qui in

ipſum inſeritur. Quid igitur eſt id, quod „ dictum eſt ab Ariſtotele, habet etiam neruorum copiam cor? Neque enim mendacia amat hic vir, neque refectionis corporum artis omnino imperitus, vt etiam hũc velut Chryſippum, alios mentitos ſequutũ eſſe quis putet. Mihi ſanè videtur, quæ Herophilus neruoſa corpuſcula appellauit, ea non neruoſa, ſed palam neruos dixiſſe. Sunt autem hæc extremitates membranarum, in oſculis cordis. De quibus Eraſiſtratus quidem exacte, Herophilus autem negligenter ſcripſit. Concreſcunt autem & colligantur per ipſas membranæ illæ ad cor, & vſus ipſarũ, eſt qualis ligamẽtorum, non qualis neruorum. Verum etiã ſi neruos eſſe quis ipſas concedat, & non neruoſa corpuſcula, tamen cor principiũ neruorum eſſe, hinc non neceſſario ſequitur, quum oſtendere nequeamus, vllũ neruum, in vllam aliquam corporis partem ab ipſo ferri, velut à cerebro & ſpinali medulla ferri antea oſtendimus. Videtur autem mihi, quum duo quidem recte ſuppoſuiſſet hic Ariſtoteles, Vnum quidem quòd robore opus eſſet non vulgari, ad voluntarias actiones: Alterum vero, quòd nullum tale robur in cerebro eſſet: tertium

ſupr

ſupra ipſa,ex ſenſu aſſumpſiſſe,quòd neruoſorum ligamentorum copia in corde eſſet,& non amplius expectaſſe, vt particularem reſectionem cõſuleret ac quæreret, quomodo in ſingulas corporis partes,neruus ex corde procederet,ſed velut hoc palam ad illa conſequeretur pronunciaſſe. Multa enim huiuſmodi decreta reperire licet, etiam apud medicos prauè conſcripta,quũ non voluerint expectare id quod ex reſectione apparet,ſed ex conſequentia quadam ſperauerint,velut vidiſſent. Ita ſane etiam Ariſtoteles deceptus eſſe mihi videtur,duas quidem veras ſumens ac proponens ſententias, tertiam vero propinquam veritati, probabilem ac veriſimilẽ. Vera igitur eſſe aſſero hæc, & quòd inſtrumentis animalis, membra moturis robore opus ſit, & quòd nihil eiuſmodi à cerebro appareat. Verum probabile,& non verum illud, quòd in corde copia ſit neruorum. Sed nos ſanè oſtendere poſſumus inſtrumentum illud, quod ratione ab ipſo cognitum eſt, à quo animantis partes moueri oportet. quia verò per reſectionem id quęrere neglexit, ideo inuentionem per ſenſus effugit,& ignotũ viro permanſit. Nullus enim neruus eiuſmodi eſt : verum qui

qui ad fidem faciendam vti conſueuit vulgaribus aſſumptionibus, citans poetas, vel etymologiam, vt fecit, conatus oſtendere principatum animæ cordi tribuendum ex etymologia dictionis ἐγώ. quod reprobat Galenus. Aſſumptiones hæ, partim ſunt internæ, quæ demonſtratiuæ ſeu ſcientificæ dicuntur, ab ipſa rei natura de qua quærimus, ſumptæ: aliæ extrinſecæ, vt dialecticæ, rhetoricæ & ſophiſticæ. quas omnes probe tenere, & in iis diu multúmque ſe exercere debet, quiſquis rem aliquam probe demonſtrare conabitur. Merito igitur Galenus deſpicit Chryſippi ſectatores & Stoicos, qui iſtam methodum neglexerũt: Laudat vero Peripateticos, qui hanc diligenter excoluerunt. His præmiſsis, ad quæſtionem accedit capite quinto: eamque iuxta prædictarum ſumptionum doctrinam tractare volens, enumerat ea quæ cordi inſunt: ſtatum, qualitatem, nexum, formationem, diſpoſitionem, & motum. Cæterum qui ex ſitu cor fecerunt omnium facultatũ animæ vocis ac reſpirationis principium, variè confutantur à Galeno, quando multis argumentis oſtendit, reſpirationem à pulmone, vocem è cerebro procedere: Zenonem item, Diogenem & Chryſippũ phi

los

loſophos, quos refellit, in errorē̄ inductos fuiſſe hoc pronunciato: Omnibus functionibus, ex propinquis membris origo eſt. Inde declarat Chryſippum ad veri confeſſionem fuiſſe coactū: Zenonis autem ſententiæ deeſſe aſſumptiones. Continuo ad Chryſippum reuerſus, eum de vocis ac ſpirationis principio veri notitiā intellexiſſe dicit: at de affectuum ſede repugnātia ſibi ſcripſiſſe. Hanc quæſtionem de affectuū loco incipit Gal. cap. 12. cui connexa eſt ea quæ de cardialgia tractat cap. 14. vbi de loco & cauſis eius morbi diſſeritur. Poſtremo Ariſtotelem notat, qui cordi neruorum originē aſsignat: deinde philoſophos alios, qui ob id cor, principium omnium animæ facultatū opinati ſunt, quod nutritionis principium & ſpirituum fons eſſet.

ARGVMENTVM CAP. I.

Quæ ſuperiori libro dicta ſunt, breuibus repetit, ad ſequentia tranſitum faciens. præmittit lēmatum differentiam, quibus illi qui male quālibet quæſtionem tractant, vti conſueuerunt: aut enim planè falſa ſunt, aut probabilia pro ſcientificis adducta ſed quæ propoſitæ contemplationi minime accommodata ſint. Cæterum Chryſippus ad fidem faciendam, vulgaribus vtitur & rhetoricis aſſumptionibus, citans poetas vel

etymologiam, aut id genus aliud: quæ vt nihil conficiunt, ita fruſtra terunt tempus.

Ratio quare, principiũ huius tractatus ſumptũ ſit à facultatibus.

CVM de Hippocratis Platoniſque decretis tractare inſtituiſſem, principium ab eo ſumpſi, quod vi ac poteſtate primum eſt: ad quod poſtea cętera ferè omnia ſigillatim referri demonſtraui. Hoc eſt de iis q̃ corpus noſtrum regũt facultatibus ac virtutibus ptractaui, quot numero: qualeſq́; ſingulæ eſſent, explicando, quemq́; in animalis corpore, locũ ſibi quæq; vẽdicarint, nihilq́; huiuſmodi in cauſa, tam cauendum eſſe cẽſui, quàm nequid ponatur, quod perſpicuis, & euidentibus rebus aduerſetur: perinde atque illi faciunt, qui vel nullum brutum animal cõcupiſcere, aut iraſci, vel originem neruorum eſſe in corde aſſerũt: cuiuſmodi omnia arroganter, ab iis hominibus fuiſſe conficta, ſatis conſtat, qui vt nouam aliquam priuatam ſectam conſtituerẽt, quæ à veteribus præclarè dicta fuerant, labefactare atque euertere ſtuduerunt. Hæc igitur atque id genus cætera hominum commenta, & mendacia, in primo libro refutaui: nunc ad alterum orationis illorum genus deſcendam: ac quàm maniſeſtiſsimè potero, quonam modo etiam

hæc

hac in parte errent, aperire conabor. Rectius fortaſſe agetur, ſi perſpicuitatis gratia, in huiuſce libri initio diſtingamus, quænam rationum differentia ea ſit, quibus illi, qui perperam quamlibet quæſtionem pertractant, vti conſueuerunt. Dico itaque ſumptiones, id eſt græcè lemmata, quas concludendi gratia aſſumunt, partim planè falſas eſſe, partim propoſitæ cõſiderationi minimè accommodatas. prorſus falſæ illæ ſunt, de quibus in primo libro latius actum eſt. Cum videlicet vel nullum irrationale animal concupiſcere, aut iraſci, ſicuti Stoici, vel etiam ex corde oriri neruos, quiſpiam dixerit. non accommodatæ rebus, quot natura ſint, abunde in commentariis de demonſtratione dictum eſt: in quibus omnibus ſatis explicauimus, qualis nam ſit via, ratioq́ue demonſtrandi, hortatiq́ue ſumus in primo horum commentariorum libro, vt in ea ſe exerceat vnuſquiſque, qui ad aliquid demonſtrandum, animum adiiciat: de qua quidem demonſtratione, optimè à veteribus philoſophis Theophraſto atque Ariſtotele in ſecundorum reſolutoriorum libris ſcriptum eſſe affirmo: atque ob eã cauſam præcipuè, ſpero minimè lon

gam

gam mihi cũ illis de tribus animalis principiis futuram eſſe diſputationem. vulgares enim& oratorias aſſumptiones reiiciũt ac verentur in demonſtrationibus ſcientiã ingenerantibus aſſumere: quibus tamen Chryſippi libri,referti ſunt,dum ad fidem ſumptionum,quas ponit,faciendam,interdum vulgares quoslibet,interdum poetas; vel ipſam,ſi diis placet, etymologiam, vel talia quæpiam adducit, quæ vt nihil conficiunt, ita incaſſum conſumunt, ac terunt tempus:nobis primo reclamantibus,vnũq; hoc probantibus,concluſionis ſumptiones,minime eſſe demonſtratiuas.deinde etiam in certamen deſcendentibus,ac contẽdentibus vulgares, ac poetas nihilominus, imò interdũ amplius nobis, quàm illis atteſtari,ac fauere:neq; aliter,cum paulo liberius ocium nacti ſumus,etymologiã quoq; oſtendimus non magis illis,quàm nobis aſtipulari.

ARGVMENTVM CAP. II.

Quàm ſit etymologia temerarius ad probandum teſtis, exponit per ea quæ Chryſippus ſcripſit de hac voce ἐγὼ, per quam probare voluit, animæ principatum cordi deferendum, quod copioſe repellit Galenus.

Qua

Etymologia temeraria teſtis.

QVàm vero temerarius teſtis ſit etymologia, quippe quæ & ſæpiſsimè æquè veritati contradicentibus, & non rarò mentientibus magis, quàm vera dicentibus atteſtetur, in alio tractatu qui eſt de recta nominum ratione, à nobis demonſtratum eſt: vbi Chryſippum falſa ſuper hac voce ἐγὼ vti etymologia etiam probauimus. Sed quid opus eſt, eadem etiã hic repetere? Chryſippo is mos eſt, vt bis terúe, quin etiam quater interdum, & quinquies de eadem re diuerſis in libris diſſerat: id quod illis, qui temporis rationem habent magnopere cauendum eſt. Quæ tamen in primo de anima, cum de principali animæ parte ageret, de voce hac, ἐγὼ, ſcripſerit Chryſippus, exempli cauſa hic adſcribam. Ita verò cũ ἐγὼ, dicimus, hac in parte nos ipſos monſtramus, vt noſtram ibi eſſe mẽtem aſſeueremus: quaſi proprie & natura duce, monſtratio illa huc deferatur. Quin etiam ſine hac per manum facta monſtratione, nutu in nos ipſos relato, ſolemus vocem hanc ἐγὼ proferre: cùm protinus talis ſit naturę, vt cum demonſtratione, quã mox ſubſcribam, pronuncietur: ἐγὼ enim ita pronũciamus, vt in prima ſyllaba eius proferenda labrum inferius in nos ipſos

cum demonſtratione quadam deprimamus. Secunda verò ſyllaba, ita appoſitè ad menti motum nutumque in pectus inclinatum, talemque demonſtrationẽ ſubſequitur, atque adiuncta eſt, vt nulla remotio ac ſeparatio inde, quemadmodum in verbo ἐκεῖνος appareat. Tota igitur hac ratione Chryſippus, ſicut nullam demonſtratiuam ſumptionem, qua probaret animæ principatum in corde eſſe aſſumit, ita duas ad propoſitam quæſtionem minimè idoneas, in vnum complicat: alteram ab etymologia, quòd cùm ἐγὼ vocem pronũciamus, in prima ſyllaba quæ ε, os ac mentum inferiorem in partẽ, quaſi ad pectus retrahamus: alteram ꝙ pronunciando, manu ad pectus admota, nos ipſos ſignificemus: cùm dicimus, ad me hoc pertinebat: tibi hoc ego dico. Quòd verò naſum etiã attingant plerique homines, dum dicunt mihi hoc dato, ad me hoc pertinet, tibi hoc ego dico, prorſus eſt oblitus: atqui cùm de voce ἐγὼ ageret, minime eſt oblitus, neque ſubticuit, ἐκεῖνος non à ſimili, ſed ab eadem prorſus ſyllaba, quæ eſt ε, incipere: cùm debuiſſet, quemadmodum de hac re meminit, nec tamen abſurditatem diſ-

ſol

ſoluit, ita etiam ſuper pectoris monſtratione, de digiti ad naſum admotione mentionem non ſupprimere, atque hic quoque, ſi licuiſſet, inſolutam dubitationẽ omittere: niſi fortaſſe quiſpiam opinetur, ſimplicem per ſe prolatam Chryſippi negationem, demonſtrationem eſſe. Quid enim inquit? Secunda verò ſyllaba ita appoſitè ad menti motum, nutumque ad pectus inclinatum, talemque demonſtrationem ſubſequitur, atq; adiuncta eſt, vt nulla remotio ac ſeparatio, quemadmodũ in verbo ἐκεῖνος appareat. cùm animaduertiſſet enim vocem hanc ἐκεῖνος ab eadem qua ἐγὼ ſyllaba incipere, opusque ea de cauſa eſſe, vt eandem quoque præ ſe ferret ſignificationem, in ſequentium ſyllabarum diuerſitatem, quæſiti ſolutionẽ reiecit: quæ in hunc modum ſe habet: dixerat ſecundam vocabuli huius ἐγὼ ſyllabam, remotionem nullam ſignificare, ſubiunxit id in κει ſyllaba accidere. Quod quid aliud eſt, niſi ſola ac mera negatio? quæ nullam demonſtrationem non modo certam, ac ſcientiæ effectricẽ in ſe habeat, ſed ne probabilem quidem, aut vt ad oratoriam, aut cauillatoriã propè accedere vi

deatur: cur enim κει ſyllaba, remotionem quandam poteſt ſignificare, γὼ non poteſt? nónne demonſtrationem huiuſce rei, afferre debebat? cur etiam ſi digitum ad pectus admouerimus, principatum animę ibí eſſe ſignificamus, manu ad naſum admota id non fit? nempe æquum eſt, vt ſi monſtratio ipſa idoneum eſt argumentum, ad principalis partis animæ indagationem, haud quaquã ea in pectore valeat, in naſo non valeat, ſed eandem in hoc etiã vim habeat: vel ſi minus in hoc idonea eſt, neq; in pectore eſſe exiſtimetur. Quid verò eſt, quamobrem cùm in aſſentionibus, annuimus capite, in quam partem inclinarit caput, in ea ſignificemus animę principatum eſſe potius, quàm in ipſo illo, quod mouetur? veri enim ſimilius eſt, vt quod primùm in nobis annuẽtibus mẽbrum moueatur, in eo animæ principatũ eſſe exiſtimemus, quàm in alia quapiam parte, ad quam quod mouetur, membrum feratur, atque inclinet: vt taceam de hominibus illis, qui cùm aſſentiuntur capite, renuere conſueuerunt: occurreret enim fortaſſe & diceret, barbaros, ſicuti in cæteris, peiores ac ſtultiores Græcis ſunt, ita in hoc etiam errare: omnia igitur quæcunq;

ad

ad argumentationes ſpectare, in libris de demonſtratione oſtendimus, ad rem de qua quæſtio eſt, non ſunt accommodata: propterea diſſerendũ de his fuſius in præſentia non eſt: ſed ita moderandum in his, perinde atq; illis, quæ ab etymologia fuerant petita: nam etiam de illis, in libro de recta nominum ratione ſatis ſuperque diſputatum eſt.

ARGVMENTVM CAP. III.

Probationes partim intrinſecæ, partim extrinſecæ ſunt. Intrinſecæ ſunt demonſtratiuæ, quæ ab ipſa rei de qua quærimus ſubſtantia ſumuntur: vt iſta, Si ea animæ parte principalis pars eſt, vnde ſenſus motusque voluntarius proficiſcuntur, certè cor erit, quod omnem motum arbitrarium reliquis animantis partibus diſpẽſat, ac in ipſum ſenſus omnis redit ac reflectitur. Quod poſt quatenus verum ſit, ex corporis ſectione monſtrandum. Extrinſecæ ſunt dialecticæ, rhetoricæ, & ſophiſticæ. Harum omniũ probationum differentiam probè tenere debet, & in iis longo ſe tempore exercere, quiſquis rẽ aliquam demonſtrare nititur, Quemadmodum calculator futurus, primùm numeros omnes ediſcit: inde multo tempore in multiplicando partiendoque ſe exercet poſtremo pauciſſimis adhibitis regulis, ad quamlibet propoſitam

ſummam ſubducendam promptus redditur.

QVoniam verò quas debeamus propoſitæ quæſtioni idoneas ſumptiones conquirere, abunde in libris de demonſtratione cùm à veteribus obſcurius paulò, ac preſſius, tum verò à nobis qui illorum ſcripta expoſuimus, illuſtrius ac vberius explicatum fuit: iccirco in præſentia ſatis erit, ſi ſummam tantum ex commentariis illis deprompſero, ad quã tanq̃ ad ſcopũ, omnis ſingularium indagatio dirigatur. Summa eiuſmodi eſt. Ab ipſa quæſitæ rei ſubſtantia, accommodatas ad rem ſumptiones eſſe ducendas: verbi cauſa in his de quibus Chryſippus tractat, id eſt, animę principatu: vt definitione rei, qua de controuerſia eſt, prius explicata, ea tanq̃ formula, ac ſcopo rerum omnium, quę ſigillatim erunt dicendæ, poſt modũ vtamur. Principalis igitur pars vt ipſi iidem volunt, animæ eſt, vnde & ſenſus & motus, qui per appetitionem fit, principium exiſtit. Ex quo fit, vt qui cor, in ſe eundem principatum habere conetur demonſtrare, non aliunde probare debeat, quàm ex eo quod omnis, quæ p

Sumptio ex libris de demonſtratione.

Principalis animæ pars.

ap

appetitionem fit, motionis origo, in reliqua omnia animantium membra, ex corde emanet: atque in id ſenſus omnis redeat ac reflectatur. Quod vnde euidentius conſtare, quàm ex diſſectionibus poſsit, non video. Nam ſi cor, membris generatim omnibus, & ſenſus, & motus facultatem ſuppeditat, ex eo conceptaculum aliquod ac vas exoriatur neceſſe eſt, ꝑ quod diſtributio illa fieri poſsit. Quare ex via ratiõ neq́ue demonſtrandi, iam patet, vtilius eſſe, vt diſectis animalibus, ibi primùm exploremus, quæ nam ſint hæc, & quot genera corporum, quæ à corde exeant ac reliquis membris diſpenſationem illam procurent: deinde ſi hæc talia ac tot eſſe conſtiterit, videamus per quod ſenſus, vel motus, ſiue vtrũque ſimul, & per quod aliud quid traducatur: atque ita demum, quarum in animalibus cor facultatum fons exiſtat, pro comperto habeamus. Quodcũque verò extra hanc viam inciderit, & ſuperuacaneum, & alienũ à propoſito, exiſtimari debet. Atq; hac potiſsimũ ratione, ſciẽtiã pariẽs ac demõſtratiuũ cõcluſionis aſſumptũ ab oratorio, exercitatorio, & captioſo diſtat: de qb' quidẽ nullã prorſus

neq; artem, neq; meditationem à Zenone vel Chryſippo traditã fuiſſe, ſatis liquet. Inde ſiquidem effectum eſt, vt in eorum libris omnis generis aſſumptiones confuſę, nullo habito delectu commixtę ſint: ſępéque præcedat, ſi ita inciderit, oratoria argumentatio, ſequatur exercitatoria ac diſſertatoria, deinceps ſcientiam efficiés, poſtremo loco, ſi ita fors tulerit captioſa collocetur, nempe quòd ignorabant ſcientiæ effectrices ſumptiones, ad rei de qua ageretur ſubſtantiam referri, eumq; finem ac ſcopum habere. Ex reliquis verò omnibus quæ extrinſecus petuntur, ſumptionibus,

Sumptiones extrinſecæ.

eas quibus vtitur dialecticus, tum ad exercitationem, tum ad ſophiſtas coarguẽdos, tum etiam, vt de adoleſcentis profectu, periculum faciat, eiusq; ex animo fœtũ educat, atque ad inuentionem alicuius rei, dubitatione aliqua oblata, eum promoueat: eas inquam omnes ſiue diſſertatorias, ſiue exercitatorias, ſiue locales, ac topicas, tuo arbitratu appelles licet: denomnibus enim parũ laboro, modo diſtinguere eas ab iis,

Remotiones.

quibus ſcientia comparatur ſummo ſtudio nitaris. Quæ autem ab his etiam remotiores ſunt, maximéque exemplis, veriſimilibus ſcilicet, ac ciuilibus rebus, indu-

ctioni

ctionibusque huiuſcemodi quibuſdam,vel
teſtimoniis nituntur, vtro libuerit modo,
ſiue probabiles, ſiue oratorias dicere, non
magni faciendum:illud curandum, vt na-
turam ipſarum, diligenter agnoſcas: lon-
giſsimè demum à rei de qua quæſtio ſit
ſubſtantia, abſunt cauillatoriæ ac captio-
ſæ. De quibus vniuerſis tractatum à vete
ribus ſigillatim eſt:de cauillatoriis propo
ſitis, ſeu; malis pronunciatis, ſeu propo-
10 ſitionibus, ſeu ſumptionibus, ſeu rationi-
bus[nihil enim ad præſens negocium in-
tereſt] in captioſis coargutionibus, quos
elenchos appellant:de oratoriis,in artibus
rhetoricis:de diſceptatoriis, in topicis: de
ſcientiam facientibus, in libris de demon-
ſtratione, quæ videlicet ſecunda reſoluto
ria ipſi inſcripſerunt.Quamobrem quicū
que aliquid conatur demonſtrare,debet is
priùs ſumptionum ipſarum differentiam
10 ꝓbè tenere,deinde multa diuturnaq; exer
citatione id aſſequi,vt vel ſi alius dixerit,
ex quo quidq; genere ſumptum ſit, ex di-
ctis agnoſcat:vel ſi nemo dicat,ſtatim ipſe
ad quamlibet rem propoſitam accommo-
data poſsit inuenire. atque vt vno exem-
plo complectar,quemadmodum in ſuppu
tandi arte fieri conſueuit, ita hic quoque

Demōſtrare conātib, quid facere debeāt.

tiendis quibuſlibet cauſis, artem aſſumpſerint, ſatis habent, ſed inſuper ad artis præcepta exercitationem quoque adiungunt. Vellem itaque qui ſe demonſtrandi peritum eſſe ait, viam prius ac rationem qua ad demonſtrationes tractandas vtitur in medium afferret, deinde quàm exercitatus in ea fuerit, manifeſtaret. Nunc verò multos inuenias, qui quomodo ſyllogiſmi qui ex tribus de modo propoſitionibus conſtant, qua item ratione qui indifferenter concludunt, vel ſi qui tales ſunt, vt prima, vel ſecunda vtantur poſitione, reſolui debeant, apprimè ſint exercitati. Sicuti denique in aliis huiuſcemodi, vt ex tertia, vel quarta propoſitione ſyllogiſmos reſoluant: quanquàm alio modo poterant & breuius iuxta Antipatri traditiones id facere: vt omittam interim quod tota hæc talium ſyllogiſmorum complexio, nihil aliud eſt, quàm maxima inutilis rei curioſitas: quod ipſe etiam Chryſippus re videtur comprobare, qui in operibus & ſcriptis ſuis, nuſquam ad decreti confirmationem horum ſyllogiſmorum adminiculis indigeat.

At

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Triplices ſunt aduerſarij, Chryſippei, Peripatetici, & Stoici. Chryſippi ſectatores ridet, quod nihil mentione dignũ conſcripſerint, aut vſi fuiſſe videntur, quomodo diſcernantur ſcientificæ ſumptiones à dialecticis, rhetoricis: & ſophiſticis. Cum Peripateticis ac alijs qui exercitatione, ſumptionum formas norunt & inuenerunt, ait non longiore opus eſſe contentiones Contra Stoicos verò agendum fuſius, homines in inutilibus logicæ ſpeculationis argutijs abunde exercitatos, in vtilibus inexercitatiſſimos: pariter & prauis argumentationum vijs aſſuetos. Promittit deinde ſe tractaturum de ſcientificis ſumptionibus, quatenus ab alijs & inter ſeſe diſtãt.

QVomodo autem internoſci, ac diſtingui ſcientiæ effectrices ſumptiones à dialecticis, oratoriis, ac captioſis poſsint, neq; quicquã alicuius momẽti tradiderũt Chryſippei, neq; aliquã ad id aliorũ præceptione vti videntur. At non erubeſcũt ſcriptis mandare, cor animæ principatũm eſſe eo argumento poſſe patere, ꝙ manũ ad pectus, cùm noſtri ipſorũm cõmonſtrationẽ adducamus, ꝙ capite inferiorem in partem annuamus: vbi vocabulum hoc ἐγὼ pronũciamus. Atqui monſtratio ipſa, nihilò magis

gis

gis in corde, quàm in naſo & fronte, hæc enim interdum ab hominibus. ſolent monſtrari, & nutus non minus in capite, quàm in pectore principem animæ partem eſſe ſignificat. De voce verò ἐγὼ quàm abſurdè adducta in argumentum fuerit, in ſecũdo de recta nominum ratione explicatum eſt. Quod ſi quis exercitatione conſecutus fuerit, vt ſumptionum differẽtias & agnoſcat, & inueniat, cum eo minimè longa mihi opus erit diſputatione, ſicuti cum peripateticis, quibus cum, ꝙ principalis partis animæ principatus in capite, iraſcendi vis in corde, cupiendi in iecore contineatur, iuxta proprias ipſorum doctrinas mihi erit agendum. Contra Stoicos verò longa neceſſe erit vti oratione, homines ſanè ſicut in friuolis inutilibusque logicæ contemplationis argutiis, admodum exercitatos, ita in vtilibus & inexercitatiſsimos, & prauis quoque argumentationum viis aſſuetos: vt labor mihi duplex ſubeundus ſit vt non modo: quid rectum bonumque ſit, doceam, ſed etiam longè priùs, à praua conſuetudine eos remoueam, id quod licet difficile factu admodum ſit, non deſperarem tamen confici poſſe, ſi quis ex ipſis eſſet, qui paulo vlterius, vellet tractatui de-

dem

demonſtratione acquieſcere, & iuxta eum tum audire, tũ dicere circa vllam pertinaciam, benigneq́ue & amicè conuinci paterentur: ſed non patiuntur. Quin de propoſita ſubinde re, ſæpius quærunt, quàm quo modo quæri debeat, ſtatuerint. Vnde quænã amplius nobis, ſpes reliqua eſſe poteſt, vt à falſis illis ſuis opinionibus, homines retrahamus? Sed quoniam non illos tantum, ſed omnes alios, docere conſtitui, qui tamen nondum prauarum rationum conſuetudine vitiati, haudquaquàm inemendabilem animi peruerſitatem contraxerũt: incipiam rurſus ad propoſitam materiam, à principio demonſtrare, quemadmodum ſcientiæ effectrices, ſumere aliquis poſsit, quæ veram demonſtrationem conſtituant ſumptiones: qua item ratione, has ab aliis internoſcat: præterea ſumptionum earum quæ demonſtrationem quidem, ſed quæ videatur, neque ſit demonſtratio, conſtituant, naturam in ipſa hac, quæ in manibus eſt, diſputatione explicabo, quæ omnium horum inter ſe ſit differentia, quoad eius fieri poterit, maniſeſtiſsimè, ac planiſſimè dicturus.

ARGVMENTVM CAP. V.

Probatio huius quæſtionis, vtrum in corde principalis animæ vis exiſtat, vnde ſenſus & motus voluntarius in reliqua corporis membra diffunditur: ducitur ab iis quæ cordi inſunt: vna ſcientifica, alia ſcientificis probationibus propinqua, nempe dialectica Tertij generis eſt Rhetorica ab opinionibus vulgarium, poetarum, aut philoſophorum, aut ab etymologia aliqua ſiue nutibus, aut reliquâ huiuſmodi ſumpta, nõ multum à ſophiſtica differens. Numerantur deinde ſex quæ cordi ſunt: ſitus, quantitas, nexus, formatio, diſpoſitio, & motus,

CVm itaq; diſcutienda, de corde quæſtio propoſita ſit, an in ipſo, animæ principalis vis exiſtat, ex qua videlicet & ſenſus, & quæ per appetitionem fit motionis origo, in reliqua omnia membra diffunditur, ſciendum eſt, eorum omnium quæ ab iis, quæ in corde inſunt, ſumentur, duplicem futuram eſſe differentiam. Quæ enim ex ipſa, quæ in quæſtionem venit re ſumpta fuerint, ſcientiam parient: cætera omnia, in alterum genus, quod ſcientiam parientibus adiacet, referentur, quæcunq; autẽ ab hominum opinionibus, vulgarium ſcilicet, poetarũ, vel philoſophorũ, ſiue ab etymologia aliqua, ſiue à nutib⁹, ſiue re quã piam

Quæ ſciẽtiam pariãt & quæ adiaceãt ſciẽtiã pariẽtibus,

piam alia huiuſcemodi ducentur, tertii generis ea cenſebuntur, quæ cum duplici interuallo, ab his quibus ſcientia fit diſtent, à captioſis, non longè abſunt, æquiuocis nominum communibus, verborumq; figuris plerunq; conſtantia. Exordiendum igitur ab iis quæ in corde inſunt: de omnibuſq; ordine prius per capita, & generatim, deinde etiam ſigillatim, & per ſpecies diſſerendum eſt. In corde eſt ſitus, quantitas, nexus, formatio, diſpoſitio, & motus: à quorum primo, hoc eſt à ſitu incipiemus: quotque inde propoſita exoriri poſsint, aperiemus.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Agit de ſitu cordis: quòd thoracis ratione quodammodo in medio eſt: ad totum corpus collatum, tantò longius à mediis partibus recedit, quãtò ab vmbilici regionibus diſtat. Deinde per medium pulmonem aſperæ ſugitur arteriæ. Qui ex hoc ſitu aſtruebãt, cor eſſe principium omniũ quæ in anima ſunt facultatum, multis modis refelluntur. Similiter illi, qui ideò vocem ex corde emitti dicebant, propterea quòd aſperæ arteriæ copularetur: oſtendens vocem edi, nempe aſperæ arteriæ, muſculorum qui illam mouent, & neruorum qui è cerebro procedunt. Cuius rei experientia abunde teſtis eſt.

Coll

COllocatum cor eſt, ſi ad thoracē quidem ſpectemus, in media ferè parte, baſis enim eius, in medio prorſus totius thoracis ſita eſt loco: mucro verò, inferiorq́; pars, tantum protenditur, quantū cordis magnitudo occupat ſpatii: ſi verò ad totum corpus, tantò à mediis partibus ſuperius recedit, quãto ab vmbilici, quod exquiſitiſsimum medium eſt, ſedibus diſtat. ad guttur quoque, per quod reſpiramus, ita apta poſitura eius eſt, vt per medium pulmonē ipſi annexus ſit: à ſiniſtro enim cordis ſinu, quædam venoſo corpore conſtans arteria, exoritur, quæ in totidē, quot ſunt pulmonis fibræ, ſcinditur partes: quæ quidem partes, poſteà in multas etiam ipſæ diuiſæ portiunculas, ſingulæ in ſingulas fibras diſtribuuntur, donec tota in illud officium arteria abſumpta euaneſcat: cum huius autem extremis partibus, quæ arborum germinationis in modum quam plurimæ diffunduntur, aſperæ arteriæ, capita poſtrema committuntur: quæ quidē arteria, eodem modo quo venoſa illa in totum viſcus diuiſa, diſperditur. Sanè ad pulmonem, eo ſitu adiunctum eſt cor, vt ab ipſo vndecunque exteriore in parte cooperiatur. Cordis poſitura in hunc modum

eſt à qua ſumi argumēta poſſunt, tū quantum ad totum corpus, quòd ſitum in medio fuerit, vt facultatum quæ ab ipſo exeunt, in omnem corporis partem, æquè fiat diſtributio: tum etiam quantum ad arteriam, quòd per eam vocē emittat. Quin etiam, ſi quis & vſum & actum ſpirandi cordi applicaret, nonnulla etiam inde ſumerentur argumenta. pari ratione quoq; qui nullum argumentum omittere vellet, ex eo quod mediam pectoris ſedem obtineat, haberet aliquid quod ad hoc probandum facere poſſet. Nihil tamen ex his adhuc ſcientiæ effectiuum eſſet, neque eiuſmodi, quod propoſitam rem demonſtraret, donec per ea, ſenſus, & voluntarii motus in animalibus originem in corde eſſe, non efficiatur: non enim neceſſario conſequitur, vt cor omnium principium propterea ſit, quod in medio collocatum fuerit. quanquam ne id quidem, quod in medio ſit, verum eſſe conſpicitur. ſi quis enim exactè rem perpendere voluerit, is inueniet, vmbilici ſedem, medium in animali locum obtinere. Simili modo non eſt neceſſe, vt iccirco origo omnium, quæ in animali ſunt facultatum cor ſit, quia in medio ſitum eſt pectore. neque etiam ſi

quis

quis ita dixerit, cerebrum in capite tanquam in arce, magni inſtar regis collocatum, ſenſus omnes quaſi apparitores & ſatellites habere circumiectos, quicquam is conficiet, vt ea in parte, principatus animæ eſſe neceſſe ſit. Nihil etiam probamus cùm dicimus, quod in vniuerſo eſt cœlum idem in homine eſſe caput, ac propterea ſicut illud, deorum domicilium habetur, ita in hominis cerebro rationis ſedem haberi debere. Quæ omnia licet iis quæ de corde dicta fuerunt, longè ſint probabiliora, non ſecus tamen ad exquiſitæ ſcientiæ fidem faciendam idonea ſunt, atque illa quæ de voce afferebantur, quod à corde crearetur, atque emanaret. Nam ſi demonſtrationem aliquam, ſuper hac re nos doceant, libenter audiemus. ſi vero à poſitione ac ſitu, tantum ſibi progrediendum cẽſent, illud quidem vitio non vacat, cùm eadem ratione tum pulmonem, tum aſperam arteriam vocis originem eſſe poſſumus aſſerere: atque eo etiam probabilius, quo hæc vocalibus inſtrumentis, quàm cor viciniora eſſe conſtat. ſiquidem primum ac proprium vocis inſtrumentum, aſperæ arteriæ ſummum eſt. Quod eo argumento patet; quòd ſi infra ipſum,

aſperā arteriam incideris, vocale animal amplius non erit, liberè tamen, & ſine vllo impedimento, anhelitum ducere adhuc valebit. Quod ſi homo fuerit, qui vulnus ea in parte acceperit, poteris ad loquendum eum inuitare. accinget ſe ille ad vocem emittendam, & loqui cupiet, nihil tamen, niſi quandam cum ſibilo expirationem audies. quam exufflationem appellare conſueuimus. At vero ſine loquendi cupiditate, in expirationibus extra quidem fertur ſpiritus, non tamen cum ſibilo aliquo, neque profusè ſtatim, ſed paulatim egreditur. Iam verò quum animal ad vocem emittendam ſeſe præparat, thoracis, & abdominis muſculi, admodum in eo conſpiciuntur diſtendi: hos ipſos tamen videre licet, priùs etiam quàm ex vulnere arteriæ læſio aliqua acciderit, inflari, ſi paulo intentius vociferare voluerimus. at vulnere affecta arteria, ad vocis expreſsionem & generationem, labor omnis fruſtra ſuſcipitur: quum exſufflatio tantum illa ſequatur, quam à ſimplici expiratione, in eo diſcrepare docuimus, quod hic cum ſono ſimul, atque impetu, expulſus ſpiritus exinanitur, ibi ſenſim & quietè exit.

Vnde accidit, vt duplex error ab iis committatur, qui vocem ex corde oriri, atque emitti aiunt. vnus quòd à poſitura eius argumentantur: alter quòd ne ab ea quidem, ita vt debebant, progrediuntur. nam etiam thoracis & abdominis, vbi quis vocem edere voluerit, muſculi omnes diſtenduntur, intentionem, motionemque illam neutiquam à corde conſecuti. quippe quòd nulla noua atque aduentitia, ad id functione vti potuerit, neque prætereà cū ab inferioribus locis ſurſum aſcendit ſpiritus, niſi priùs temperetur, formeturque ab aſperæ arteriæ ſummo, continuò vocis, ſed vt ſuperius iam dictum eſt, exſufflationis ſpeciem adipiſcitur: quod in tractatu de voce, planius demonſtrauimus. Percutitur enim a ſummæ partis aſperæ arteriæ chartilaginibus, perinde vt plectro quodā exſufflatio hæc, atque ita in vocem euadit. tribus verò chartilaginibus quæ a multis, variiſque muſculis mouentur, ſummum aſperæ arteriæ caput conſtat. Quibus quidam de rebus, qua ſcilicet ratione & chartilagines ipſæ conſiſtant, & muſculi moueantur, ſicut a me in propriis libris ſatis explicatum fuit, ita iis qui a poſitura tantum argumenta accipiunt, nihil per-

ceptum, cognitumq́ue eſt. Ex eo fit, vt poſt ea mirentur, ac ſtupeant, cùm nec opinato orationem illam, quæ ait à cerebro vocem creari, audiuerint, quod magis etiam facient, ſi dixerimus, omnes voluntarias motiones, muſculorum officio procurari. mirantur quippe, noſq́ue incredibilium, abſurdarumq́ue rerum aſſertores appellant: cùm ipſi abſurdiores quàm nos, in eo ſint, quòd nos quæ oratione pollicemur, eadem poſſumus in animalium diſſectionib. monſtrare. illi nihil amplius habent quod dicant, quàm propterea effici, vt ex corde vocis originem eſſe credamus, quia cor iuxta guttur collocatum fuerit. Sed antepoſuerunt iſti certè compendiariam, planam que diſcendi viam longæ illi atque aſperæ. tametſi illa ad rem quam quærimus deducit, hæc plana & breuis, longè a veritate aberrare compellit: neque enim quiſquam ex ipſis adhuc fuit, qui æquo animo vnquam adeſſe mihi voluerit, cùm muſculos omnes, ex quibus tum reſpiratio, tum vox efficeretur, illis vellem oſtendere. quã quam non in his tantum præcipua demonſtrationis vis conſiſtit: ſed tertia hæc, totius huius rationis pars eſt. Muſculi enim inſtrumenta quædam ſpirationis, vociſq́;

effect

effectrica mouent, ipſi à neruis qui à cerebro diffunduntur motionem adepti. quorum quidem neruorum, ſi vel laqueis conſtrictum aliquem intercluſeris, vel etiam præſecueris, motu ſtatim orbaueris muſculum illum, in quem neruus ille pertingebat: membrumque illud quod prius quam ſectus neruus fuiſſet à muſculo eo motionis compos efficiebatur, immobile reddideris. Quicunque igitur eſt, non fictè cognoſcendæ amore veritatis captus, ad me accedat euidenter omnia, ſi modò integris, illæſisque ſenſibus prædictus fuerit, in ipſis animantibus inſpecturus. Quod & ab aliis inſtrumentis, aliiſque muſculis, & neruis, lenis, minimeque coacta, & ab aliis violenta inſpiratio fiat. lenem & non coactā appello, quæ in bene valentibus, nullaq; vehemēti motione agitatis cernitur. violentam autem, quæ tum in morbis nōnullis, tum in exercitationibus paulò vehementioribus accidit. in qua protinus omnes etiam ſcapularum partes, ſimul attolli conſpicies. Et quidem in ſpirationibus. prout duobus his inſpirationum generibus correſpondent, deprehendens aliorum inſtrumentorum officio, & muſculorum, & neruorum, lenem illam &

paruam, aliorum, violentam hanc magnamque, quam exſufflationem nuncupamus exiſtere. His omnibus expeditis, deinceps proprium vocis inſtrumentum tibi oſtendam. ſummum aſperæ arteriæ in quam, & qui id mouent muſculi. tum muſculorum neruos, qui a cerebro deſcendunt. inde etiam linguam: quod aliud, non vocis illud quidem, ſed loquelæ, ſiue locutionis, vtrouis modos appeles, inſtrumentum eſt: muſculos item, & neruos a cerebro eo pertingentes. & demum compluribus animalibus præparatis id dabo operam, vt ſingula, quæ ſuperius diximus officia, alia in alio deſinere atque interire videas, dum ſinguli qui a cerebro emanant nerui, præciduntur.

ARGVMENTVM CAP. SEPTIMI.

Rationibus aliis euincere conatur, cor neque ſpirationis neque vocis edendæ principium eſſe. Quando enim pulmo à thorace mouetur, ac diſtentus extremum aerem quem in ſe continebat foras propellit, expiratio nuncupatur. Fit quidem propter cor potiſsimum reſpiratio, non tamen ab illo fit. Quandoquidem idem non eſt, ab aliquo fieri quippiam, & propter ali-

quid

quid. Vocem autem à cerebro potius quàm corde proficiſci, huic eſt manifeſtum, quòd cerebro vel aliquo neruorum ipſius qui in ſummi gutturis muſculos feruntur colliſo, vox adimitur. Cor verò nudatum ſi manu prehenſum comprimas, non tamen ob id ſpiratione aut voce priuatur animal, nec vllum in alia quampiam actione voluntaria patitur impedimentum. Hoc in tauris quibus dorſi medulla abſcinditur, videre licet. vt vna cum inciſione vox & reſpiratio euaneſcat, corde interim cum arteriis adhuc pulſante. Vt enim cor pulſuum, ita cerebrũ motus voluntarii fons & origo eſt.

At verò deſideret quiſpiam fortaſſe hoc loco audire, quodnã ſit propriũ operationum ſiue functionum in animali de quibus nunc agimus, inſtrumentum. quique item muſculi, qui motionem præſtent, &c. quot numero ſint, quamque magni exiſtant, quóve ſitu diſpoſiti habeantur: quos præterea neruos, quot, quãtoſq́; quáve ex parte a cerebro germinantes excipiant. quis denique ſit modus quo ipſa, quæ a neruis agitationem recipiunt, inſtrumenta moueantur. Sed quod ſuperius etiam a me dictum eſt, ea ſcribendi ratio, mihi non probatur, vt eadem ſæpius ite-

rentur, Si quis tamen reuera ſtudioſus, diſcendique cupidus eſt, habet is alia de rebus his omnibus à nobis conſcripta opuſcula: primum eſt de thoracis, pulmoniſque motu. ibi à thorace, pulmonem moueri docuimus. & cum dilatione illa ſua attollitur, aërem exteriorem attrahere, quæ inſpiratio dicitur. cum contractione deprimitur, quem intra ſe continebat ſpiritum, ad guttur, osque ipſum elidendo foras rurſus emittere: quam rem expirationem nuncupamus. Alter ſubſequitur tractatus de cauſis reſpirationis, in quo de muſculis omnibus, inſtrumentisque, quæ à muſculis mouentur, & neruis qui vim illam animantem ad muſculos à cerebro tranſmittunt, ſatis explicatum fuit. Tertium his annexum eſt opus, de voce, deque muſculis, à quibus vocis inſtrumenta agitantur, neruisque à cerebro ad hos pertinentibus. Quo circa id ſatis ad præſentem cauſam fuerit, ſi ita dicamus: ſi ſpiritu qui in pulmone eſt ab eo, qui è corde exit, informato, ſibique poſtea gutturis aërem conformante vox crearetur, ea non ſtatim interiret, vbi vel colli, vel capitis nerui præciſi fuiſſent. multò minus etiam contuſo cerebro, vel ad ventriculos vſque

vulnerato, ſiue etiam dorſi medulla interſecta. Nam ſi vel aſpera arteria, quam pharynga quoque Græci appellant, vel pulmone, vel corde ipſo affecto, vox interire conſtaret, nihil ſanè mirandum eſſet, quippe quę à corde etiam proficiſceretur, ortumq́ue haberet. cerebro verò, neruoq́ue aliquo colliſo, ex iis qui ab ipſo ad ſummæ aſperæ arteriæ partis muſculos tendunt, id accidere, quo tandem modo abſurdum, atque ab omni ratione prorſus alienum non eſt, ſi nullum horum munus, ad vocis generationem exigebatur? atqui contrarium atque illi ſtatuunt, ſenſui patet. Si enim cor denudaueris, vt in ſuperiore etiam libro à nobis dictum eſt, idq́ue ipſum apprehenſum manu comprimas, ac collidas, non tamen ob id ſpiratione, aut voce, priuari animal videbis. neque vel in vna aliqua motus qui per appetitionem fit functione, impediri. ſi verò cerebrum, detractis oſsibus aperueris, aliquémque ex eius ventriculis compreſſeris, ſtatim efficies, vt animal non modo mutum, ſpirationeq́ue orbum, ſed etiam omnibus prorſus ſenſibus, motionibuſq́; volũtariis priuatum, collabatur. Aduertendum ta-

men,id quod ſuperius etiam admonui, ne ſimul,dum cor nudamus,adigendo, cultro alteram ex thoracis cauitatibus vulneremus: quod ſi ſatis præcauerimus,non tantùm comprimere cor, vel collidere, vel tale quid facere, noſtro arbitratu licebit, verum etiam ſi totum auulſum extrahere voluerimus,non minore chirurgiæ felicitate id conſequemur. Conſpicitur quippe hoc in multis ſacrificiis, quæ de more ita peragi conſueuerunt, in quibus interdum victima erepto corde, aliſq; iam impoſito,cum reſpirare, & intentè clamare, tum verò etiam fugere tantiſper viſa eſt, quo ad per ſanguinis profluuium concideret: quamuis quatuor maximis vaſis diuulſio, citò fiat,vt ſanguine exinanita intereat. quandiu tamen vixerit, reſpirat, & vocem emittit,& currit. Quibus verò tauris, id quod quotidie videre licet, dorſi medulla qua ad primam colli vertebram exortus eius atque initium eſt,abſcinditur, ſubitò illi non modo non currere, ſed ne digitum quidem progredi amplius poſſunt: cùm vna cum inciſione illa, & reſpiratio, & vox,quarum origo a ſuperioribus partibus defluebat, continuò euaneſcat. In quibus tamen videri poteſt, cor vna cum

arte

arteriis omnibus poſt ictum aliquandiu adhuc pulſare, quia videlicet pulſus illius principium, a cerebro non eſt. Quemadmodum enim motiones hæ, diuerſæ ſunt genere, ita neutra alterius principio indiget. Eſtque cor proculdubio pulſuum, cerebrum voluntarii motus fons, atque origo. neque vlla ratio afferri poteſt, quæ omnium in animali functionum, atque operationum, vnum tantum eſſe principium cogat. Qui enim conſtabit vel fieri non poſſe vt multa ſint, vel non ita eſſe, quæ apparent? Verum de hoc in ſequentibus libris, longior mihi cum iſtis inſtituetur diſputatio. nunc ad id de quo modo dicebam, redeo. neque ſpirationis, neque vocis motus, fabricatricem vim atque originem in corde eſſe. Quamuis enim propter illud potiſsimum fiat reſpiratio, non tamen ab illo fit, neque idem eſt ab aliquo fieri quidpiam, & propter aliquid. Qua de re, hoc eſt de vſu reſpirationis, vnus a me peculiaris ſcriptus eſt liber.

ARGVMENTVM CAP. OCTAVI.

Axioma hoc, omnibus functionibus ex propinquis membris eſt: in errorem deduxit Zenonem.

nem, Diogenem, & Chryſippum philoſophos: qui vocis reſpirationiſque principium cordi nō cerebro tribuerunt. Vox (inquiunt) è partibus inferioribus ducitur, non igitur ex cerebro.

QVi igitur vocem, vel reſpirationem a corde proficiſci opinantur, poſituræ vicinitate decepti ſunt: quòd eos latebat, non prorſus neceſſe eſſe vt membrum aliquod principium illius ſit functionis, iuxta quam collocatum cernatur. Sicut etiam illi qui cerebrum aurium, oculorum, nariumque ſenſus, eò tantum quòd proximum eſt, principium eſſe cenſent, malè argumentantur, quos ſitus quoque in errorem traxit. imò nec ſitus, ſed falſa potius ipſorum, de ſenſu opinatio. ſiquidem huiuſmodi aliquo ad demonſtrationes illas ſuas vtetur pronunciato. omnibus functionib. ex propinquis membris origo eſt. quod cùm pro vero poſuerint aſſumpſerintq́; alterum ex conſpectioribus, patentibuſq́ue ad ſenſum rebus, hoc modo: cerebrum autem aures attingit: cōficiunt poſtea ac concludunt, inde eſſe functionis ipſarum principium: verum pronunciatum hoc, omnibus functionibus ex

vicin

vicinis principium eſſe,neq; ſenſui,neque intellectui euidens eſt,vt vel primum eſſe, vel ex ſeſe adhibere perſuadendi neceſſitatem poſſit. Eadem ratione nihil conficitur, cum ex eo, quia vocis & ſpirationis membra iuxta cor ſunt, ex corde illarum ortum eſſe dicunt. Et tamen concluſio illa Zenonis, quæ à Stoicis in cœlum fertur, quam etiam Diogenes Babylonius, ante omnia in libro de animæ principatu retulit,non aliunde quàm ex pronunciato iſto,quod modo dixi, laudem illam, ac plauſum ſibi conciliauit. Quod euidentius patebit, ſi eam hic aſcripſerimus. ad hunc enim modum eſt: Vox per guttur procedit. quòd ſi de cerebro procederet (ἀπὸ intellige) non per guttur procederet. vnde autem oratio, inde etiã vox procedit: procedit verò de ratione & mente oratio. non igitur in cerebro mens eſt. Eandem concluſionem Diogenes non iiſdem verbis interrogat ita. Vnde emittitur vox inde etiam articulata vox. ſi articulata, etiam ſignificans, ſignificans verò vox, nihil aliud quàm oratio eſt,oratio igitur inde quoque emittitur, vnde & vox. vox autem non ex capitis ſedibus, ſed vt apertum eſt, ex inferioribus emittitur, per

ar

arteriam enim ſine dubio tranſmeat. neque oratio igitur ex capite,ſed ex inferioribus potius emittitur. Atqui illud quoq; orationem de mente proficiſci,verum eſt: quippe cum nonnulli etiam ipſam ita definiant,orationem vocem eſſe ſignificanté profectam de mente:& alioqui etiam veri ſimile eſt vt à mẽtis notionibus informata,& quaſi expreſſa oratio exeat,& tempore intra cogitandi & proferendi ſpatium 19
porrigatur.efficitur itaque vt mens etiam ipſa non in capite, ſed in inferioribus & præcipuè in corde collocata ſit. Hæc Diogenis concluſio eſt,quæ contra quàm Zeno fecit, verbis prolixè extenditur. ſicut enim in illa nonnulla deſunt neceſſaria ꝓnunciata, ita in hac redundant quædam. Prius tamẽ quàm ipſas refellam,volo adhuc Chryſippi etiam rationem ſubiungere. 20
quæ talis eſt: Conueniens ſanè ac probabile eſt,vt ea ſit præcipua ac dominans animæ pars,in qua notitiæ rerum imprimuntur, & ex qua oratio emanat. neque enim alius orationis, alius mentis, neque alius vocis,alius oraſionis fons eſt. neque in vniuerſum atq; abſolutè alia vocis origo eſt, alia præcipua, dominansq́; animi pars.Conſentaneam quoq; his mentis de-
finiti

nitionē,illi aſsignant,qui ita dicunt,mentem orationis fontem eſſe. In ſumma, vnde oratio emittitur, illic etiam ratiocinationem,intelligentias,& meditationes orationis,vt dixi, fieri neceſſe eſt. quę omnia in corde fieri, cùm ex eo, & vox & oratio emittatur,perſpicuum eſt.Nō alienū prętereà à veriſimilitudine eſt,vt in quo,quę dicuntur, imprimi conſtet, ex eo quoque exprimãtur:vocesq́; inde, quo prædictum eſt modo,efficiantur. Atq; hæ Stoicorum de voce concluſiones,ſufficiant. ſi enim omnes quæ ab aliis interrogantur, vellem deinceps aſcribere, in immenſam quandā prolixitatem, excurreret volumen.Quin, ne has quidem Chryſippi & Diogenis cōmemoraſſem,ſed ſatis habuiſſem,ſi vel ſola Zenonis à me fuiſſet diſcuſſa, niſi olim mihi cum quodā Stoico de eo verbo,procedit, orta eſſet diſceptatio, quo in oratione illa ſua, Zeno vſus eſt,cùm inquit: vox ꝑ guttur procedit. procedit enim eo ſignificato ego intelligi volebam, quo egreditur vel emittitur,ille,cùm neutrum horum ſignificari diceret,nihil tamen prætereà habebat tertium,quod affingeret. Vnde coactus fui,eo pręſente, locum hunc cum aliorum Stoicorū libris conferre,qui tranſum

c ptum

ptum id verbum,in aliud immutarant ,po ſuerantq́; tum egreditur, tum emittitur. Quod cùm Chryſippum & Diogenem feciſſe,modo oſtenderim, nõ eſſe neceſſe amplius exiſtimo,vt poſt hos aliorum orationes aſcribam.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Explicat & refellit Zenonis, Diogenis, & Chryſippi rationes. Zenon ambiguis verbu vſus in quartum aſſumptionum genus incidit. Diogenes in dialecticum. ſemel autem & ipſe in quartum, ambigua vſus præpoſitione apo. Chryſippus ſolæciſmum committit, illuc pro illic ponẽs. Dicere namque debuiſſet, vnde oratio emittitur, illic etiam ratiocinationem fieri neceſſe eſt.

SEd iam ad examinationẽ aſcriptarum deueniã:exordiarq́; à Zenone, vt qui & huiuſce de voce concluſionis, & totius Stoicorum familiæ pater,atq; author extitit. Erit igitur primùm huiuſce concluſionis aſſumptũ, verbo procedit, in aliud cuidẽtioris ſenſus gratia immutato,tale. Vox per guttur emittitur. tum alterũ deinceps.

ex Zenone de voce. Quòd ſi de cerebro emitteretur,nõ ꝑ guttur emitteretur. iam hoc non modo ex primo illo genere,quod demõſtrationibus accõmodatum eſſe dixi, non eſt aſſumptum, verum ne ex ſecundo quidem vel tertio. In quarto enim captioſarum ſumptionũ or‑

dine, contineri manifeſtum eſt. ſiquidem vocabuli quædam figura ſubeſt, ſpe reprehenſionis eludendæ callidè & captioſè ad ambiguitatem concinnata. Nã cùm inquit ꝙ ſi de cerebro procederet, vt ἀπὸ intelligatur, per guttur non procederet, vitioſè & fraudulenter ἀπὸ præpoſitionem appoſuit. duæ enim cùm ſint in iſtiuſmodi orationibus certæ, minimeq́; ancipites prępoſitiones ab, id eſt ἀπὸ & ex, neutrã ſumpſit. cùm planius alioqui dicere ita potuiſſet: ſi ex cerebro procederet, per guttur nõ procederet. vel ſi minus placebat ex cerebro, à cerebro, quod eſt ὑπὸ prorſus dicere debuiſſet. quæ enim per guttur emittitur vox, profecto & ex aliquo, & ab aliquo emittitur. quod eſt ἀπὸ ex aliquo, puta, vaſe eam continente. ab aliquo autẽ, ſicut à facultate & virtutẽ, quæ concepta culo illi motum præſtat. Verbi gratia, vrina per penẽ egreditur, ex vaſe, hoc eſt veſica, quæ ſuperius paulò collocata eſt, à facultate quæ veſicã in ſeipſam contrahit, & ita efficit, vt vrina exprimatur, emiſſa. ea verò præpoſitio ἀπὸ ꝑ ex ne, an ꝑ ὑπὸ aſſumpta fuerit, in dubio eſt. Qđ ſi ꝑ ex, poſita eſt, vera erit oratio. ſi pro, ὑπὸ falſa. illa enim ita diceret. ſi ex cerebro emittere

tur,nequaquam per guttur emitteret.hæc ſic.ſi à cerebro emitteretur,nequaq̃ p guttur exiret. cũ ὑπὸ videlicet. Quæ oratio, quàm falſa ſit,non eſt opus vt prius à me probetur,q̃ illi,reſponſionem conclnſioni huic inuenerint. vrina per penẽ procedit, ꝙ ſi à corde emitteretur,id eſt ὑπὸ nequaq; per penem exiret.atqui à voluntate noſtra emittitur (cũ ὑπὸ intellige) non igitur in corde eſt voluntas. ſimilis de deiectione oriri poteſt interrogatio. ſiquidẽ ea quoq; per ſedẽ, à noſtra voluntate primũ mouente emittitur,quæ quidẽ voluntas,profectò quẽlibet pedis vel lõgiſsimè ab ea diſtantẽ digitũ,ſtatim mouet.neque vllum ex intercapedine, quin id quàm celerrimè fiat, impedimentũ offendit. Nam ſiue in cerebro,ſiue in corde, colloces volũtatem,vel cogitationẽ & mentẽ,vel quodcunq; libuerit appellare, ad præſens enim nihil intereſt, nullum prorſus tẽporis ſpatium reperietur,inter volendi digitũ mouere,& ipſum mouendi actũ, interceſsiſſe. Quod etiam in ſenſibus, meo quidem iudicio,euenit.In quibus vbi pupugit,vel vulnerauit aliquis,nulla tẽporis mora eſt expectãda,vt animal ſentiat:ſed ſimul & ferrum incidit,& animal ſentit. Cùm Zenoni

ni quoq; & Chryſippo cum toto ſuo Stoicorũ cœtu,ita placeat, vt ſi ſenſus fieri debeat,motionẽ quæ à re quapiam extrinſecus mẽbro fuerit oblata, ad principẽ vſq; animæ partẽ diſtribui, ac diffundi neceſſe ſit. Sicut igitur nulũ,(quod quidẽ ſenſu ꝑcipi queat) tẽporis momentũ inter mẽbri vulneratiõẽ, animaliſq́; perſenſionẽ cadit,ita cùm homo vel digitũ, vel pedẽ inflectit,nihil interuenire fatendũ eſt ſpatii, inter id tẽpus quo vult,& quo mouet.Pari ratione, neq; inter vrinæ excretionẽ idq́; faciendi voluntatẽ, quicq̃ erit interponendum. Simul enim atq; animæ principalis pars ita voluerit,ſtatueritq́;, cõfeſtim ſenſuum inſtrumenta,in officio ſunt.Quo tãdẽ modo, ò ſapientiſsimi illud ſoluemus? Si à corde emitteretur vrina, ꝑ penẽ non excerneretur? quã enim ſolutionem attuleris,ea nos quoq;,vti poterimus.Verũ in diſputationibus iſtis veſtris, iure põt aduerſarius vrgeri ac cogi, vt ſoluat:hic nõ ita. ſed pręſtat,vt nos diſſolutionẽ quoq; addamus,ꝑſertim cũ nihil in ſe habeat recõditi nihil ꝓlixi,nihil difficilis:imò prõpta, patẽtiaq́; oĩa ſint.Nihil obſtat,ita eñ iã ſoluemus, quin per penẽ, excernat vrina, cũ origo motus, quo vas continens contrahe

retur,à principali animæ parte,fuerit immiſſa, ſiue cerebrũ deinde, ſiue cor animæ principatus ſit,id iã ad præſentis rationis ſolutioné,nihil referre arbitror. nã ſi cerebrũ erit, inde origo motus & ad vrinã, & cibi excrementa emittentia,& ad crus, & pedé,& digitos mouentia inſtrumenta, deſcẽdet:ſi cor,à corde ſimili modo. Sic quoque licet vox per guttur emittatur,nihil, vt puto,eſt,cur cerebrũ motionis quę gutturis officium antecedit,cauſa, atq; origo, eſſe nõ poſsit,Relinquitur igitur adhuc,ſicut à principio res quæſita, in paribus momentis.vt nihilo magis, quod quidem percipiatur,in alterum dogma declinet.Nam quemadmodum de veſicæ, ac ſedis motionibus,incertum adhuc reſtabat, ad vtrum, cerebrúmne,an cor, earum principium referri deberet : ſic de voce & reſpiratione, eundem in modũ dubia adhuc res eſt, vtri viſceri, ducatus ſit demandandus. Sed vt ſuperius iam dictum eſt, poſituræ vicinitas,vtroſq; decepit:quæ ſumptionum ſciétiam ingenerantium,atque ad demonſtrationem accõmodatarum,ſpeciem obtulit, cùm lõgè aliter, veritas ſeſe habeat. Quippe & ille, qui omnium principiũ cor eſſe ſtatuit,non ita obſeruat,in oculis vicinita

tem

tem,vt eos,quamuis vicini non ſint,à corde tanq̃ à fonte quodam, ſenſum & motũ haurire non aſſerat:& qui cerebro, principatum tribuit,non ab alio quopiã mẽbro, reſpirandi inſtrumentis,& vocalibus motionem ſuppeditari ait, ſed illud ipſum ſicut cæteris,ita his quoque,motus voluntarii authorẽ eſſe. Hinc fit,vt ea quæ in præceptis de demonſtratione generatim tradimus,in quacunque rerum maetria,ſigillatim vera eſſe reperiantur. Non enim ab omnibus quæ propoſitæ rei inſunt, ſumi veræ aſſumptiones poſſunt,ſed ab eo tantùm, quod rei quæ in quæſtionem venit, coniunctũ eſt. At Zeno,& Chryſippus, & Diogenes aliiq́; omnes Stoici, etiã ſi millies concluſionis illius ſuæ fiducia, reclament,ac repugnent,nunquam tamen inuenient,qua ratione errores, qui in illa commiſſi ſunt,valeãt excuſare. cuius quidẽ ſecundũ aſſumptũ per ſeipſum,ſi tamẽ exactè, ſi planè, ſi diſtinctè fuiſſet dictum, in ſecundum genus tandem reducebatur. quoniam verò figura vocabuli, verſutè ambiguitatem in ſe contraxit, quarti generis hac de cauſa cenſetur. Quod ſi cauillum probè aduertens Zeno', volens ſciensque id aſſumpſit, ſophiſta potius, q̃ philoſo-

phus:ſi ignorans,eo eſt imprudens vſus,in logica diſciplina , minimè exercitatus eſt exiſtimãdus. Nobis certè danda eſt opera, ne vnq̃ vel eiuſdẽ modi orationibus,ſcientes vtamur:hominis enim hoſtis planè veritatis,fallacia eſt:vel in eas,quod imperiti,atq; exercitati habetur,inſciẽtes incidamus. Aequè abſurda , quarta ſumptio eſt, vbi ait:oratio de cogitatione & mẽte ꝓcedit.vt aper ſit.nã oratio hæc,quę vox ſignificans eſt , quãuis à cogitatione cum ὑπὸ præpoſitione,ſicuti alia omnia,per volũtatẽ effecta, emittatur,non tamen ex éa, ſed ex gutture egreditur. nec prius etiã q̃ per voluntatẽ fingatur ſpiritus ille, aſcendens vox eſt,ſed materia,vt diximus. quędã voci accommodata,quã exufflationẽ appellamus, ex pulmonis aſperis arteriis, emiſſa, quarum profecto nulla,cor attingit.Zeno igitur ſiue ſciens, ſiue imprudẽs id fecerit, ambiguo illo verbo vſus,ĩ quartũ ſumptionũ genus incurrit. Diogenes verò plerũq; in ſecundũ,ſemel etiã ipſe in quartũ delapſus eſt.Cùm enim inquit, vnde vox emittitur,& itẽ,vox autẽ nõ ex capitis ſedibus, ſed vt apertũ eſt, ex inferioribus emittit̃, ex ſecũdo genere argumẽtorũ,propoſitiones ſumit. Vbi verò orationem de mente

emit

emitti ait per ἀπό, cũ per ἀπὸ à mente dici debuiſſet, iã in quarto genere verſat. Quapropter huius errorũ, eadẽ poterit eſſe reprehenſio, qua cõtra Zenonis concluſionẽ, vſi modo ſuperius fuimus. neq; diſſimile in Chryſippo, negociũ erit: nã cũ dicat ex qua oratio emittitur, eam eſſe dominantem animæ partem. caſtigabimus ita orationẽ, & dicemus, à qua oratio emittitur, illã eſſe dominantẽ animæ partem: id eſt cum ὑπό & non ex qua. Eadẽ ratione vbi inquit, in ſumma vnde oratio emittit, illic etiam ratiocinationẽ, fieri neceſſe eſt. nõ vnde dicemus, ſed à quo mẽbro [ὑπό intellige] oratio emittitur, circa id etiã, & in eo ratiocinationẽ fieri neceſſe eſt. conſtat enim, illuc pro illic Chryſippũ poſuiſſe: quod idẽ eſt, quod in illa parte corporis. neq; credendũ eo aduerbio illuc, in illã partẽ eũ voluiſſe intelligere, quãuis illuc in locum, illic in loco ſignificet: ſed exiſtimandus potius eſt Chryſippus, in voce ſolœciſmum cõmiſiſſe, quàm ita prorſus inconſiderata pronũciaſſe: quippe cũm hoc ſatis illi familiare ſit, fereq́ue in ſingulis orationibus accidat, illud, incõſiderata vt loquatur, minimè cõſuetum. licet enim aliquando falſa, ſicut hac in oratione, non ta-

men inconſiderata dicit,cùm falſum ab incōſiderato,quamplurimum diſtet. Quando igitur verò proprius eſt, vt illuc pro illic in illo mẽbro dictum à Chryſippo ſit, in græcam elocutionem mutata oratio, talis euadet. vnde oratio emittitur, illic etiã ratiocinationem fieri neceſſe eſt. hoc eſt in illo membro: quod tamen planè eſſe falſum aſſeueramus: neque enim ſi quid per voluntatem ex aliquo emittitur, continuò ea in parte, cogitationem eſſe ac mentem oſtendit. Quemadmodum neque vrina, neque ſputum, neque mucus, neque ſtercus id facit.

ARGVMENTVM CAP. X.

Dicit Chryſippum non multò poſt coactum fuiſſe fateri verum fieri, ſcilicet, poſſe, vt è pectore per guttur emittatur vox, licet caput his partibus motum ſuppeditet. Zenonis autem ſententiæ, quædam deſunt ſumptiones ad quæſtionem abſolutam eas ſupplet Galenus.

PAtet iam hoc fuiſſe, quod Zenonem primùm, & eum quidẽ maximè, deinde alios Stoicos errare compulerit: nihilò minus etiã Chryſippum, in hac præſertim quam ſuperius ſcripſimus, oratione. nã in alia, quã nõ admodũ multò poſt hanc ſcripſit, verum fateri coactus eſt. coactum eſſe,

propterea dico, quia cùm rationem alterius, minimè veram vellet refutare, deinde aduertiſſet genus illud cōtradictiōis, nō minus contra ſe quoq; inferri, propriam tamen, vnà cum aduerſarii ratione, ſubuertere non dubitauit. ſanè debuerat vel hæc vel illa non ſcribere, præcipuè, cùm ita inter ſe ſint vicina. nam ſi hæc vera eſt oratio, illa proculdubiò vera non eſt: ſi illa vera, falſa hæc. Nos igitur, vtpotè in ſcientiā parientibus diſciplinis exercitati, agnoſcere, & diſcernere verā, & falſam facilè poſſumus: inexercitatis autem creari dubitatio ſolet, & ea quidem non parua, vtram illarum admittant. Subſcribam ipſa quoque verba, quibus Chryſippus priorem rationem probat, non eſſe demonſtratiuam, in hūc modū: Ita eſt, vt diſſerui plura cū ipſis poſtremò ab ipſis quæremus, nūquid, ſi etiam datū fuerit, à capite eos prouenire, principiū eſſe ad prædictas partes, neceſſe ſit. ferè eñ quę quiſpiā dixerit, de eo quod è pectore per guttur vox feratur, origine quadā à capite accepta, eadem quoq; dici poterūt, etiāſi principatus in corde fuerit, tamen motuū initium à capite eſſe. Quod Chryſippus, his verbis ſibi vult, id tale eſt, Quāuis cōceſſerit quiſpiā, caput originē

neruor

neq; ſenſui neq; intellectui euidens eſt, cũ neq; ex primis pronunciatis principiũ habeat: ſiquidem ita interroganda concluſio fuerat, vt ex primis ac demonſtratiuis exordiretur. vox per guttur emittitur. at omne quod per aliquid emittitur, ex continentibus illi ac proximis membris emittitur. non eſt autem continens gutturi, cerebrũ. è cerebro igitur non emittitur. poſt hanc concluſionẽ, altera interrogatio erat ſtruẽda, quæ concluſum aſſumptum feciſſet, huiuſmodi. vnde vox emittitur, inde etiam ſignificans vox, hoc eſt oratio: emittitur autem ex mente oratio, non ex cerebro. non eſt igitur in cerebro mens. Hoc modo, à Zenone interrogandæ erant concluſiones, vt vel nulla ſumptio prætermiſſa, vel nihil redundans, ac ſuperuacaneum admiſſum foret. Quanquam etiam preſsius interrogare licet, ſi vtraſq; rationes in vnam contraxerimus, ita. oratio per os emittitur. at omne quod per aliquid emittitur, ex continentibus illi membris emittitur: quare etiam oratio ex continentibus gutturi partibus emittitur. cerebrum verò, gutturi non eſt continens: non igitur è cerebro oratio emittitur, ſed è mente. non itaq; in cerebro mens. poſſumus tamẽ & dominantẽ partẽ loco

Oĩa ſenſui expoſita ex ſe probata ſatis eſſe.

loco mentis ponere,& principatum,& prę ſidentem,& ducem,& imperantem,& principem,nec ſecus ratiocinantem, intelligentem,vel cogitantem licet appellare : nihil enim intereſſe exiſtimandum eſt in nuncupationibus, modo ſubiecta res eadem ſeruetur. Si omnes ita rationẽ hãc interrogaſſent,neq; vel maxime neceſſariã ſumptionem omiſiſſent, quæ explicat, omne quod per aliquid emittatur,ex continentibus cõiunctiſq; illi membris emitti, vel minime neceſſaria, non fruſtra addidiſſent: deprehẽſum ſanè eſſet,rationẽ hãc à poſitura ꝓfectã,ad propoſitã rem demonſtrandã, minime eſſe accõmodatam.nam ſi in ea ſumptione quæ ait,de mente(ἀπὸ intelligas) orationẽ emitti,ex, præpoſitio fuiſſet collocata,falſum eſſe affirmaſſemus:ſiquidem non è mente,ſed à mente ipſam emitti dicimus, cum ὑπὸ. ſi verò ἀπὸ præpoſitionẽ pro ὑπὸ intelligamus,vt ſit talé aſſumptũ, oratio à mente(id ὑπὸ eſt)emittitur: verã quidem eſſe aſſumptionem,nihil tamen cõficere aut concludere rationem fatebimur cũ non eodem modo,omnes propoſitiones fuerint interrogatæ,ſed aliæ,ex:alię,ab,habeant.Quodſi oẽs vno modo interrogẽtur cum,ex,propoſitione, in poſteriore mendaci

dacium erit. cum ἀπὸ, veritas quidem in poſteriore, ſed vniuerſalis quæ prætermiſſa ab illis fuerat, itidemq́; ſingularis, falſæ ambæ euadent. vniuerſalis ita: omne quod per aliquid emittitur, à continentibus illi membris emittitur. ſingularis, oratio à gutturi continentibus partibus emittitur. per ἀπὸ vtraque: cum non à continentibus per ἀπὸ, ſed ex continentibus vere dici poſſit. Aperte iam declaratum puto, illos princi-paliſsimam propoſitionem captioſe & ſophiſtice ſi ſcienter, ſi imprudenter, imperitia artis prætermiſiſſe. Proinde fallunt auditorem, quippe qui exacte, vtra vera ſit ſumptio, quæ cum ex, an quæ cum ὑπὸ interrogetur, diſcernere nequeat. Prorſus enim ſumptionem ad verbum præſertim nullam dicunt, ea poſtmodum ad conſtituendam rationem quaſi iam dixerint, vtuntur. nam ea, ſi de cerebro emitteretur, nequaquam per guttur emitteretur, prætermiſſæ ſumptionis vi vera eſſe exiſtimatur, atque apparet. Ratio itaque Zenonis in hoc ſecundo, quod modo retuli, aſſumpto omnia peccare conſpicitur. primum quòd ἀπὸ præpoſitionē in ipſo collocauit cum vel ex, vel ὑπὸ debuiſſet: deinde quia precipua quæq; prætermiſit. tū vniuerſale

lem hanc, omne quod per aliquid emittitur, ex continentibus illis partibus emittitur. tum ſingularem propoſitionem, vocē & orationem ex continentibus proximisq́; gutturi partibus emitti. Iam verò his ita diſtinctis, ſi cum ex propoſitione, omnes, interrogentur ſumptiones, falſa erit, quæ orationem ex mēte emitti affirmat. ſi cum ἁπλῶς, & vniuerſalis ſuperius commemorata, omne quod per aliquid emittitur, à continentibus illi membris emitti, & ſingularis ea, orationem à gutturi continentibus partibus emitti, ambæ mentientur. Si verò miſtæ interrogationes fiant, vt aliquæ ſumptiones prorſus ex, aliquæ ἀπὸ tantū recipiant, vt hæc, oratio à mente emittitur: in ſumptionibus quidem, nihil habebimus quod reprehendamus, totam tamen rationem, nihil conficere aſſeremus, cum propria concluſionis propoſita, inter ſeſe applicari amplius non poſsint. alterum enim ex ipſis, tale eſt. oratio à mente emittitur. alterum, oratio è cerebro non emittitur. atqui oportebat vt ambo vel cum ἀπὸ prepoſitione, vel cum ex interrogarentur; ſi cōmune vtriſq; aliquid, quod effectum cōcluſione eſſet, erat inferendum.

Argu

ARGVMENTVM CAP. XI.

Chryſippus verum intelligens, in maiorem cadit vituperationem. dum aliunde adhibet argumenta, à ſitu petita, aut ex poetarum teſtimonijs vel vulgi, aut etymologia, vel alio quopiam huiuſmodi. Quæ Chryſippus intellexit, hæc ſunt, Quanquàm fieri queat vt cerebrum omniũ neruorum videatur eſſe principium, vim tamen facultatémque à corde accipit. Item, tametſi è thoracis partibus oratio emittitur, nihil prohibet quin ipſius motus principium ſit à cerebro. Ex quibus alia oboritur quæſtio. Neutrúmne alteri virtutẽ impartiat, an alterum alteri? Hæc ſoluit Galenus, explicans tria eſſe vaſorum genera, quæ cor cerebro nectunt venas iugulares, arterias carotides, & neruos his arterijs adnatos. Conſtrictis vel diſſectis neruis, repente obmuteſcit animal non item, ſi id in arterijs fiat in venis autem multò minus. Hinc promptum eſt colligere, neque cor ad pulſum indigere cerebro: neque cerebrum corde vt ſentiat animal.

PLura de rationis huiuſce prauitate addidiſſem, niſi etiã Chryſippus, & eius abſurditatem agnouiſſet, & modum aſſumptionis in ea, quam modo recitaui, oratione patefeciſſet, cum diceret fieri quidem poſſe, vt ex pectoris partibus, emittatur

oratio,& caput tamen ipſis initium motus præſtet:ſicuti quoque vt nerui,exortum è capite habeant,initio facultatis motricis à corde accepto. Quod quidem recte ab eo dictum eſſe patet. ac propterea magis reprehenſione dignus eſt, quòd cum veri naturam cognouerit,eo non vtatur:ſed aliũde argumenta adhibeat à poſitura ſumpta atque illa præcipue quæ poetę,vulgus,etymologia, reliquaque huiuſcemodi ſuppeditauerint.praue admodum: cum rectius debuiſſet,demonſtratiuæ artis ſumptionibus ſeruatis,diſcuſsionem rei, ac iudicium à ſenſibus petere:ſed bonus ille, quaſi non ex ſcientia, ſed forte caſuque verum dixiſſet,à quæſtione ipſa longe recedens, poetarum teſtimonia producit. Quod igitur Chryſippus vidit quidem,ſed nulla eſt poſtea concluſione perſecutus, id in præſentia mihi addendum,atq; explicandum puto.Quoniam fieri poteſt,vt licet omnium neruorum,origo cerebrum ſit,vim tamen, facultatémque ſentiendi ac volendi à corde accipiat:ſimili etiam modo, quanquam ex thoracis partibus oratio emittitur, nihil obſtat,quin motus ipſius origo,à cerebro deſcendat:quærendum deinceps reſtat an vtrum ne alteri,an alterum alteri,facul-

tat

tatem aliquam, ac virtutem impertiat. quę in hunc modum pertractari quæſtio optimè poterit: ſi principio in animalium diſſectionibus diligẽter explorauerimus, quę & quot ſint ea, quæ cerebrum cordi coniungunt: deinde vbi id patuerit, ſigillatim his ipſis ad collum vel præſectis, vel colliſis, vel laqueo interclusis, animaduerterimus qui animalibus affectus ex ea re caſuſque accidant. Cor cerebro tria vaſcıũ genera connectunt, ex iis inquam quæ toti corpori communia habentur. venæ, arteriæ, nerui. venæ, quæ iugulares appellantur. arteriæ, quæ carotides, quaſi tu ſoporarias dicas, nerui, qui his arteriis annexi, atque aſſociati ſunt. iugulares tamen venæ, & ſoporales arteriæ, non ſunt ſimplici abſolutoq; modo, quemadmodum nerui, præſecandæ. peribit enim ſtatim animal, immodica ſanguinis profuſione enectum: ſed melius eſt, vt prius animalis collum tũ ſuperiore, tũ inferiore parte laqueis duobus arcte cõſtringamus, deinde inter laqueos, partem in medio acceptam præcidamus, vt nullum ſanguinis profluuium inde conſequatur. Neruos ſiue collidas, ſiue laqueis aut digitis comprimas, ſiue ſeces, ex his omnibus læſionibus, vnum eundemque ca-

ſum accidere animali cõſpicies.mutũ quippe ſtatim efficietur.nullaq; alia functio neq; tunc illico,neq; poſt aliquãto,nõxã aliquam contrahet. Si verò arteriæ vel interceptæ laqueis, vel eo quo dixi modo abſciſſæ fuerint,animal neq; mutum, neq; ſopitum euadet: id quod pleriq;,qui poſt Hippocratem diſſectione malè vſi ſunt, memoriæ prodiderunt:ſed tantũ efficitur,vt omnes,quæ ſupra tamẽ vulneratas partes fuerint,arteriæ penitus pulſu omni priuẽtur. Venis autem vel laqueo comprehenſis,vel qua docuimus ratione præſectis , functionem euidenter interire nullam deprehendes. Ex his ita ſenſui axpoſitis, ratiocinari facile poſſumus,neq; cor ad pulſuum motum,cerebri opera aliqua indigere, neque cerebrum cordis,vt & ſentire,& per voluntatem fungi officio ſuo animal queat . cor enim ad propriam motionem cerebro nõ egere,vel inde perſpicuum eſt, quòd ſi antedictæ venæ,arteriæ,nerui laqueis intercipiantur,nihilominus tamen adhuc cor ipſum pulſat, necnon omnes per totum animalis corpus diſtributæ arteriæ,ab eo officio non vacãt.ſolæ enim ſupra laqueos extantes pulſum amittunt , inferiore earum parte,vſque ad cor quamuis perpetua, ta-

men

men vt aliæ,adhuc palpitante. Quin etiã cerebri facultatum primam originẽ, non eſſe in corde,cognoſcere ex eo licet, quòd cum iidem nerui vel præciduntur, vel laqueis cõprimuntur, mutum animal tantũ redditur, inſpirat, & expirat nullo oblato impedimento,vtroq; eo quem ſuperius diximus inſpirationũ & expirationũ modo. iam in quatuor mẽbris,hoc eſt brachiis & cruribus,functio omnis adhuc quemadmodum antea extat.audit etiam, & videt,reliquiſq; omnibus ſẽſibus integris fungitur. ſola enim animalis,vt dictũ eſt, vox interit,ſi nerui qui arteriis annexi ſunt, præſecentur. At enim medici & philoſophi illi, qui ex ſupradictarũ arteriarum vel præſectione,vel coarctatione ſopiri animal opinabantur,atq; inde argumẽti concluſione ſumpta cõficiebant,cor eſſe, quod ſenſum motũq; cerebro ſupeditaret,erraſſe in horũ quæ oculis percipiũtur,experientia ſũt exſtimãdi,licet quæ ex poſitione hac cõſequebantur,optimè viderint.nemini enim dubiũ eſt,quin ſi ex ea re,ſopitũ animal re vera fieret,quod verbũ illis ſenſu,motúq; orbatum ſignificat,neceſſario conſequeretur,cor eſſe,quod primam & ſenſus & motus originem cerebro præſtaret:licet cere-

brū in totum corpus per neruos vim eam poſtea diſtribuat: vt quaſi magni regis præfectus, ſecundam quandam, non principalem originem obtinere videatur. demōſtratum ſiquidem in ſuperiori libro eſt, ſicut arteriarū cor, ita neruorum originem cerebrum eſſe. efficeretur itaq;, ſi verū eſſet quod dicunt, cerebro animalem vim à corde per arterias ſuppeditari. ſed verum non eſt. Quin de euidentibus, quæ in diſſectionibus extāt, mentiti eſſe deprehendūtur. nam animal nec neruis quidem ſectis, nedū arteriis ſopitum efficitur. ſed ſi nerui lædantur, obmuteſcit. ſi arteriæ, nequaquam id fit. ſi venæ multo etiam minus. pleriq; verò & medici & philoſophi, vnà cum arteriis, neruos etiam vinculis conſtringebant. atque inde cum vocem illico concidere animali viderent, arteriis aſcribendam noxam illam cenſuerunt, ſoporemque appellarunt. non rectè: niſi velint fortaſſe obmuteſcentiam ſoporē nominare. licet quantum ad hoc attinet, in nomine tantum erraſſe viderentur: ſed in re ipſa peccant, cum ex arteriarum læſione, mutum euadere animal, opinentur.

Argu

ARGVMENTVM CAP. XII.

Chryſippus ſibi repugnantia ſcripſit de affectuum ſede. modò dicit, nullo ſenſu nulláque coniectura cognoſci poſſe, vbi princeps animæ pars ſedem habet: modò de affectibus ad eum diſſerit modum, quaſi in pectore, & cordis præcipuè partibus conſiſtant. Si ira inquit, in pectore eſt, conſentaneum & alias animæ cupiditates ibidem collocare.

Videor iam mihi quæſtione hac, vtrum à corde cerebro, an à cerebro, cordi facultas ac vis aliqua ſuggeratur, explicata, id abſoluiſſe, quod Chryſippus faciendum monebat. ipſe verò, eo negligentior in rei inueſtigatione haberi debet, ꝙ cum viam qua res quæſita perſequenda erat, videret, ea minus vti poſtea voluit. Grauius tamen crimen illud eſt, quòd eodem in libro, nec longo interuallo repugnantia inter ſeſe ſcribere veritus non eſt. qui cũ ſuperius, vt demõſtratiuã Zenonis rationẽ attuliſſet, paululũ progreſſus, eiuſdem ſolutionẽ quoq; oſtendit. quamquam alias quoq; contrarias ac pugnantes Chryſippi ſententias deprehendo, in eadem hac ipſa de animæ principatu tractatione. in cuius principio, quibus in animalis membris, partes alię animæ collocatę ſint cõſta

re inter omnes aſſerit, de ſola principali, quæſtionem eſſe, eo quòd nullum huiuſce rei ſenſum, neque euidens argumẽtum habeamus. non multo tamẽ poſt de hac quoque parte, quaſi manifeſta res ſit, ita diſſerit. verba eius hæc ſunt: Ita ſedes ipſa, cognitionẽ noſtram videtur refugere, cũ neque vllus ſenſus huiuſce rei extet, ſicut in reliquis: neq; argumẽta aliqua ſint, quib⁹ ratiocinando, confici hoc poſsit. nec enim alioqui in tantam tum medicis, tum philoſophis controuerſiam res veniſſet. Hæc cum prius dixiſſet Chryſippus, poſtea ait omnes homines mẽtis affectuũ in thoracis præcipuè, & cordis partibus, ſenſũ percipere, in hunc modum: Pleriq; omnes verò in hanc ſententiam propendere ac ferri mihi videntur, vt in pectore & præcipuè eo loco, quo ſitum eſt cor, quaſi ſentiãt affectus, qui in mẽte acciderunt. quod maxime in timoribus, triſtitiis, ira, atq; excãdeſcentia fit. In hac oratione etiam ſi nihil aliud, ſaltem illud ſuit, quod quaſi addidit, non auſus abſolute dicere, ſentiri ab hominibus in pectore affectus mentis, quaſi ſentiant, inquit. paulò poſt autem detracta illa particula quaſi, ita ſcribit. Quæ enim ſingulorum affe ctuũ in mente accidit per

turbatio,ea ita in pectore extat,vt ſenſum non effugiat. Inde ſubdit. Nam ſi ira hoc in loco eſt, conſentaneũ videtur , vt ibidẽ reliquæ cupiditates collocentur.Et itẽ ſubſequẽdo,etiam iraſcentiũ affectus, inquit, & amantiũ in pectore eſſe apparent.Et deinceps etiã,non ceſſat de affectibus ita diſſerere,quaſi in pectore & cordis præcipuè partibus,cõſiſtere videantur.vt ego hominem demirer , cur quod initio dixerat nõ deleuerit.vbi ait,neq; ſenſum vllũ euidentem principalis animæ partis exiſtere,neque argumentũ:nec alioqui adeò inter ſeſe & medicos&philoſophos digladiatos fuiſſe.vel ſi placebat illi hæc oratio,quomodo non erubuerit paulò poſt , ſubſequẽdo ſenſuũ iudiciis decretum examinare,&verbum extat,vel apparet interponere.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Ex his ſibi mutuò aduerſantibus Chryſippi dictis,vnum,quod verè ab eo dictum eſt aſtruitur.hoc videlicet,nullo ſenſu à nobis poſſe percipi,principis animæ partis ſedem eſſe in corde aut thorace.Reliqua duo,in quibus maximè falſus eſt improbatur, Primum quòd cùm videamus, animi affectibus totum corpus immutari,de nulla tamen alia parte meminerit, niſi ſolius thoracis.

racis. Deinde, quãuis hoc daretur, cor amplius reliquis partibus extrà naturæ habitum deturbari timore, triſtitia reliquisque affectibus: non efficietur tamen, in corde rationem collocari. Cõſequens enim non eſt, vt ubi affectibus obnoxia pars, ibidẽ rationis capax neceſſariò collocetur.

VIdeor autem mihi operæpretium facturus, ſi hic quoq;, quemadmodum paulò ante feci, ex his orationibus quas ſecum pugnantes, atque aduerſantes ſcripſit Chryſippus, veriorẽ elegero. Nullo quippe ſenſu, in nobis percipimus principatum animæ in pectore, vel in corde contineri. Quocirca, prius Chryſippi dictum approbo, quo verum confitetur. alia quibus de ſenſu mentitur, non approbo. neque enim ipſum in hac oratione vnum tantum, ſed duos & eos quidem magnos errores commiſiſſe exiſtimo. primum, quòd cum totum corpus in huiuſcemodi animi affectibus manifeſte videamus immutari, & modo pallere, frigeſcere, tremere, id qđ in metu fit, modo rubere, caleſcere, & vehementer intendi, vt in excandeſcentia, de nulla tamen ille præter quam thoracis parte mentionem facit. Alterum erratum illud eſt, quòd licet concedamus in timori-

bus'

bus,mœroribus anxietudinibus, excandeſcentiis,reliquisq́ue affectibus, maiorẽ in modum quàm alia membra,cor è naturali ſua conſtitutione deturbari, non tamen rationalis animæ pars,ſed iraſcens,vel cupiens ibi eſſe demonſtrabitur. vt contrarium mágis,quã id quod volebat ratione hac efficiatur.nã ſi dum cogitamus, diſcimus,vel etiã docemus, nullus præcipuus in corde motus apparet, in affectibus verò omnibus apparet, perſpicuum eſt planè,in corde non eſſe rationalem partem, ſed irrationalem potius, affectibusq́ue obnoxiam,in eo contineri. Quòd ſi occurrat, & dicat,vbi affectibus obnoxia ſit,ibidem etiam rationis capacem eſſe oportere:illud ipſum quod à principio in quæſtionem venerat, vt apertum promptũq; aſſumet. Verũ lõge rectius fuerat demonſtrationẽ aliquã afferre,q̃ ita ſine vlla probatione quæſitũ aſſumere.At neq; in libro primo de anima,neq; in his vbi agit de affectibus,demõſtrationẽ vllã vnquã adduxit,cur vbi irrationalis pars eſt,ibidẽ rationalem eſſe oporteat. ſed hoc vt conceſſum abſolute vbique aſſumit.Cum tamen Plato ipſe quaſdam in quarto de republica demonſtrationes aſcripſerit, quaſdam in

Timæi diſputationibus, poſtea dicendas diſtulerit. Quas quidem ego in ſequentibus his commentariis vniuerſas reſenſebo nunc enim nondum hoc mihi probandum eſt, ſed illud potius, rationalem animæ partem, quam & principalem ; & mentem, & dominantem appellat Chryſippus, in cerebro eſſe. Quod cum probatū fuerit, ſi præterea alia aliqua facultas in corde contineri, neque aliunde profecta eſſe deprehendetur, duo iam proculdubio principia habebimus, deinceps tertium ſimili modo ſupererit indagandum. Cæterùm huius tractatio in ſequentem librum differatur, nūc eo, vnde huc deflexit oratio, redeamꝰ: quo modo videlicet Chryſippus ſibiipſi aduerſari ſtatim ac pugnantia inter ſeſe dicere non aduertat: cum in oratione de voce, tū vbi interdum negat, vllum ſenſum nos ſedis illius in qua principalis animæ pars cōſiſtit habere, interdum ait. quanquam neq; hoc quidem probandum nobis propoſueramus, ſed obiter incidit.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Repetit quatuor eſſe ſumptionum differentias, ſcientificas, quæ in ſingulis rebus omninò paucæ ſunt, Dialecticas, quæ plurimæ: Oratorias, & ſophiſticas. In præſenti autem quæſtio-

ne

ne vſum eſſe dicit diſceptatoriis ſeu dialecticis probationibus,ac eius generis ſupereſſe aliquod, cuiuſmodi eſt ea,quæ à morſu qui in angoribus accidit,petitur cùm re vera non in corde,ſed in ore ventriculi creetur,præſertim cùm infra thoracem,ſub pectoris cartilagine hic morſus fiat, & cor in media thoracis ſede collocatũ ſit. Quare græcum nomen Cardialgia, æquiuocum eſt, cùm apud veteres, Nicandrum, Thucydidem & Hippocratem, os ventriculi cor appellatum inueniatur. Nec quiuis ventriculi oris dolor,cardialgia appellatur, ſed is ſolum, qui ab acrium humorum naſcitur morſu. quod triſtitia affectis, & iis qui diutius paulò ieiuniũ tollerarũt, ſolet accidere, magisque ſi poſt axercitium non ederint. quoniam quidem triſtibus & vehementius exercitatis,flaua bilis in ventriculum confluit,à qua morſi homines,Cardialgia laborãt. Rurſum ex ſecundo ſumptionũ genere eſt iſtud: Cor ante omnia animantis membra formatur. Cæterùm hoc,cor vt omnium aliorum membrorum mouetur primum,ita vltimum deſinit ex demonſtratiuis eſt. Quæ omnia breuiter Galenus explicat,& quæ ſunt falſa confutat.

ILlud in principio huiuſce libri propoſitum fuit, vt ſumptionum differentias oſtenderemus. vbi primũ ipſarum genus, ſcientiæ effectiuum ac demonſtratiuũ, ſe-

ſecundum exercitatorium, & vt Ariſtoteles diceret, diſceptatorium ſiue dialecticum, tertium probabile & oratoriũ, quartum captioſum appellabamus. ad hæc, illas quæ ab iis quæ cordi inſunt, & accidũt, ducuntur, ex ea tantum de qua quæſtio eſt re, docebamus ſcientiæ effectrices; eſſe, alias omnes, diſceptatorias. quæ extrinſecus, teſtimoniis conſtant, oratorias. quæ nominis communionibus vel vocabuli figuris, callide ad fraudem concinnatæ eſſent, captioſas. Scientiæ effectrices quidem in ſingulis rebus, paucæ admodum ſunt, vt quæ numerari facile poſsint. diſceptatoriæ; quippe cum in ſingulis quæ rei inſunt, atque accidunt, exiſtant, quam plurimæ reperiuntur talis enim illa fuit à voce ſumpta interrogatio, quam à poſitione proficiſci demonſtrauimus. necnon quæ ab inſpiratione & expiratione fiebat. nec diſſimilis ea repetitur, quæ à morſu, qui in angoribus accidit, progreſſum facit. cum enim morſiunculæ illæ euidenter in ore vetriculi creentur, iſti ad cor illas referunt. videnturque ita à poſitione argumentari, qui ex eo oriri affectum in corde opinantur, quia iuxta vetri

culi

culi orificium, cordis ſitus cōſpiciatur. Nā illi, qui morſu cor ipſum re vera affici exiſtimant, proculdubio longe errare conuincuntur; cum in inferioribus partibus, ſub chartilagine pectoris, morſus hi thoracem attentent, cor in media thoracis ſede, collocatum ſit. Accedit ad hoc neque quiſpiā fuit. qui in mœroribus, reliquiſq́ue tum animi, tum corporis affectibus, cor ipſum morderi vnquam ſenſerit. Quin etiam neque cordis dolor, quem cardialgiam appellant, cordis illius, quod in thorace cōtinetur, dolorem ſignificat. ſed æquiuocatio quædam ſubeſt, nemini qui modo veterum lectioni ſit aſſuetus, ignota. Eodem enim vocabulo, & thoracis viſcus, & ventriculi orificium, cor appellare veteres cōſueuerunt. & frequentiſsimum apud ipſos nomen hoc reperitur. Ego tamen, vt aperte verbi huius eſtimatio explicetur, duo tantū vel tria exempla hic ſubiungā. Nicander ita inquit: Quodq́; gulæ exceptor, ſeu cor epulare vocatur. Itē Thucidides. Et vbi ad cor malum hoc deſiderat, ipſum ſubuertebat, ac turbabat: vt oēs, quæ à medicis nominatæ ſunt, bilis expurgationes poſtea ſequerētur. Hippocrates etiam ad

hunc

hunc modum,ſcriptum reliquit. Mulier córdis dolore vexabatur,nihilq́ue remittebat dolor.Huic polentæ pollen in mali punici ſuccum inſperſus. & ſemel in die acceptus in cibo,ſatis fuit, & non reuomebat, velut Charioni contigit. Omnes hi ſatis euidenter oſtendunt,os ventriculi cor fuiſſe appellatum. Cuius quidem cordis eſſe affectus,aliquis ſine dubio poteſt,quã cardialgiam vocant.quem tamen huic viſceri,in quo,an animæ principatus contineatur.quæſtio propoſita eſt, nunquam accidiſſe compertum eſt. Verum neque omnẽ oris ventriculi dolorem , cordis dolorem nuncupant,ſed illum tantum,cum acrimonia humorum proritat, & mordet.id autẽ in angoribus fit. vnde mœrore confecti, bilem euomere conſueuerunt. nonnullis quoque per inferiores partes deſcendit humor ille,& ex aluo ſumme bilioſa egeruntur.neque mœrore vexatis tantum, verũetiam iis,qui diutius paulò ieiunium tolerarint,accidit,vt morſus hos vẽtriculi ſentiant:præſertim, cũ vehementi aliqua exercitatione fatigati,cibum nullum aſſumpſerint. ſiquidem & mœror , & vehementior exercitatio facit, vt flaua bilis,in ventriculum confluat, à qua poſtea irritati & mor

morſi homines, cordis dolore laborant: cur verò id fiat, hic non eſt explicandi locus. Sed ſatis, ꝙ quidem ad præſens negotium ſpectat, hoc ſit: cum oſtẽderimus cordis dolorem, quemadmodum etiam morſum, qui in mœroribus ſentitur, non eſſe cordis qđ eſt viſcus, ſed orificii ventris affectionem atq; hic quoq; à poſituræ vicinitate argumentationem eſſe factam: ſicuti ab accidẽte ea fit, cum vehementius palpitare, cor in pauoribus dicunt: quarum neutra ſcientiam parit. Adde quòd ſi etiam ita eſſe, vt volunt, concederemus, id Hippocrati, & Platoni, non Stoicis, & Peripateticis ſuffragaretur. Perinde atque illa, quæ Chryſippus in thorace, & p̃cipuè ad cordis partes accidere iraſcentibus ſcripſit. Quoad enim dum docemus, diſcimúsue, vel quomodocunq; in alia ſcientia animus agitatur, quicquam in corde accidere non probent, ſed tantum dum affectibus permouemur, id fieri aſſerant, tantum abeſt, vt veterem rationem refellant, vt etiam confirment. Iſtiuſmodi igitur omnia, ex ſecundo ſumptionum genere ſunt. Nec minus etiã illud. Cum cor primum, ante alia omnia animalis membra formari dicunt. neque enim hoc ſi dederis, principium quantum

ad facultates & virtutes ſpectat, de quo præſens diſputatio habetur,ſed quantũ ad generationẽ tantũ probat. De principiorũ autẽ differẽtia, ſatis dictũ, ac diſcuſſum in ſuperiore libro à nobis fuit. Illud tamẽ, cor ſicut omnium aliorũ membrorũ, moueri primum incipit, ita vltimũ deſinere, eſt quidem ex demonſtratiuis ſumptionibus, cum motionis originẽ,ipſum eſſe hoc pacto demonſtremus: ſed non efficit vt omnẽ, ſed pulſiuũ tantũ motũ, qui diuerſus genere à voluntario eſt, ab eo oriri fateamur. Nã quo modo cor voluntaria agitatione moueri primũ incipiat,& vltimũ deſinat,illud quidẽ probari nullo modo põt. Hoc itaq; aſſumpto, conficietur non quod Ariſtoteles & Chryſippus opinãtur,ſed cerebrũ voluntarii in nobis motus,cor alterius inuoluntarii principium eſſe. Quod Platoni,Hippocratiq; viſum eſt.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Profert argumentum Ariſtotelis,quo voluit efficere,cor principium eſſe neruorum,quòd eorũ copia in corde conſpiceretur. In hoc tamen falſus,cùm reipſa non nerui,ſed neruoſa tantum inſint corpuſcula. Alii ſtatuebant cor principium eſſe omnium animæ facultatum, alii duobus

inde

inducti argumentis.priori,cor nutritionis principium eſt. quod refutat Galenus. Altero, *Ex corde ſuppetit ſpiritus,ergo in eo eſt animæ principatus.quod in multis abſurdum,& ad concludendum inefficax,oſtendit Galenus.*

Quamuis autem ſatis hæc ad propoſitarũ rerũ probationẽ ſint, Quoniam tamen aſſumptiones omnes,quæ ab iis quæ cordi inſunt,ſumuntur,hoc libro percenſere inſtituerã, finẽ faciã, vbi reliquas ſubiunxero. Inter has etiã Ariſtotelis illa eſt,de qua in primi libri calce diſſeruimus, ab iis quæ cordi inſunt accepta. neruorũ inquit copiam in eo apparere. nos neruoſa quædã corpora,in corde eſſe demõſtrauimus, neruos nullo modo eſſe: ac neruoſas corporis partes ſpecie tantum,non itẽ functione,& vſu neruis eſſe ſimiles: inſtrumenta autem diuerſa ne an eadem ſint, functionibus, & vſibus debere iudicari. Quamobrem de iiſdem amplius agendum non eſt,ad aliud igitur veniam,quod omnes ferè cõmemorarunt,qui facultatum omniũ, quæ in animali ſunt, cor principium eſſe opinantur. Vnde, inquiunt, vt alatur animal origo exiſtit, in eodem membro,rationalis animi pars eſt: in corde autem vt alatur

animal origo eſt: quare in eodem eſt & rationalis, & intelligẽs pars. hi vtriſq; aſſumptionibus mentiũtur. Nihil enim prorſus cõcedimus: neq; in corde principium nutricãdi eſſe: quippe cum vnũ ex iis ſit, quę diſcutienda in hoc tractatu proponuntur: & quæſitum vt cõceſſum, aſſumi nullo modo debeat: neq; vnam eſſe vtrarũq; facultatum originem. Imo contrariũ nos demõſtramus. Proinde hoſce homines miror, q̃ nulla præpoſita demonſtratione, ita abſolutè vtraq; ea, de quibus quæſtio eſt, non vereantur aſſumere: quod faciunt, cum dicunt, vnde principium alimẽti eſt, ibi quoque eſſe animæ principatum: deinde aſſumunt, in corde alimenti principium eſſe: nam neq; hoc verum eſt: cum alimenti & humidi & ſicci, os: gula, venter, vt ait Hippocrates, principium ſit: neq; ſi etiã quàm veriſsimum eſſet, neceſſariò conſequatur, vt ibi almenti origo ſit, eodem in membro rationem eſſe oporteat: nam hoc vnum ex quæſitis erat. illud alterum quęſitũ, falſum eſt. Primum enim alimenti principiũ eſt os, ſtomachus ſiue gula, & venter. Secũdũ è iecinore, in ventriculum pertinentes venæ, in quibus ſanguis primum gignitur. Tertium iecur ipſum: Quartũ poſt iecur,

vena

vena caua, in qua primũ excremẽtis omnibus ſegregatis, purus ſanguis relinquitur, à qua quidem vena eodẽ modo, vt cætera animalis mẽbra, cor alimentum poſtea recipit. Verũtamen illud quoq; minimè eſt cõcedendum, ſi ita dixerint: vnde ſuppetit ſpiritus, ibi eſſe animæ principatum: deinde addatur aſſumptio, ex corde ſpiritũ ſuppetere. Si enim animalem ſpiritum è corde aiunt exoriri, ipſum illud quod in controuerſia eſt, aſſumunt: ſi vitalem, nulla eſt conſecutio, cur idem vtriſque principium eſſe neceſſe ſit. At longè melius Eraſiſtratus, qui quæſito, non vt iſti, ſimpliciter aſſumpto, ſed multis prius rationibus cõfirmato. probat è capite, animalem ſpiritum, è corde vitalem proficiſci. Quòd ſi dicant neutrum horum ſpirituum, in interrogatione concluſionis ab Eraſiſtrato poſitum fuiſſe, ſed tantum qui ſicco & humido alimento proportione reſpondet, quem appellat materialem: hac quoque de re Hippocratem loquentem audiant. Principium (inquit) alimenti ſpiritualis os eſt, nares, guttur, pulmo, & reliqua ſpiracula. Ex quo fit, vt nulla ex his rationib. quas afferunt, quicquã valeat: Neq; Diogenis illa, cũ ait: Quod primũ & alimentũ & ſpiritũ

rit, in eo eſt animæ principatus: primum verò alimentũ & ſpiritũ haurit cor. Quæri mus, quam vim habeat verbum illud primũ: ſi enim vt inſtrumentũ primũ accipitur, cor hoc modo alimentũ, & ſpiritũ haurire falſum eſt. Nã alimenti, os, gula, venter. Spiritus vero os, nares, guttur, pulmo, principia ſunt. Si vero primũ in eã ſententiam dictum eſt, vt vnde eſt origo motus haurientibus inſtrumentis intelligatur, vera eſt prior ſumptio. fatemur enim cũ vel comedere, vel bibere, vel reſpirare volumus, originem motus à capite demitti. Secundã quippe, quæ rem quę in diſceptationem venit, quaſi cõceſſam acceperit, reprobamus. Quam tamen abſq; confirmatione aliqua ſumit Diogenes: ſuãq; ita controuerſiam cõſtituit. Nec diuerſo modo, ſuis idẽ rationibus vtitur: quẽadmodũ hic. Id quod natura, voluntariis agitationibus hominem mouet, eſt animæ quædam exhalatio: at omnis exhalatio, ex alimento aſcendit: quamobrẽ efficitur, vt & quod primũ motionibus voluntariis mouet, & quod nutrit nos, vnũ & idẽ eſſe neceſſe ſit. Quando hæc à Diogene ſcripta ſunt, ne hominẽ in omnibus prſus exagitemus, de animæ quidem ſubſtantia, ex alimenti ne, an ſpiritus

euaporatione cõſiſtat, nullã nobis in præſentia,cũ illo litẽ eſſe affirmabimus: illi tã tũ cõtradicemꝰ cõcluſioni,quæ ait vnũ eſſe,& qđ nos volũtariis motionibus primũ mouet,&qđ nutrit.Cõtraria eñ planẽ oĩa his quas ſtatuit ſumptionibꝰ,efficient:ſiqdẽ ex ſanguine,id qđ fatemur, nutritio fit.

Et ipſe ꝓprii decreti iã oblitus,ſanguinẽ qđ Empedocles & Critias exiſtimarũt, animã eſſe affirmat:ſi verò Cleãthẽ,Chryſippũ,& Zenonẽ ſecutus, ex ſanguine animã ali,eiuſq; ſubſtantiã ſpiritũ eſſe dixerit,q fieri poterit,cũ ſanguis alat, moueat ſpiritus,vt & alens,& mouens idẽ ſit?Quare iã patet rationẽ Diogenis,præterquam ꝙ alia multa abſurda in ſe collegit, inefficacẽ etiã eſſe,nihilq; concludere:cũ id poſitis ſumptionibus inferatur, qđ nullã conſecutionis neceſsitatẽ habet.Verũ in ſequẽtibus libris, diffuſius de hac re diſſeremus.

Nũc finis præſenti tractatui imponendus videt: nã cũ promiſerimus nos hoc libro, de iis quæ in corde eſſe euidẽter apparent, verba facturos, non opus eſt, vt puto, amplius vt eas argumẽtationes diſcutere aggrediamur,quæ ex decretis magis, quã ex iis quæ in diſſectionibus apparent,conſtitutæ ſunt.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER III.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Magna ſemper fuit inter philoſophos ac medicos contentio, vtri parti animalis, cordi ne an cerebro, principatus animæ tribui deberent. Cordi eũ aſsignarunt Chryſippus & Ariſtoteles. Galenus cerebro, cæterum Chryſippus, ad probationem ſui dogmatis nullis cur philoſophum decuit, demonſtrationibus vſus, ſed tantum argumentis à vulgo, nutibus, dicendi formis, & poetarum fabulis, deſumptis vſus, merito ſuperiori libro reprehenſus eſt. Iamque ſatisfactum erat, niſi importunitate, quorundam ad leuia quædam adhuc refellenda deſcendere coactus fuiſſet Galenus. Proinde in hoc libro, quæ reliqua ſunt Chryſippi confutantur. Primò quòd omnes animæ facultates ad vnum cordis locum traducit. tum quòd nondum redarguto Platone, qui rationem in capite collocaret, ad ſuas tranſit probationes, ſumptas non (vt par erat) ex rei de qua quæritur natura, ſed ex teſtium & vulgi ſententia, aliiſque veriſsimilibus tantum argumentis.

At

Arguitur: inde Chryſippus omnia confundere, in certa certis permiſcens, eaque de quibus conuenit confirmans. deinde quomodo ſuorummet teſtium reuincatur dictis oſtenditur. Cui declarando *cum paululo diutius immoratur Galenus, purgat ſe hoc veterum philoſophorum dicto: fieri nequit quin cum garrulo differens, ſimul incidat in locacitatem.* Repetit deinde totã *Chryſippi orationem.in qua hoc illi largitur, in corde dolores, mœſtitiã, atque id genus affectus locum tenere:negat autem, primo rationẽ alibi quàm in cerebro exiſtere. 2. quòd dixit dolores oboriri in præcipua animæ parte. 3. quòd ex his loquendi formulis,* Attigi cor tuum, Cor *verbis ſtringo, & quod vehementius irati minantur,* Eruam *tibi cor. euincere cogitauit, cor principatum inter animantis partes obtinere.* Sed de *his omnibus, ſuas rationes, etiam à communi hominum loquendi vſu mutuatus , opponit Galenus. Quod deinde producit Chryſippus, meditationes loquendi exiſtere in corde, quare ipſum merito haberi pro principe animi parte ita diſſoluit* Galenus, *vt illum nondum probata pro aſſertis dicat aſſumere, ideoque nihil aſſumere. poſtremo fabulam illam* Mineruæ *è cerebro* Iouis *prognatæ, nihil, quomodocunque interpretatum Chryſippi iuuare ſententiam declarat, quia nullas inde ſumpſit ſcientificas probatio-*

nes, ſine quibus nemo philoſophi nomine dignus eſt. Conſultum autem, poetarum fabulis valere iuſsis, ſemper ex rei controuerſiæ natura, ſcientificas elicere probationes.

ARGVMENTVM CAP. I.

Cum Galenus cõſtituiſſet deinceps, primò de numero & ſubſtantia animæ facultatum docere deinde numerum & diſcrimina accidentium enumerare, importunitate quorundam reliqua Chryſippi perſequi compulſus eſt. Ponit itaque animæ definitionem ex Chryſippi ſententia. cuius poſtremã partem, qua oẽs aĩæ vires in cor dicuntur concurrere, refellit Galenus. eamque rationem Chryſippi improbat, quia nondum conuicto Platone. qui rationem in capite, iracundiã in pectore, cupiditatem in vmbilico collocarat, ſuum dogma conatur obtrudere, non ſcientificis fultum epicherematis, ſed vulgi tantum opinione. & argumentis veriſimilibus. volunt Chryſippi verba hic adſcripta teſtantur.

NEceſſe quidem eſſe non Philoſophis tantum, ſed etiam medicis, ſi modo non tẽmere ad artem accedere voluerint, de iis, quæ nos gubernant, facultatibus conſiderare, & quod numero ſiue etiam generatim, & qualis quæque ſigillatim habea-

beatur, quóue in animalis membro, ſingulæ conſtitutæ ſint, in primo libro ſatis demonſtratum fuit: optime vero, de his ſenſiſſe Platonem & Hippocraté, pluribus quidem oſtendimus, etiam in eodem, in ſecundo tamen, præcipua quæq́; huiuſce rei ſumus perſecuti, omnium ſumptionum, quibus ad propoſitum decretum, celeberrimi philoſophi vtebantur, differentiis expoſitis. Supereſt, vt pauca quædã adhuc de iiſdem ſubiicientes, reliquã partem orationis huiuſce noſtræ abſoluamus. Quatuor dixeram eſſe omnes ſumptionum differẽtias: ſummi alias ab iis quæ membro inſunt, ex quæſitæ rei ſubſtantia: alias ab iis quidem quæ membro inſunt, non tamen ex propoſita, quęſitaq́; re duci: extrinſecus à teſtimoniis tertias, quartum genus adhæc addideram, vocabuli figuris ad ambiguitaté vafre concinnatum: nec pauca aſcripſeram exempla quomodo ſingula ſumptionum genera, inueniri poſſent: ita vt verba etiam ipſe corũ qui his vtebantur, producerẽ. Quibus ſatis ſuperq́; confutatis, in hoc tertio de numero, & ſubſtantia virtutum docere decreueram: tum eodem pacto cum de virtutib. egiſſem, erat animus de numero & differentia accidétiũ diſſerere. Sed quida ex his vel

Sũptionũ quatuor differẽtiæ.

max

maxime illuſtribus ſophiſtis, qui ea quæ Chryſippus de corde ſcripſit, ſolum ipſum in animalis corpore, originem animę principatus exiſtere, eiuſmodi eſſe cōtendebat, quæ refelli nullo modo poſſent, tertio hoc commentario, reliqua Chryſippi, quę omiſeram, perſequi me præter inſtitutum coegit. Fortaſſe tamē hoc quoq; ipſum, in laudis occaſionē eatenus euadet, ꝙ qui ea quæ à nobis in ſecundo libro dicta ſunt, meminerint, cognoſcēt nos firmiſsima ex Chryſippi dictis, ac validiſsimā quæq;, à principio confutaſſe, infirma ac leuia errata omiſiſſe: vt illud eſt quod in primo de anima libro, cum de partium eius principatu, agere inceperit, conetur q́; ibi probare originem ipſius in corde duntaxat cōtineri, ita ſcriptum reliquit. Anima eſt ſpiritus nobis innatus, per totum corpus, quoad vitæ in eo ſalus extiterit, diffuſus, ac permeans. Ex huius igitur partibus, quæ ſingulæ ſingulis membris diſpēſatæ ſunt, eam quæ ad aſperam arteriam pertingit, vocem eſſe dicimus: quæ ad oculos, viſum: quæ ad aures, auditum: quæ ad nares, olfactū: quæ ad linguam, guſtatum: quę per totam carnem ęquabiliter ſpargitur, tactum: quæ ad teſtes pertinet, vim aliam quandā huiuſcemodi, ſemi

Ex Chryſippo de Anima.

ſeminariã vtiq; ac genitalẽ.principẽ verò ipſius animæ partẽ, in quã oẽs hæ alię cõueniũt, atq;.ex qua dependẽt,eſſe in corde aſſeueramus. Quæ cũ ita ſe habeãt,de aliis omnibus inter omnes cõſtat de ſolo principatu, cũ alii aliis in locis eum dicãt eſſe, diſſenſio eſt.nõnulli enim in pectore:in capite alii collocant.Neq; etiã in eo conſentiunt omnes.ſed diſsidẽt quoq; ſimili modo, qua in parte vel pectoris, vel capitis ſit.Plato verò, tripartito animã diuidens, rationem in capite iracundiã in pectore, ad vmbilicũ cupiditatẽ eſſe ait.Ita ſedes ipſa, cognitionẽ noſtram videtur refugere, cũ neq; vllus ſenſus huiuſce rei extet,ſicut in reliquis,neq; argumẽta aliqua ſint,quibus ratiocinãdo cõfici hoc poſsit.nec enim alioqui in tantã tũ medicis,tũ philoſophis controuerſiam res veniſſet.Hæc prima eſt Chryſippi de principatu animæ oratio, quã in priore libro poſuit.In priore enim dimidia parte huiuſce libri, de ſubſtantia animæ tractat,in altera ſubſequente, quæ ab his ſupra hic à me ſcriptis verbis exordium ſumit, conatur oſtẽdere animæ principatũ, in corde cõtineri. principiũ igitur huiuſce tractatus,cõmẽdatione dignũ ſanè haberi debet:cũ perinde vt eũ decebat, qui

de tanto decreto verba facere auſpicaretur & dilucide ſimul,& accurate dictū ſit. Nā Platonē tres animæ partes poſuiſſe,quæq; illę ſint quibusq; in animalis locis collocatæ,egregie explicauit. tū etiā hanc decretis controuerſiā quippe quæ ſenſum refugiat,ratione perſequēdam eſſe,atq; agitandā.quæ vero ſequūtur,nō amplius cohęrēt par quippe erat,vt primū rationes,quibus Plato perſuaſus ita ſtatuebat,afferret,deinde eas refelleret,ac reprehenderet:tū ſuam ipſe opinionē,non probabilibus argumentis,quibus ſophiſtæ& oratores vti cōſueuerunt,ſed ſcientiā efficiētibus,& demōſtratiuis confirmaret,vt philoſophos decet, qui ſtudio veritatis incūbūt.Quid igitur Chryſippus? itáne fecit? an prorſus è contrario? oblitus ſanè,quaſi nihil omnino de Platonis ſententia prius dixiſſet,incipitq; argumēta adhibere, ex eo ſumptionum genere, quod nō ex rei ipſius natura, ſed ex teſtiū, & vulgi opinione fidē facit. aſcribā verba ipſa,quæ in hunc modū ſe habent:De quibus deinceps quæremus,ſimiliterq; à communi propēſione,atq; ab iis quæ in hac ſolēt dici orationibus progrediemur.Cōmunē propenſionē appellat Chryſippus,communē omniū hominum opinionem ac con ſen

ſenſum:tũ infert:Et in his ſatis videntur à principio eò omnes propẽdere ac ferri, vt principatus animæ noſtræ in corde ſit.Inde poſthæc iam argumentationẽ ipſam aggreditur,ita ad verbũ ſcribens. Pleriq; omnes verò in hanc ſententiam propẽdere ac ferri mihi videntur,vt in pectore,& præcipue eo in loco,quo ſitum eſt cor, quaſi ſentiant affectus qui in mente acciderũt:quod maxime in mœſtitiis,timoribus,atque ira fit:& præcipue in excãdeſcentia hoc apparet,cũ ea ex corde exhalans ac vaporãs extrinſecus,ad quaſdam partes expelli,faciẽque ac manus inflare videatur.

ARGVMENTVM CAP. II.

Notatur Chryſippus omnia confundere,dum multis poetarum verſibus probat, iracundiã in corde effici.Docere namque debuit, mentẽ atque rationem in corde ſedem habere.quod velut conceſſum vbique aſſumit,nulla vrgente neceſsitate,vt ſede eadẽ affectus & cogitatio collocentur. pulchrè inde docetur, quàm inter ſe analogiã obtineatur ratio & iracundia quomodo quod natura præſtantius eſt,deceat imperare,vt equitẽ equo,venatorem cani,& iracundiæ rationẽ. Incidit tamen nonnunquã,vt hæc naturæ lex violetur.nam ira vehementior,rationẽ infirmã aut indoctã ſubigit.qđ de Media teſtatur Euripides.

Hic

HIc iā Chryſippũ,cum omnia & confundát,& turbet,nõ poſſum non magnopere demirari:qui cum paulo ſuperius dixiſſet Platonē exiſtimare,in thoracis ſedibus iraſcibilē partē eſſe collocatam, nec quibus rationibus motꝰ Plato ita crederet aperuiſſet,hocq́; ipſum ſine refutatione omiſiſſet,tranſit ſtatim ad ſua probāda:idq́; primũ omniũ argumentũ adducit,quo iraſcendi vim in thoracis partibus eſſe cõfirmet: neq; enim aliis rebus ex his videlicet quæ extāt,nunc demõſtrare euidētius poſſemus,è pectore & corde irā & furorē excitari,quā his argumētis, quæ à Chryſippo allata ſunt. Quaſi,inquit,in excādeſcentia, hoc apparet, cũ ea euaporās è corde expelli ad quaſdā partes extrinſecus,faciēſq́; ac manus inflare videatur. Hoc dicto, Chryſippus veterē illā rationē videtur cõcedere, quæ feruorē quendā innati caloris, dũ iraſcimur, in corde fieri opinabatur: quo quidē feruore poſtea efficitur, vt & facies infletur,&totũ rubeſcat caleſcatq́; corpus, corq́; ipſum vnà cũ omnibus animalis arteriis,vehemēter palpitet, ac ſaliat. Nũquid Plato ſecus ait, cum in Timæo ita ſcribit? Cor verò, qui ſimul & venarũ fons eſt, & eius etiam ſanguinis, qui in omnia mēbra

veh

vehemẽter circũfertur,in ſatellicis,apparitoriſq; ſedẽ ac domiciliũ cõſtituerũt,vt cũ iræ vis , imperio rationis ferueſceret , vbi ſcilicet iniuſtũ aliquid ſiue extrinſecus ab aliis,ſiue extrinſecus à libidinibus ꝑpetraretur,ſtatim quicq̄d in corpore ſenſiuũ eſt per oẽs meatus iuſsis,minisq; perceptis exaudire,atq; obedire poſſet.Itẽ poſt hæc ita deinceps ſcribit:Cũ verò ex cordis palpitatione,in terribiliũ rerum timore,& ex iræ excitatione præuiderent fore , vt totũ hoc iraſcenti, partis domicilium æſtuoſum, ac propemodũ ignitũ redderetur,ſubſidiũ illi pulmonũ forma aggeneratata inuenerũt.

Quare ò bone Chryſippe, cum dicis irã è corde vaporare,atq; ad exteriores partes propelli,faciemq; inflare,Platonis decretũ ſcribis.At neq; hoc tibi in quæſtionem venerat,vtrum iraſcẽs animæ pars , in corde eſſet collocata,ſed vtrũ rationalis.Hæc debueras probare,nec multũ laborare poſtea de iracũdia:neq; verſibus poeticis, librum refercire:quos ſubſequendo ita ſcribis:

Ira,furorq; viri,qui longe melle fluente
Dulcior,vt fumus,generoſo in pectore gliſcit. Et
Hunc ira turbatum,extulit præcordiis. Et rurſus.

Intus mihi ardor auguratur palpitans.

Et ſexcéta idgenus alia,per totũ librũ:quibus efficitur in corde eſſe iracundiã,cũ rationẽ non iracundiã ibi ineſſe, demõſtrare nũc oportuiſſet.vel certe,ſi nullo modo id poterat planum fieri,æquum fuiſſet,vt conatus ſaltẽ eſſet Chryſippus,aliquid afferre,cur in vno eodẽq; mẽbro, & iracundiã, & rationẽ eſſe cõueniret : ſed cum nulla in parte huiuſce libri hoc fecerit,eã ſumptionẽ tanquã conceſſam,vbiq; depromit:ſtatim enim cũ ſequitur, ita ſubdit: Nã ſi ira hoc in loco eſt,conſentaneũ videtur,vt reliquæ etiã cupiditates,& certe reliqui affectus,& cogitatiões,& quicquid huiuſcemodi eſt,ibidẽ collocetur. At nulla neceſsitas eſt,vt eadẽ ſede,ſint cogitationes,qua affectus.Quòd ſi quis hoc,quaſi cõſtet,ita prõptũ,expeditumq́; ſumere voluerit,is rẽ ipſam,quadeſit quæſtio,ſibi quaſi conceſſam ſumet. Nã cũ Plato aſſerat,nõ ex eodẽ mẽbro rationẽ,iracundiã,& cupiditatẽ exiſtere,& Zeno,vniuerſa hæc in corde cõſtituat,partes erãt Chryſippi,& vniuſcunq;,vt videtur,qui poſt Platonẽ & Zenonẽ ad examinãda vtraq; hæc dogmata accedere vellet,alterum ex ipſis, demõſtratione aliqua confirmare,alterũ aliqua reprehẽſione cõ-

futar

futare. Si verò ſine probatione, ſicuti facit Chryſippus, ita pronũcies, ibidẽ eſſe rationalẽ animæ partem, vbi ea quæ affectibus obnoxia eſt: tantũ id ab officio philoſophi abeſt, vt ne oratores quidẽ, aut ſophiſtę iure poſsint ſibi arrogare. nituntur quidẽ illi probabilibus argumẽtis: quæſitũ tamẽ ita abſolute ſumere neq; ſophiſtis, neq; oratoribus, neq; dialecticis, neq; demonſtratiuis neq; prorſus ex omniũ numero, cuiquã licet. Satius igitur fuerat, vt, quẽadmodum Plato, ſuo decreto cõfirmando operã nauauit, ſic quoq; Chryſippus, Zenonis dogma corroborare conaretur, neq; tantã verſuũ, ex omnibus poetis excerptorũ copiã aſcriberet. quippe qui nihil habẽt aliud argumẽti, niſi vt ira, furor, metus, formido, audacia, fiducia, ac tollerãtia, atq; id genus cætera, partim affectus cordis partim effectus & operationes eſſe videãtur. Quid enĩ ſibi volũt ex Homer. hinc inde collecta carmina?

Valde inens, cor ipſi in pectore latrat. Et,

Pectora percutiẽs cordis, ſic increpat iram,
Cor tolera, grauiora alias, peioraque paſſum. Item,

Sic imo Atrides ſuſpiria corde trahebat,
Dum ratibusq; ſuis ſtragem, Danaisq; timeret. Et,

Sed mihi bile tumet cor. Et,

Nõ potuit cohibere irã, ſub pectore Iuno,
Sed loquitur. Et item.
Seruat adhuc tamen ille odium ſub pecto-
re, donec Vindicet. Quibus omnibus, nõ ra
tio, ſed iracundia in corde eſſe oſtenditur.
His itidem nihilo ſecius.
Ira etiã, quę vel prudẽtẽ exaſperat ipſum,
Ira, furorq́; viri, qui longe melle fluente
Dulcior, vt fumus, generoſo in pectore gli
ſcit. Item
In cor aſsidue bellandi iniecit amorem.
Et adhuc etiam,
Additaq́; eſt illi maior fiducia corde. Et,
Corda autem Laertiadę; dolor intrat Vlyſ
ſis. tum,
Aſt illi patrios animos in pectora miſit.
præterea,
Sed ſæuit Achilles.
Magnanimoq́, truces in pectore concipit
iras. Item,
Iram pernicioſam, & inexorabile pectus
Dii tibi formoſæ, cauſa tribuere puellæ.
Rurſus quoq;,
Sic furor Aeneæ, generoſo in pectore ſur-
git. Item.
Succendit pectus Iouis, omnipotentis in
iram. Item.
Et mi animus, magna eſt in pectore con-
citus ira,

Exardetque magis, bellandi incenſus amore. Item.

Ipſe alte inclamans, iras in pectore cũctis.

Molliit. at iam iamque fugam circunſpicit Hector. Item,

Nelide cor me, atque animoſus concitat ardor. Item.

Corque illi eſt ad bella ferox, animusque viri'is. Rurſus.

O vtinã velut eſt animoſo in pectore feruor.

Sic quoq; firma forent Neſtor tibi membra. Et quoque,

Noſti etenim, qualem ſub pectore continet iram fœmina. Et item.

Sicque tuum ſub pectore firmum

Cor toleret, quamuis hodie me plurima cernas Dura pati. Rurſus.

Dixerat: atque illis animauit pectora dictis. Et etiam,

Telemachus, magnum concepit corde dolorem. Et,

Sic ait his cor caſtigans ſub pectore dictis. Et item.

Corq; illi paret, tolerãs ac cõprimit æſtũ.

Hæc atque alia numero propemodum infinita carmina, quæ adducit Chryſippus, iraſcibilé in corde eſſe animæ partẽ con-

firmant, quæ ſi vniuerſa aſcribere voluero, librum etiam ipſe, velut Chryſippus fecit, illis replebo. Sed ſatis ſuperque eſt, Homerica hactenus addidiſſe. quoniam verò quamplurima etiam ex Heſiodo ſumpta à Chryſippo ſunt, duo quoque vel tria ex ipſis, commemorare exempli gratia ſufficiet. Huic furor, atque animus forti ſub pectore creuit. Item, Et quaſi habens crucian tem animum ſub pectore bilem.

Et rurſus.

Ira qdẽ exarſit, generoſo in pectore cũctis. In quo quidem obſtupeſco, & Chryſippi magnanimitatem, quippe qui nobiſcum nimis liberaliter agat, perinde vt cauſa poſtulat, ſatis mirari non poſſum. Hominis enim erat, qui eos poetas perlegiſſet, noſceretęque ab iis omnia decreta, alia aliis verſibus introduci, id quod etiam Plutarchus in Homericis meditationibus oſtendit, ea tantum ex ipſis colligere carmina, quæ decreto illi, quod ipſe ſectaretur, fidem facerent: alia omnia, quæ vel repugnarent, vel contrarium prorſus ſtatuerent, omittere. ipſe verò omnia promiſcue commemorat. Atqui hac in cauſa, huiuſcemodi omnes verſus fuerant prætermittendi ac reſpuendi. illi colligi debebant, quibus intel-

lect

lectum, mentem, cogitationem rationemque in corde eſſe, probare quiſpiam potuiſſet. cuiuſmodi hæc ſunt.

Iupiter eripuit, tunc ille è pectore mentem. Item,

Conſilium quod ſit nobis, in pectore noſtri
Neptune. Et etiam.

Iſta tuo ſemper, ſententia pectore fixa eſt
Rurſus.

Nempe mihi talis minime ſub pectore mens eſt.

Nam quemadmodum ſuperioris illius generis carminum, quę animi affectus in corde contineri aſſerunt, maxima quædam copia, apud poetas reperitur, ita quoque huius alterius, non pauca habētur, quibus rationis ſedem in corde eſſe probare, quātum quidem ad poetas attinet, vnuſquiſq; poſſet. Hæc Chryſippo, ſi modo teſtibus duntaxat agere, ac diiudicare litē hanc decreuerat, vel ſola erant excerpenda, atque adducenda. Qui verò multa ex priore illo, pauca ex ſecundo genere affert, ſi rei veritatem explicare, atq; oſtendere vult, cum plura ſine dubio illa ſint, operam ſanè is egregie nauat. ſin quod Chryſip. ſtudet, tentat, demōſtrare ſibi ipſe aduerſatur & maxime in his, vbi iracundiam à

ratione caſtigari euidenter oſtendit poeta. Sicut hic:

Pectora percutiēs cordis, ſic increpat irā.
Cor tolera grauiora alias, peioraq; paſſū.

Ita enim Homerus, Vliſſem ſecū loquentē inducit, cū ex indignatiōe flagitiorū, quæ ab ancillis in domo cōmitti videbat, accenſus in corde calor ferueſceret, ipſumq; ſuperata ratione, iamiam iracundia ad ſumēdum de mulieribus ſupplicium importunè eſſet præcipitatura. eundē quippe ordinē inter ſe habēt ratio, & iracūdia, quē eques & equus, quē venator & canis. Iuſtius quidē eſt & cōuenientius, vt quod natura nobilius meliusq; eſt, dominetur. eques videlicet equo, cani venator, iracūdiæ ratio. ſed incidit, vt non ſemper naturæ lex in hoc coniugatarū rerū ordine adminiſtrando ſeruetur. equus enim ferox & indomitus, interdū ſine vllo modo excurrens, ſeſſorē quoq; vel virium imbecillitate, vel equeſtris artis imperitia ſuccumbentē, ſecum rapit. Ita etiam ira, nonnunquam vehemens atque ad ſumēdas intempeſtiue pœnas, paulo violētius excitata, infirmā, aut indoctā rationem ſubigit, & ſecum trahit. Quòd ſi & eques, & ratio, tam viribus quā ſciētia prædicti fuerint, proculdubio & ille

equum,

equum,& hæc iracundiã cohibebit ac vincet.ſin vel vtroq; vel horum altero caruerint,periculum imminet,ne quod ſuperius nobiliusq́ue natura eſt,inferiori ac viliori,ſeſe tradat ac ſummittat.Quemadmodũ enim hoc Scythis & Gallis, multisq́; aliis barbaris nationib⁹.:ita & apud nos vel pueris, vel ineruditis hominibus, vſu venit, vt iracundiam,ratióne habeant potentiorem. Id quod Homerus cum vellet oſtendere,Hectorem,& Achilem,& quoſdam alios huiuſcemodi iuuenes,iracundiæ ſuccũbentes induxit,Vlyſſem verò,Polydamantem,& Neſtorem illi dominantes,plerunque adeò potenter,vt ad nihil iniuſtum atque irrationabile agendũ ne excitetur quidem, interdum ita, vt ſi excitetur, ſtatim eam rationis freno compeſcant.Quemadmodum in iiſdem his verſibus Vlyſſes.omnes ſeriatim aſcribam.

Atque ibi ſollicitus, vigilansq́ue iacebat Vliſſes,
Secum animo voluens pugnam, cædemq́; procorum.
Cũ videt ex aula, lætas prodire cateruas.
Fœminas, riſum inter ſe,blandumq́ue ſuſurrum
Miſcentes,q̃ nocte procis iunxiſſe cubile.

Conſuerant.pectusq́ue illi, ſubito arſit in iras.
Multum agitat ſecum mentemq; animũq; furentem.
In diuerſa rapit.ſurgéns ne occideret oẽs,
An ſineret tũc illa procis,connubia iungi.
Vltima.valde intus cor ipſi in pectore latrat.
Vtq́ue canis paruos catulos, ſua pignora ſeruans
Ignoto oblatrat quicũq; acceſſerit, atque
Vim facit,& morſu cunctis,pugnaciter obſtat.
Sic indignanti cor oblatrabat.at ille
Pectora percutiẽs cordis, ſic increpat irã.
Cor tolera grauiora alias,peioraq́ue paſſum.
Illo ſcilicet horrendus quo tempore Cyclops
Mãdebat miſeros ſocios,in tãta pericula.
Duraſti, ex antri donec, te limine prudens
Conſilium eripuit,cum iam interiiſſe putares.
Sic ait his, cor caſtigans ſub pectore dictis.
Corq́ue illi paret tolerans, ac comprimit æſtum.

Niſi

Niſi his carminibus Homerus rationis & iracundiæ certamen, in prudente viro apertiſsimè exprimit, rationiſque victoriam, & alterius obedientiam, nihil profecto amplius erit, quod in hoc poëta intelligere valeamus. Nam ſi tam aperta atque euidentia, in dubium vocantur, quid in aliis certi atque explorati habeas, non liquet. cum enim Vlyſſes flagitia ancillarum videret, & ab iracundia ad puniendas eas, violenter traheretur, ratio ipſum rei importunitate demonſtrata, refrenat ac cohibet. & quoniam à ratione, iracundia ad differendum in aliud commodius oportuniuſque tempus, vindictam non facilè poterat induci, vehementius corripitur, ac quaſi equus excurrens à ſeſſore valido, iniecto freno violenter retrahitur, his verbis. tolera ô generoſiſsimum cor nunc etiã, vt prius Cyclopis iniurias cum ſocios interimi, ac laniari cõſpiceres, fortiter ſuſtinuiſti. Vnde, vt mihi quidẽ videtur, ſicut oportuniſſime à Platone in quarto Reipublicæ, ita importuniſſime hic à Chryſippo, carmina hæc commemorãtur. Multo magis etiam illa intẽpeſtiue adducuntur, quæ Medea apud Euripidẽ inquit, cum animus ipſius rationis atq; iracũdiæ

ſedi

ſeditione agitaretur. Videbat quippe, quã nefarium, quamq́; deteſtabile facinus erat perpetratura, cum cædem liberorum aggrederetur, ac propterea cunctabatur, & differebat. neq; ſubito incitata id peregit. ſed ipſam iracundia, veluti equus effrenis victo atque excuſſo ſeſſore, ad filios trucidandos iterum violenter trahebat. deinde rurſus ratio retinebatur. Vbi verò ſæpius hinc inde, ab vtriſque his diſtracta tandẽ iracundiæ acquieuit ac ceſsit, ita loquentẽ eam inducit Euripides.

Cognoſco quàm nefanda, nunc patro mala.
Sed ira conſilio eſt potentior meo.

Cognoſcit vtiq; à ratione edocta ſceleris, quod erat factura, immanitatem, ſed potentiorem iracundiam eſſe ait, à qua violenter, ad crudelitatem eam impellatur. At contrà Vlyſſes, iracundiam domuit ratione neque iniuria. Barbarorum enim & ineruditorum hominum exemplũ, propoſuit Medeam Euripides, in quibus fortior ratione, iracundia eſt. Græcorum & eruditorum, qui potentius rationis moderamen iræ temeritate habẽt, Vlyſſem Homerus finxit. Sæpenumero autem ratio, in iraſcibilem animi partem, adeò liberũ imperium

perium

perium exercet, vt nulla vnquam pugna oriatur:ſed altera imperet,altera audiens directo ſemp ſit,quod iis accidit, qui ad ſūmum philoſophiæ apicem attingere potuerunt.ſæpius etiam,iracundiæ dominiū ſupra rationem tam validum eſt,vt ipſa ſola ſemper regnet,ducatumq́ue obtineat.id tū in barbaris pleriſq;,tum in pueris,qui natura iracundiores ſint, tum etiam in feris non paucis,ferinisq́ue & agreſtibus hominibus videre licet.interdum neutra ea potentia eſt prædita, vt ſtatim alteram ſubiugare,atque ad ſe attrahere poſſet.ſed vtręque tanquā duæ ac diuerſæ animæ partes,vel ſi minus partes, ſaltem facultates, ac potentiæ,inter ſe tamdiu pugnant ac digladiantur,quoad altera tandem,vt in Vlyſſe ratio, in Medea iracundia, victoria potiatur.

ARGVMENTVM CAP. III.

Cryſippus dupliciter ſuimetipſius argumentis conuincitur,primo dum prætermiſsis quæ ad naturam rei pertinent, oratoria magis ex teſtiū multitudine ſectatur.rurſum,dum hinc animæ principatum cordi tribuendum arbitratur, quòd quidam excordes appellati ſunt.quam rationem ita eludit,vt in eam quadrare dicāt id prouerbiū: Nihil apprehende,& fortiter tene.

&o

CHryſippus verò, cum has neque partes animæ,neque virtutes ac facultates irrationabiles, quæ à rationali diſcrepent, eſſe opinetur, non dubitat tamen & Vlyſſis, & Medeæ verſus, quibus dogma ſuum ruit,in medium afferre. Quo pacto igitur,cum huiuſcemodi hominibus agas, qui præterquam quod nullam, vt ſæpius dictum iam eſt, euidentiſſimarum rerũ curam habent,ea etiam quæ decreta ſua refellunt,quaſi confirment ad probationem adhibent? Totus enim is tractatus, in quo de animæ principatu agit Chryſippus,poeticis carminibus refertus eſt,quæ vel affectꝰ in thorace & corde exiſtere atteſtentur, vel duas eſſe animæ facultates, toto inter ſe genere diſcrepantes,rationalem,expertemque rationis oſtendant. Nam quemadmodum ex Homero,&Heſiodo,pauca quędã paulo ante appoſui ex iis quæ à Chryſippo fuerant coaceruata,ita quoque Orphei,Empedoclis, Tyrtæi,Steſichori,Euripidis, cæterorumque poetarum, quamplurima ſimili cum abſurditate ab eodem citantur.Cuiuſmodi eſt Tyrtæi illud,

Iram ardentis habens in pectore,vimque
leonis.

Leonem etenim iram habere, etiam prius

quàm

quàm Tyrtæum audiremus, omnes planè ſcimus. Chryſippo tamen, quippe qui leones ira priuet, conſentaneum minime erat id aſcribere. ſiquidem nullum brutum animal opinatur, neque iraſcibilem, neque cõcupiſcibilem, neque rationabilem partem habere, ſed, quod in primo etiam libro dixi, ſtoici fere hæc omnia brutis in omni actu prorſus eripiunt. Tyrtęus autem, ſicut etiam Homerus, & Heſiodus, &, vt ſemel dicam, omnes poetæ iram habere, & quidem vehementiſſimam leones dicunt: adeo vt homines quoq;, qui iracundiſsimi animoſiſſimique ſint, leoni aſſimulent, ac cõparent. quinetiã vt omittamus poetas, iracũdiſſimos atque animoſiſſimos quoſque, nemo non leones appellare conſueuit. nec deſinit in theatro vulgus hiſce compellationibus, quotidie athletas incitare. atque ita fit, vt in contrarium prorſus, quàm volebat, Chryſippo res cedat. nã cũ argumẽta, quæ à natura rei ipſius de qua queſtio eſt, ducũtur, vbiq; omittat, & oratorie magis, ꝗ̃ philoſophice in teſtiũ multitudine victoriam ponat, ab iiſdem ipſis quos citat proditur. Quid illud, cum inquit, propterea quoſdã ſecordes appellari, ἀκαρδίους dico, ꝙ omnes credãt ac perſuaſum habeãt, prin

cipat

cipatum animæ, in corde contineri, nónne dignum admiratione eſt? ꝙ ne eatenus quidem vir iſte, ea quæ dicuntur, percipere videatur, vt aduertat homines ſtultũ aut impudentem neminem ita vocitare, ſed vbi huiuſcemodi aliquem irridere voluerint, dicere ſine cerebro eum eſſe. vbi meticuloſum, aut timidũ, ſine corde. Igitur hic quoque ab iiſdem, quos produxit teſtes, quippe cum rationem in cerebro, iracundiam atque animũ in corde eſſe opinetur, Chryſippi decretum redarguitur. At ipſe mirabili certe quodam modo, verbum illud ſecors conatur exponere, quoq́; ſenſu ab hominibus dicatur, ſtatimq́; illi euiſceratum annectit. verba eius, ad hunc modum ſe habent. Adiiciunt inſuper his, quæ à me ſunt ſuperius commemorata, etiam alia huiuſcemodi dicta, verbi cauſa, cũ euiſceratos appellant: quemadmodum dicimus cerebrũ quoſdam non habere, quoſdam habere, ita 20
etiam dicere nos arbitrantur, cor habere quoſdam, quoſdam non habere, vt ſupradicta: vt euiſceratus fortaſſe pro eo accipiatur, qui nullum intus, in alterius aduerſis dolorem habet, à corde communiori vocabulo ita appellatis. cerebrum verò aſſumitur, vel ꝙ eiuſdem generis ſimile quiddam

ſit

ſit,vel ꝙ eminentiā quandā,etiā ipſum habeat non diſsimilē. Hactenus Chryſippus: cuius quidem orationē oportet ter ,& quater multo cum ocio, ſtudioſoq́; & diligentia non mediocri,perlegere, atq; ita demū credere id in ea reperiri, quod in ꝓuerbio eſt,cum aiunt :nihil apprehēde, & fortiter tene. Ego quidē cum multas ſæpenumero in multis libris orationes legerim, in quibus nomina & verba inter ſe,ſine vllo ſenſu conſtructa ſunt, nuſpiā id tam exquiſitè factū vnq̄ vidi,q̄ in hac Chryſippi modo à me commemorata oratione. ænigma enim planè eſt , tum mirabili quadam obſcuritate perplexum, tum intēpeſtiua breuitate conciſum. Cum tamen in nullo ſuo ſcripto, breuitatem ſectari cōſueuerit, ſed cōtrà adeo prolixus ſæpenumero ſit, vt in toto aliquo libro , de iiſdem rebus multis variiſq́; modis, vltro citroq́; orationē inuertat.obſcuritas quidē,familiaris ipſi eſt, quæ ex interpretis, atq; explicatricis facultatis imbecillitate cōſequit̃, quod ipſe etiā in ſe agnoſcere videtur,qui ter, atque etiā quater,eadē de re verba nō grauat̃ ꝓtrahere.breuitas & inſueta ipſi eſt, & raro, niſi vbi ſuorū decretorū ſcrupulū,occurrere aliquē intelligit ineuitabilē, ab eo vſur-

patur: quē vult, credo, ne cōuinci immorā do, refelliue poſsit, curſim trāſmittere. Sicut enim cætera omnia, manifeſtius exprimere contendit, ita mihi videtur velle ea, à quibus redarguitur obſcuritate, ac breui loquio cōtegere: vt ſcilicet diluiſſe obiecta crimina, nō penitus omiſiſſe, hoc modo exiſtimet, omniſq; præterea facultas, contra ea quæ omnino nō intelligimus, dicēdi nobis præripiat. Verūtamen hæc quæ ſcripſi verba, vbi exponit Chryſippus quo modo vulgares euiſceratū, quē itē ad modū cerebrū nō habere accipiant, tale quid argumēti habere mihi vident. Euiſceratos quoſdā eo ſignificato vocant, quo ſecordes, iccirco quia viſcus cor eſt. quoniā vero etiā cerebrū & viſcus eſt, & vnū ex principalibus, cerebrū nō habere eoſdē dicunt, quos euiſceratos nuncupant. Hanc tamen expoſitionem Stoicorum, nullus admittit, ſed aiunt longe aliud eſſe, quod illis verbis ſignificetur. quale vero id ſit, nō explicāt: internum ſcilicet, atque vt ipſi appellant, éſotericū atque arcanū quiddā. Quin nos ſtatim, quippe qui temerè contradicere prius audeamus, q̄ vim verborū exploratā habuerimus, increpant. nōnulli etiā vehemētius, in nos inuecti cōuiciis, profanos,

minimeq; habiles diſciplinis, litigioſosq́; nominant:negantq́; hoc tam ineruditis hominibus,ſe eſſe enũciaturos. Verũ iſti alia nolentibus,etiam nobis prolixe admodum tractãt, vbi eſt autẽ ad huiuſcemodi aliqd vẽtũ,vt dixi, qđ nullã garrulitatẽ nõ admitteret,tũ hi q libros cõpõnũt cito ſimul & obſcure ꝑteruolãt,tũ q cõſe.xplanãt,magis ſimulãdo nolle alios docere,q̃ ſe victos fatẽdo,inuidiæ audiẽtib⁹ ſuſpicio.exhibẽt.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Oſtendit poetas & vulgares (quorũ teſtimonijs vtitur Chryſippus) ſæpe cõtra ipſum pronũciare. quos enim nullo ſenſu præditos irridere volũt, euiſceratos nominãt, ignauos, excordes, excerebratos, demẽtes, Viſcus enim eſt cor, eſt cerebrũ, inſuper etiã iecur: in quo animæ concupiſcibilis vis cõtinetur. In qua qui torpet, recte euiſceratus appellabitur. cui opponitur viſceroſus, quem græci megaloſplãchõ nũcupãt. Inducitur ab Euripide Medea, quæ vehemẽtes triũ viſcerũ facultates motusque obtinuit: libidinoſiſſima enim mulierũ, iracundiſſima & callidiſſima fuit.

SEd euiſceratos atque excerebratos iam omittamus, ne vlterius Chryſippo à teſtibus, quos ipſe produxit, euidenter conuicto moleſti eſſe pergamus: coque vnde digreſsi fuimus, reuertamur. Chry-

ſippus itaq;, cum librum totum Homeri, Heſiodi, Steſichori, Empedoclis, Orpheiq́; verſibus referſerit, inſuperq́; ex tragœdia, Tyrtæo, cæterisq́; poetis, non pauca addiderit, nõ aduertens ſuam hanc mirabilẽ in quam immenſi loquentiã, hoc enim conuenire illi nomẽ arbitror, deinde ad verbum ita ſubnectit: Hanc quidẽ garrulitatem aniculæ, fortaſſe etiã literarũ magiſtri eſſe dicẽt, qui verſus velit quamplurimos, ſub eandem ſententiã reducere. Recte hoc dixiſti Chryſippe: rectius tamẽ fuerat, ſi non dixiſſes tantũ, ſed vitaſſes etiã anilẽ hanc garrulitatem. At quid anilius, quid nugacius, quid grãmatiſtæ cõueniẽtius, quid tãdẽ à demonſtratione, quæ philoſophi eſt, alienius, remotiusq́; reperiri poteſt, q̃ cũ ſtatim in principio tractatus, Platonis dogma recitaueris, nõ aſcribas etiã, quo modo id ab eo, eiusq́; ſectatoribus cõfirmatũ ſit, ſed omittas, penitusq́; ita reiicias? obiectiones quoq; rationũ Stoicarũ, eárumq́; diſſolutiones prætereas, vbi demonſtrationibus, quæ ſcientiam parerẽt, vti, atq; ita decretum tuum firmare ac fundare debueras? tum poetarũ dicta colligas? imperitorum vulgus, in teſtimoniũ cites? quid mulierculæ ſuper hac re dixerint, ſcriptis tradas?

das?

das? præſertim cũ parũ feliciter,his etiam tuis teſtibus res agatur. Poetæ ſiquidem, & vulgares,plerũq; contra te omnes pronunciãt,quis enim poeta eſt, qui multa ratione,expertia animalia homine vehementius & concupiſcere, & iraſci non prodat? Quis è vulgo in ſermone, verbis perinde non vtitur, vt Platonis decretũ exigit? ſecordé enim vnuſquiſq; eum appellat, qui ignauus,meticuloſus,&timidus,imbellisq; eſt:cum etiã ad forté aliquã rem obeundã, incitare hominé voluerint, cor reſumere ac recipere eũ hortantur. Necnon eos qui ſtultum quid dixerint,excerebratos,& imprudentes irridendo nominãt. alios cõtra ingenioſos & intelligentes, quorũ ſcilicet prudentia laudi eſt. At qui nemini miſerétur,neminem amant,& ſiue laudentur,ſiue vituperentur, iuuentur,an lædantur,nihil prorſus laborant,omni,quemadmodum lapides,ſenſu carentes,eos euiſceratos vocãt. atq; ita demum loqui cõſueuerunt,vt quorum ſummam ſenſuum ſtupiditatem,ſuggillare voluerint,euiſceratos,quorũ ignauiam, ſecordes,quorum amentiam, excerebratos nuncupent. Quoniam vero iecur tertium aliud eſt viſcus,in quo animæ cõcupiſcibilis vis continetur, opusq́; eſt,

ſi perfectus animæ hominis cultus ornatusq́; eſſe debet, vt huic quoq́;, propriarũ motionum cõgruitas aliqua exiſtat, recte etiã ille qui in hoc ſiet in aliis duobus torpet, maleq́; affectus fuerit, euiſceratus nuncupabitur, cui cõtrarius eſt, viſceroſus quẽ μεγαλόσπλαγχνον Græci appellãt. Qualẽ Euripides, viſceroſam re vera Medeam inducit: quæ omnes trium viſcerũ facultates, & motiones vegetas, vehementesq́; hábebat, libidinoſiſsima fœminarũ, iracũdiſſima, & callidiſsima. Concupiſcibilis quidẽ animæ eius partis libido, in quantã intẽperãtiã fuerit effuſa, ſatis argumẽti id eſſe põt, quod de amore Iaſonis tradũt, cui ſuccũbens illa, ſuis proditis ac deſertis, peregrinũ hominẽ ſecuta eſt, eiq́; ſe, vitãq́; ſuã penitus credidit. iraſcibilis vero, quàm vehemẽs eſſet ea, non parua ſunt indicia, quę in liberorũ dira illa animaduerſione patrauit. Rationabilis autẽ partis calliditas & prudentia (nã in hoc quoq; nõ quęlibet neq; triuialis ab Euripide fingitur) ex illis agnoſci optime poteſt, quæ ad puniendos inimicos excogitauit: quæq́; ſecum ipſa diſputat, dum reprimit animũ, ſuadetq́; iræ, à nefariis ſceleribus abſiſtat. Vnde nõ immerito, de ipſa ita inquit Euripides.

Quidnam faciet anima
Viſceroſa,atq; irrequieta,
Oeſtro irritata malorum?

Et hæc quidẽ viſceroſa.euiſceratus autem, & parũ viſceratus,ſiue vt μεγαλόσπλαγχνον exprimamus, paruiuiſcerus ille eſt, cui tũ praua ſunt tria hæc animæ membra, tum etiã parua,tũ ad motiões lẽta,ac difficilia.

ARGVMENTVM CAP. V.

Excuſat ſe de prolixitate qua vſus eſt aduerſus Chryſippũ,interpretãdo idiotarũ & Euripidis dicta cum alioqui nullius teſtis, tãta debeat eſſe authoritas,ne ipſius quidẽ Hipp.*aut* Platonis, *cui fides citra omnẽ demonſtrationẽ debeat adhiberi.At Chryſippus ne vnius quidem cõmeminit demonſtrationis,nec infirmat vnam tanto idiotis inſanior,quòd teſtes citat à quibus dãnetur & ea ſæpenumero producat, quibus ſua funditus ſubruantur.*

AT vero quod mihi his cõmemorandis in mentẽ venit,non grauabor ex promere.dictũ à veteribus philoſophis eſt fieri nõ poſſe,vt qui cũ garrulis hominib⁹ diſputationẽ habet, is ſit ab omni prorſus garrulitate alien⁹:id quod mihi in præſentia intelligo cõtigiſſe, cui Chryſippi garrulitate perfuſo,neceſſe fuit & vulgarium, & Euripidis dicta explanare : nunquàm

tamen profecto cōmiſiſſem, cum tanti decreti demonſtrationes,ſcribere propoſuerim, vt ſponte in has nugas fuiſſem delapſus.Nam non modò Euripides, vel Tyrtæus,vel quiuis alius poeta, vel etiã prorſus è vulgo aliquis ſatis locuples teſtis eſt, cui ſine vlla demonſtratione de dogmate fides adhiberi debeat: ſed ne ipſius quidem (medicorũ conſenſu omniũ facile principis)Hippocratis,neque Platonis philoſophorũ omniũ eminentſsimi, tanta eſt authoritas. Sanè ob alterius præſtantiã, poſteriores omnes inuidia rupti, multa contendendi ſtudio abſurda impudenter commenti ſunt,velut Chryſippus.Platonis vero vel gloriã ſuperare, vel demonſtrationum ornatũ aſſequi,nemo vnquã poterit. nullus tamen eſt recte ſentiens, qui velit viris his,licet longe aliis omnibus ſcientia præſtiterint, ſi abſolute quid ſuper hac re dixerint, acquieſcere, ſed probationẽ oẽs expectãt.At Chryſippus,ne vnã quidẽ demonſtrationẽ,ex illis quæ à viris his allatæ ſunt, de propoſitò dogmate nec refert, nec refellit.Sed Tyrtæũ,& Steſichorũ adducere in teſtimoniũ non veretur,qui ſi viuerẽt, interrogarẽturq́;, an de horum decretorũ ſcientia altercati eſſent, faterẽtur

proculdubio, nihil ſe huiuſcemodi vnquã intellexiſſe. Quin ex Chryſippo ſibi his de rebus, aliquid diſcendũ potius, quàm ex ſe demonſtrandũ cenſerent. Chryſippus veró, hos ad imperitos homines ſcilicet deduceret, doctus ad indoctos, mẽtis compos, ad inſanos, rationũ conſecutionis peritus, ad eos qui non modo cũ aliis, ſed etiã ſecũ, & in verbis & actionibus ſemper diſſentiunt. At vero licet vulgares omnes & inſaniãt, & ſecũ & cum aliis ſemper diſsideant, hãc ſaltẽ, vt videtur, prudentiã in ſe habent, ꝙ ad ea quæ dicunt eiuſcemodi teſtes, qui contra ſe teſtimoniũ pronuncient, minime adhibent. Chryſippi autẽ ſapiẽtia, imperitorũ etiã inſipientiã, in eo tranſgreſſa eſt, ꝙ teſtimonia quibus condemnaretur, corrogauit. Qua in re, nugari etiam ego, ea de cauſa coactus ſum, vt Chryſippũ in omnibus maxime erraſſe manifeſtarẽ: neque enim aliquã à Platone, & Hippocrate allatam demonſtrationẽ recenſuit, neq; infirmauit, neq; aliã quampiã ſcripſit, neque, quibus agi teſtibus oportebat, ſatis cognouit. Quàm quidem ſibi contraria ac pugnantia dicat Chryſippus, etiam in primo libro à nobis oſtenſum eſt: non minus tamen hoc loco, hominis ſtolliditas põt con-

ſpicua eſſe ac manifeſta,cum ea quæ cælare debuerat,quippe quæ rationes ſuas funditus euertant,non modo non cælat, verũ etiam ſibi atteſtari exiſtimet.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Repetit orationem Chryſippi qua euincere cogitabat cor fontem eſſe omnium animæ affectionum. quam niti argumentis,non philoſopho modo,ſed oratore etiam indignus oſtendit Galenus.

Sed omiſsis iam huiuſcemodi nugis, omnes quas proponit rationes,ſeriatim videamus, à principio rurſus totius tractatus, neque prætermiſſum ſit, examinatione repetita.ipſam orationem,quãuis paulo longior ſit,totam apponam,quæ ad hũc modum ſcripta eſt: Nam ſi ira hoc in loco eſt, conſentaneum videtur , vt reliquæ etiam cupiditates,& certe reliqui affectus, & cogitationes , & quicquid huiuſcemodi eſt,ibidem collocetur.rumori autem obſecundantes plerique,multa vera dicunt,ſupradictam illam propenſionem ſecuti. primum enim,vt hinc incipiamus, ex hoc inquiunt quidam aſcendere iram,& deuorare bilem,quoſdam volunt:cum etiam dicimus deuorari ab aliquibus , inuectiuas & contumelias , & non deuorari , ex eadem

propenſione loquimur. ſimiliter cum dicimus nihil illis deſcendere, & quum aliquẽ deuorato dicto abiiſſe aſſeueramus: Et Zeno ad reprehenſores ſuos ait, omnia ſe quę ſita in ore geſtare, non omnia deuorare: ſiquidem neq; deuoratio, neq, deſcenſus dictorum, alioqui dici poteſt proprie, niſi principatus animæ noſtre, in quem omnia hæc deſeruntur, in thorace habeatur. Nam ſi in capite eſt, ridicule, atque improprie admodum deſcendere dicitur de verbis. propria enim eorum eſſet aſcenſio potius, quàm deſcenſio, cum ſenſus auditus antedicto modo ad mentem reflectatur. ſi igitur in thorace eſt anima, deſcenſus proprie dicetur, ſi in capite improprie, atque abſurdiſsime. In his rurſus Chryſippus, vulgarium teſtimonium, quod adduxit, contra ſe eſſe non intelligit. aſcendere enim irã ſeu furorem, aut deſcẽdere bilem, cæteraq; id genus, quæ dicuntur, illis potius atteſtãtur, qui iram, omneſq; affectus in inferioribus partibus, rationem in capite collocatã eſſe cenſent. Quinetiam animaduerti, ſolitos dicere homines ſibi verba non deſcendere, non cum non percipiunt, neque intelligunt ea quæ dicuntur, ſed cum dicto aliquo in irã, vel triſtitiam, vel furorẽ, vel talem

lem aliquem affectum iritati,aut parũ curant,aut perturbatione non afficiuntur. Et hæc quidem garrulitas hactenus,poſt quã alterius meminit Chryſippus,ita: Mulieres quoq; magis tale quid præ ſe ferunt: cum enim non deſcendunt ipſis ea quæ dicuntur,frequenter digitũ,ad cordis ſedem deducũt,negantes,dicta eo deſcẽdere. Hoc argumentum ſuperiori cognatũ,duo inſuper alia quàm ſcitiſsima argumenta, in ſe collegit. vnum,ꝙ quæ hæc dicunt fœminæ ſunt,non vt in ſuperioribus viri. alterum, ꝙ mõſtratione,quaſi geſtu & ſaltatu quodam exprimunt ea,quæ oratio de his ſedibus exponit. Verũ ò optime Chryſippe,etiam hic contra te fœminarum teſtimonium citas. neq; enim illæ ita loquuntur,ſeu, vt tu dixiſti,manuũ geſticulatione repræſentant , cum intelligi à ſe negant ea quæ dicuntur,ſed cum vel conuiciis, vel minis, vel tali quapiam iniuria laceſsitæ, ſignificare volunt ſe neq; iraſci ob id,neq; excãdeſcere,neq; ægre ferre omnino: quanquã te quoq;, id minime latere arbitror, quippe cum hoc loco,etiam paulopoſt tibi ipſi oblocutus in hunc modum ſcripſeris : Ex qua quidem propenſione naturali, ea quæ dicuntur non deſcendere aſſeueramus,ſiue

nas,ſiue conuicia,adeo vt feriant,aut attingant:atq; ita perturbetur mens. ex eadem propenſione eſt illud,cum dicunt,profundos aliquos eſſe, propterea ꝙ nihil huiuſcemodi deſcēdere eatenus poteſt,vt ipſos attingat.Iam igitur ipſe etiā Chryſippus, teſtatur non deſcendere in pectus , ea quæ dicuntur,ſolere de minis & conuiciis dici: mentis tamen nomen , orationi huic adiecit , cum iracundiæ debuiſſet . conſiderare enim,& intelligere quæ dicũtur,& quid repugnet,quidq́; conſequatur cognoſcere ratiocinatricis facultatis offſciũ eſt. ſicut iraſcibilis,cum minis,aut conuiciis prouocatur, non iraſci , aut excandeſcere. Sed hoc Chryſippus in ſequentibus ait: inter hanc verò modo aſcriptam orationem , & eam quam paulo ante retuli de mulieribus,alia quædam verba intercedunt , quæ quidem ne videar quicquam omnino præteriiſſe, etiam ipſa aſcribā.ea huiuſmodi ſunt: His verò conſentaneum eſt,cum dicimus,quoſdam quæ ſibi viſa fuerint euomere . Item profundum aliquem multarum talium rerum eſſe conſueuimus affirmare , quod cũ ſupra dictis conſonat.Nam ſi vbi(id quod ſimile dictu eſt)diem eſſe deuorauerimus, atque in mente hoc recondiderimus , poſtea

ſtea econtrario rebus eodem modo ſe habẽtibus,quo prius,diem non eſſe affirmemus nõ abſurde, neq; improprie euomere id dicimur.Equidem ego neminem ita loquentem vnquã audiui,vt euomere in hunc ſenſum diceret,ſed reſpuere,& expuere, & eiicere,ſiue reiicere,& deponere dicunt, cum volũt ſignificare à prauis opinionibus,quẽpiam receſsiſſe.Quòd ſi etiam euomere diceretur,ita eſſet dictũ,ſicut reſpuere,&reiicere,cæteraq; id genus,quæ per trãſlationẽ vſurpantur . ſed huiuſcemodi argumenta, non modo non philoſopho,ſed ne oratori quidem tractanda eſſe,& in ſuperioribus libris,ſatis demonſtrauimus,&nunc etiã poſſemus breuiter oſtẽdere artibus, reguliſq; oratoriis in medium adductis : quibus illi, vnde in vnaquaq; cauſa ſumenda ſint argumenta,pręcipiũt.nihil enim huiuſcemodi traditũ ab illis reperitur,vt ea ſunt, quibus Chryſippus libros ſuos referſit.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Breuiter cõmemorat quæ ex poetis deſumpſit Chryſippus.Item quæ ante dixerat de voce,manuum admotione ad pectus cũ nos ipſos monſtrãtes,attingimus. De voce ego,etymologia cordis, quod græcis cardia ex quodam dominio, veluti cratia.quod ſane abſolute verum non eſt,ſed tantum

tum

tum quod vitam noſtram attinet.nã cerebro natura imperare cordi obedire donauit.Subiiciuntur inde verba Chryſippi,quibus nos aſſerit corde incitari & aſſentire & ad illud omnia ſenſus inſtrumenta pertinere.Contra Galenus dicit,ea ſe demonſtraſſe ex cerebro prouenire,& amplius demonſtraturum pollicetur. Annotantur etiã ea quæ Chryſippus de voce & neruorum origine,ſimiliter nomine cordis dixit. timores item ac animi affectus in corde locum habere.

AT vero ſi totam hanc Chryſippi orationem vellem ita exacte diſcutere, vt nullum errorem irreprehenſum prætermitterem, nihil eſſet, quo minus in infinitam prolixitatem liber hic produceretur. Quare his omiſsis,ad ea quæ ſequuntur iã deſcendam, vbi Chryſippus poetarum teſtimonia adducere incipit,paucis quibuſdã ſuis verbis interpoſitis,quibus ſæpenumero,quid ſibi velint carmina explicat, ſæpe etiam quaſi compendiũ quoddã, atq; vniuerſæ rei ſummam colligit.Exorſus igitur à quodam Empedoclis dicto, ipſum enarrat,atq; in ipſa enarratione,rationes paulo grauiores aggreditur. è quarum numero illa eſt de voce, quam in ſecũdo horum commentariorum volumine retulimus.In

qu

quo quidẽ libro,mihi viſum erat ſatius eſſe, vt eæ tantũ rationes quæ probabilitatẽ aliquã in ſe haberẽt,apponerentur,nõ quę prorſus abiectæ eſſent,& mulieres,vulgares,etymologias , vel manuũ admotiones, nutusq́; ac renutus capitis,ſiue etiã poetas in teſtimoniũ adducerent:in hisq́; decreuerã cõquieſcere.Sed amici rectius iudicarũt eſſe,vt neq; meras Chryſippi effutias alias neq; has omnino prætermitterẽ.ſed cũ abſurditatẽ earum notarẽ, tũ verò demõſtrarem,eas præterquã ꝙ nihil amplius aſtruũnt,cõtra ſtoicorũ decreta quoq; fuiſſe aſſumptas.Inde effectũ eſt,vt omnia iſta,poſtea hoc libro ſim perſecutus.Cũ igitur de voce, in ſuperiore libro ſatis ſuperq́, omnia abſoluerimus,nihilq́; amplius nobis dicendũ hic reſtet,ad ea quæ poſt hanc de voce rationẽ à Chryſippo afferuntur cõmer̃anda,iam deueniã. Ea ſunt,tũ de manuũ illatione & admotione, cum pectus noſipſos commonſtrando, attingimus. tum de ἐγὼ voce, id quod etiam in Etymologicis retulit,aſſerens in ea,monſtrationẽ quandam ſenſui patẽtẽ ineſſe: propterea quod ſcilicet in prima eius ſyllaba pronuncianda,mentum , labiumq́; inferius,ad pectus retrahatur.Verum de his quoq;,& in ſecũdo

do horum cõmentariorũ libro,&in eo quẽ de recta nominum ratione inſcripſimus, à nobis ſatis dictum arbitror. Subſequũtur quæ de cordis etymologia his argumentis ſimilia,in eodem primo de anima libro ita à Chryſippo ſcripta ſunt:His omnibus cõſonat & cõſentit,nomẽ ipſum cordis,quod Græci cardian nuncupãt.Ita enim dictum eſſe conſtat,quaſi cratia, hoc eſt ex quodã dominio & principatu, quod in ipſo dominans,ac princeps animæ pars,contineatur. Sed ô bone Chryſippe,neq; nos id inficiamur cor viſcus eſſe in nobis, quantũ ad vitam quidem attinet, omniũ præcipuũ, ſed abſolute & ſimpliciter præcipuum,non cõcedimus.neq; enim cordi natura id tribuit vt dominaretur,imperaretq́; aliis,cum ſanè prout conuenit,hominis res gubernantur,ſed cerebro imperium, cordi obedientiam demãdauit:perinde vt nos demõſtramus. Deinceps progrediendo Chryſippus hæc ſubiicit:Hac parte incitamur, hac aſſẽtimus,in hanc ſenſuum omnium inſtrumẽta pertingunt.Hæc demum ſola, ex ſcientiam faciẽtibus ſumpta ſunt capita. Quod ſi ea probaſſet Chryſippus, & hominẽ laudaſſemus,& ſtoicorum decretis acquieuiſſemus. Quoniam verò ita pronunciauit

Etymologia ex Chryſippo

Cerebrum imperium cordi obedientia.

K tant

tantum,neq; ea quæ dixit cõfirmare conatus eſt,nos autẽ, & ſuperius demonſtrationes attulimꝰ,probauimusq́;,hæc omnia ex corde minime fieri, ſed ex cerebro, in quo origo illorum omniũ exiſtit, & inferius etiam nihilominus ſumus demonſtraturi,ęquũ videtur eſſe,vt non amplius iã Chryſippi,ſed Hippocratis, & Platonis decretis fidẽ adhibeamus. Hæc igitur capita in quibus tota horũ dogmatũ vis,firmitasq́; cõſiſtit, tam cito Chryſippus præteruolat, vt mẽtionem tantum de illis faciat,cætera verò, quæ opus non eſſet, ſuperflue dilatat. deinceps de voce,neruorumq́; origine diſſerit, quibus vtriſq; in ſuperioribus commentariis,ſatis occurrimus. tũ de nomine hoc ſecorde agit: vimq́; eius nititur explicare,qua de re ſuperius paulo etiam à nobis dictũ eſt. Illud tantum in præſentia ex eadem Chryſippi oratione annotandum, quod his quæ à me ſupra dicta ſunt aſtipulatur,id ſic habet: Ex hoc,bene cordati quidã dicuntur eſſe,quemadmodũ bene animati,& cordis dolore laborare,qui ſolicitudine curiſq́; vexantur: quippe cum in corde, ille ex mœſtitiis curiſq́; conceptus dolor exiſtat. His verbis Chryſippus aperte iam nobis teſtatus eſt,neminẽ imperitũ, vulgarem

rem

remq́; eſſe,qui rationalẽ animę vim,in corde eſſe opinetur. At neq; ſecors eam habet vim,vt apud vulgares,quod ipſe putat,inanimẽ ſignificet,ſed timidum:ſicut etiã cor dolere, curis agitari dicunt, id quod ipſe quoq; Chryſippus,iiſdẽ his modo à me ſupra ſcriptis verbis,teſtatur,cũ inquit.quippe cum in corde ille ex mœſtitiis curiſq́; conceptus dolor exiſtat.ita fit,vt Chryſippus imprudẽs, vbiq; non rationalẽ partẽ, non ſcientiæ capacẽ, non veritatis indagatricẽ, ſed animi affectus,in corde eſſe cõfirmet:id quod etiã facit, cũ ſequẽdo infert: In ſumma,vt in principio etiã dixi, optime hoc oſtendunt timores, doloreſq́;, qui hac in parte exiſtunt. Hic quoq; Platonis rationẽ aſtruit: & deinceps pari modo, in corde,iraſcibilis animæ partem, collocatã eſſe,probare ſe non intelligit, in hunc modum:Nã & cordis palpitatio,& totius animæ concurſus, ad cor in pauoribus euidẽs eſt:cum minime ſuperueniendo ſuccedendoq́; aliis accidãt,vt ea quæ natura,mutuã quandam contagionem inter ſeſe habent. Vnde etiam in ſemetipſos contrahuntur, dum ad hunc velut principatũ,& ad cor velut huius principatus cuſtodẽ conſtringũtur. Mœroris quoq; affectus hic fieri, per-

bis demonſtrationem requirant: quanquã hoc quoque, quaſi conceſſum ab ipſis ſtoicis ſumitur. ſiquidem non tantum Chryſippus id facit, ſed Cleanthes, ſed Zeno prompte atque abſolute, ipſa hæc ponit. Verum non hoc in præſentia eſt inſpiciendum, ſed illud tantum, in quo tota huiuſce rei controuerſia cõſiſtit, an in hoc, rationalis etiã pars ſita ſit loco. Quòd ſi, quemadmodum his quæ à Chryſippo ſæpe iam repetita ſunt, perſpicue oſtenditur, iracundiam in corde contineri, ita nos quoque de ratione quòd in capite & cerebro, ſedem habeat, ſimiles quaſdam, vel etiam vehementiores probationes apponeremus, quid aliud quã Platonis, Hipocratisq́ue dogma, vtrorunque rationibus coniunctis demõſtraretur? melius itaq; fortaſſe eſt, vt quando ad hoc oratione incidimus, ſcientiã afferentes demonſtrationes, de quibus in ſuperiori conmẽtario latius diſſeruimus, ſumptionibus etiam quibus quæque propoſita res demõſtrari poſſit, aſſignatis, breuiter hic cõmemoremus. Summa hæc erat, ex iis quæ inſunt, & accidunt vtrique viſceri, ex quæſitę rei ſubſtantia incipere opertere: quæ verò ineſſent, & acciderent priuatim vtriſque, ſuperius expoſueramus. Quorum capita

hæc fuerunt: primũ ſicut arteriarum cor, ita cerebrum inſtrumentorum omniũ quę ſenſum,& motum,qui per voluntatem fit, in omnia animalis membra traducunt,qui nerui appellantur,originem eſſe. Deinde cerebri ventriculis colliſis,vel vulneratis, totum repente animal ſopitum collabi,neque tamen vel arteriarum, vel cordis agitationem interire.ſic etiam, ſi eodem modo,cor affectum fuerit,arteriarum quidem motiones lædi, totum verò animal, neque in ſenſu aliquo,neque in motu,noxam vllam videri contraxiſſe. Mox oſtendimus etiam, neutrum alteri ſupradictas facultates & virtutes, neque cor cerebro vel ſenſiuam,vel motiuam agitatione ſcilicet voluntaria, neque cerebrum cordi,pulſuum incitatiuam ſuggerere.ſed viſcera hæc,ſuę vtrunque facultatis ac virtutis, quendam quaſi fontem exiſtere.quod nunc etiã morborum teſtimonio, id quod diffuſius inſequentibus libris faciam,poteſt comprobari.nam ſi in cerebro vitium ſit, in deliriũ animal,motuſque, & ſenſus priuationem incidit.ſi cor laboret, nihil huiuſmodi pati:ſed iteriori,& perire etiã qñq; cõſueuit

ARGVMENTVM CAP. IX.

Redit ad Chryſippũ:cũ quo fatetur,mæſtitiã

ac

ac anxietudinẽ,dolores eſſe: ſed hoc in illo notat primò,quia dixi tin principalis animæ loco dolores oboriri.deinde quod negat animæ facultates inter ſeſe diſtare. Hoc ſi pro vero haberi voluit Chryſippꝰ,debuit hãc generaliorẽ ãte quæſtionẽ demõſtrare. Quod ad imã animæ facultatẽ pertinet ratiocinari,iraſci,cibos potusque ac venerẽ appetere. Cũ diſtincta hæc in pueris & in nobis clare videamus. Nã qui ratione vtitur,minimũ cupiditatibus iraque afficitur:contra qui irrationali alicui animæ parti ſubditur,longiſſime à ratione deſciſcit. prius in Vlyſſe, alterum in Medea monſtratum.

SI igitr ita ſe habẽt hæc,ſicut reuera ſe habẽt,& q dicũt neruos ex corde oriri,dicere qdẽ,& ſcriptis ẽt mãdare,vt alia multa & dicũt,& ſcribũt,nõ tñ euidẽter,in animalibꝰ mõſtrare id poſſũt,reſtat vt principiũ vnde nerui oriunt, cerebrũ eſſe neceſſe ſit: quæq; chryſippꝰ plixa atq; effuſa admodũ oratione,de corde diſſeruit, eiuſmodi ſint, vt nõ cõſiderare,& ratiocinari viſcꝰ pbẽt, ſed ſcãdeſcere,ſed timere,ſed dolere,cętera que alia,ꝙ iraſcibilis animæ tũ operatiões, tũ affectꝰ eſſe cõſtat.Quod itaq; iã ſuperiꝰ hoc in libro dixi,id nũc etiã,mihi repetendum de Chryſippo eſt. illum videlicet ea in oratiõe,ꝗ ante à me ſcriptas ſubſeqtur, ita abſolute atq; expedite hoc ſumere , ex

vno eodemque membro, facultates vtraſque exortum habere, nulla neque demonſtratione, neq; ſuaſione, neq; probabilitate adiuncta. vt ex ipſis verbis patebit, quæ ad hunc modum habent: Aeque igitur abſurde pronunciabitur, ſi vel mœſtitiam, & anxietudinem, & afflictionem, dolores negent eſſe. vel dolores alio in loco, quàm in principatu fieri aſſerant eadem de lætitia, & fiducia, quarum in corde ortus apparet, dicere poterimus. Quo enim modo, cum pes dolet, vel caput, his in locis qui laborant, dolor accidit, ita dolorem ex mœſtitia conceptum, in pectore exiſtere ſentimus: cum neque mœſtitia dolor non ſit, neque alio quopiam in loco, quàm in principatu concipiatur. Ad hæc reſpondere Chryſippo debemus, ad omnia ſigillatim, quæ proponit capita, ſtatim à principio, vbi inquit mœſtitiam, & anxietudinem, & afflictionem dolores eſſe, exordio ſumpto. ſiue enim quis, vt Chryſippus, interrogando, ſiue affirmando ita dicat, orationem eius probabimus. concedemusque anxietudinem, mœſtitiam, & afflictionem, dolores eſſe genere. imo verò ſi nominibus ſecundum Græcorũ conſuetudinem vti volumus, afflictionem & dolorem, nihil inter

ſe differre aſſeremus: ſicut neque pilam à columna, neque enſem à gladio. anxietudinis tamen & mœſtitiæ dolorem eſſe, quaſi genus non diffitebimur. Quod verò ait in principatus loco, dolores effici, hoc iam Chryſippo minime dandum eſſe cẽſemus. Quin ipſe debet, quòd in vno eodemq́; viſcere, vtræque hæ facultates ſitæ habeantur, probatione aliqua confirmare. ſed qd ego in vno eodemq́ue viſcere dico? Non ita cum Chryſippo loquendum eſt, ſed cũ Ariſtotele potius. ille enim plures quidem in anima noſtra facultates, quæ genere inter ſe diſcrepent, eſſe non negat: non tamẽ id tribuit, vt in alio, atque alio viſcere, cũ cor vnum omniũ principium ſtatuat, collocatæ ſint. Chryſippus verò, ne facultates quidem ipſas & virtutes, inter ſe diſtare quicquam fatetur. neque aliã vim, qua excandeſcat animal, aliam qua cõcupiſcat, aliam qua ratiocinetur, & cogitet, eſſe concedit. Quo circa, neque à nobis quæſtio ita, vt modò fecimus, proponenda eſt, vt ab iſtis probationem vllam exigamus, qua in eodẽ loco iracundiam, rationẽ, & concupiſcentiã, ſedẽ obtinere confirment: ſed illud à Chryſippo, vel à quopiã alio, eiuſdẽ familiæ philoſopho requirendum, vt id

quod prius in controuerſiam venire debet, communiusq́; ac generalius eſt, ſtatuant, ac demonſtrent: id eſt, vt oſtendant conſiderationem, iraſcentiam, cibi, potionisq́ue, ac veneris appetentiã, eiuſdem eſſe facultatis functiones. Nos porrò ſeiunctas has potentias eſſe, euidenter poſſumus cũ in aliis animalibus, tum verò in pueris oſtendere. quippe qui, vt ratione minimũ vtũtur, ita iræ, & cupiditatibus vehementiſſimis, quaſi beſtiæ ſeruiũt. Et ex nobis ipſis quoq;, ille qui ratione plurimũ vtitur, minimum cupiditatibus, iraq́; affici videtur. contra ꝗ irrationali alicui animæ parti ſuccumbit, is maxime à ratione deſciſcit. Atque hic Medeæ Euripidis, Homericiq́; Vlyſſis exemplum repetendum, in quibus vtræque hæ animæ partes inter ſe diſſidentes, non vnam eſſe facultatem, perſpicue poſſunt manifeſtare. peruicit autem in ſapiẽte potior, in indocta & barbara, inferior nequiorq́ue pars. quod in multis etiam aliis hominibus videre licet, in quorum anima id accidit, vt ratio modo cum ira, modo cum cupiditate certet ac pugnet. At Chryſippus vna cum aliis Stoicis, de ratione quidam carentibus animalibus, nobiſcum pedem confert ac reſiſtit decreto. neque ira-

ſci,

ſci, neq; concupiſcere bruta aſſerens. de cuius orationis impudétia, ſuperius à nobis dictum iam eſt. de pueris veró, oratione vltro citroq́; perplexa tergiuerſantur. neque vno modo omnes, æque impudenter tamé omnes, cõtra perſpicua ſenſuiq́; expoſita reclamant. Qua de re, in ſequenti libro, plura diſſeremus. pari auté ratione etiam de animæ affectuum differentia, nihil afferunt, in quo vel cum euidentibus rebus, vel inter ſe, vel ſecum quiſque conſentiant. de quibus quidé omnibus, in eo qui deinceps ſcribendus nobis eſt, hoc eſt quarto libro, agere cõſtituimus. Nam hic tertius, neſcio quomodo ſeſe huc inſinuauit, atque intruſit ex ſtoicorum litigiis exortus. qui non tantum contra quędam, ſed contra omnia etiam à Chryſippo ſcripta, dicendum nobis eſſe cõſuerunt. Quanquam ego eorum omniũ, quę & ipſe Chryſippus ſuperflue à ſe eſſe ſcripta animaduertit, & aliqs fortaſſe, ita vt ipſe inqt, à grãmatica quopiã, vel blaterãte anicula, allata eſſe exiſtimarit, ne vllã qdem hic mentionem mihi faciendã duxi. cætera veró vniuerſa, bifariã partitus. quæ omniũ firmiſſima videbãtur eſſe, in ſuperiore libro perſecutus ſum: quę autem de animæ affectibus, controuerſiam

mo

mouebant, horum actioni quartum horũ commentariorum librum dedicaui, quod quidem (ſi ſalutem nobis deus prę̃ſtiterit) omnino peragemus.

ARGVMENTVM CAP. X.

Perſequitur cœptam Chryſippi occaſionem, qua cordi tribuere conatur animæ principatũ. primum ex vulgatis iſtis loquendi formulis: Attigi cor tuum & cor verbis ſtringo. Quæ cum ſcientifica non ſint, reiicit Gal. nec immorari dignatus, Deinde, quidam ad iram paulo vehemẽtiorem prouocati, cor ſe euulſuro minantur. Iſtis Gal. opponit aliam hominum loquendi conſuetudinem, qua irati ſe naſum abſciſſuros, aut aures euulſuras minantur. Homerus ad hæc concupiſcibilem animæ partem in iecore collocat.

QVando verò in præſenti hac diſputatione omnia ea referre decreuimus, quæ Chryſippus in priore De animæ principatu, libro diſſeruit, tempus iam eſt, vt iis quæ ſuperius commemorata ſunt, deinceps reliqua ſubnectamus: talis verò iis, quæ ante aſcripſimus, verbis Chryſippi oratio continuatur:

Ex qua etiã propenſione, cuncta huiuſcemodi iactãtur. Attigi ac ſtrinxi cor tuũ: quaſi animã dicas. necnõ cor verbis ſtringi dicimus, non quòd loquẽdo aliquis poſ

ſit

ſit in nos ad cerebrum,vel viſcera, vel iecur intrare:ſed in eandem ſententiam qua ſupradicta.illa enim,eo modo mihi videntur dici,quaſi ita loquaris:interiora tua tãgo: iniuria ſcilicet adeo intrinſecus penetrante. Corde autẽ perinde,vt anima vti conſueuimus. Et hoc quidem ſi quis ei animum intenderit,manifeſtius liquebit,hæc quidem dicta,vt omittamus,quòd nihil demonſtrant, vulgareſque atque imperitos in teſtimonium adducunt,nihil quicquam de propoſita quæſtione efficere ac concludere.ſed affectibus,obnoxiam animæ partem,carentemque ratione eſſe in corde,nõ rationalem oſtendere, apertiſſimè cõſtat. Vnde in iſtis,cum perinde abſurda ſint,vt ea quæ ſæpius à me ſunt redarguta, non amplius immorandum cenſeo. Hanc verò orationem altera ſtatim ſubſequitur. vbi qua ratione euiſcerati, cerebrumque non habentes,dici cõſueuerint,exponit. de qua etiã ſuperius ſatis à nobis diſſertatũ fuit. ſed poſt hanc,aliam his verbis aſcribit: Ex huiuſcemodi maxime propenſione, mihi videntur etiam ii, qui paulo iracundius ad vltionem in aliquos inuehuntur,ad cor euellendum incitari.qua quidem propenſione,poſtea vehementius incitati,ad reli-

qua

qua etiam viſcera generis cõmunione, vnĩformiter feruntur. Hic rurſus Chryſippus diuerſum quid ſe à propoſita conſideratione neſcio quo modo, confirmare nõ videt. nam qui aliquibus interminantur, quemadmodum aliquando eruturos ſe eorũ oculos aiunt. vel caput fracturos, vel crura cõminuturos, ita quoque interdum, cor ſe euulſuros iactant, hoc eſt interfecturos. ſed quid ad rem hoc facit? ſi quidem in hunc modum, etiam minantnr homines, vt aures & naſum abſciſſuros interdum ſæpe diſcerpturos ſe eſſe aliquẽ dicant. Quinetiã, q̃dã apud poetã mulier, optans, hæc loq̃.

O vtinam infixis ego dentibus, huius
Rodere vel medium poſſem iecur.

Quid igitur Chryſippe mi? nõne etiã nos iecur, animæ principium eſſe pronunciamus? atque id Homero etiam teſte, tanto poeta. cui fidem tu adhibere maiorem, quã vulgaribus porrò deberes. hic ſanè cũ alia de iecinore ſcribit, tum hæc:

Et Tytium vidi, claræ telluris alumnum,
Porrigit cui tota nouẽ, per iugera corpus.
Hinc atq; hinc geminus roſtro, vrget vultur obunco,
Immortale iecur tõdens, iacet ille ſupin⁹.
Nec depellẽdi manibus, dat vlla poteſtas.
Latonæ nanque auſus erat tentare cubile

Impius,æterno fuerat quæ iuncta Tonāti,
Cum Pytho Panopei peteret, per amœna vireta.

His verſibus poeta concupiſcibilē animæ partē,in iecore eſſe euidēter oſtendit.propterea enim,inquit, ꝙ concupiuit Tytius, Latonæ ſtuprū offerre,idcirco vultures,iecur ipſius rodunt. vtpote in eam partē ſupplicio illato,vnde origo iniuriæ extiterat. Quanquam,hic Chryſippus laudandus eſt ꝙ ea quæ opinionem ſuam euertūt, de induſtria ſubticuerit. vbi verò vel nihil efficit,vel cōtra ſe teſtes producit,cū ibi quid quanquā rē ſequatur,quid cuiq; repugnet non intelligere prorſus exiſtimo. perinde atq; in his etiam,quæ ſupra aſcripta conſequuntur,vbi inquit:Et iraſcentium etiam, atq; amantium affectus,circa thoracem fieri apparent,vt cōcupiſcentia quoq;, his in locis maxime exiſtat. Singulis huiuſcemodi dictis ita inferendum, atque vrgendum. Quid igitur Chryſippe, hoc ad rationem qua de agimus? non enim de iraſcentibus, vel concupiſcentibus, an ſcilicet in thorace,circaq́ue thoracem, ita affectis hominibus,perturbationes moueantur,controuerſia nobis fuerat,ſed vtrum ratiocinans etiā pars,ibi ſedem haberet.

Ar

ARGVMENTVM CAP. XI.

Meditationes orationũ ac ſyllogiſmi (inquit Chryſippus) ſunt in corde: quare & ſermonis explicatio, ipſumque loqui ac cogitare. In corde igitur, princeps animæ facultas. Quæ ratio vera eſſet, ſi demonſtraretur cor eſſe non cerebrum quod ratiocinatur. cum nemo non fateatur, in eo præcipuam animæ vim exiſtere, quo conſideramus ac diſſerimus. Sed prius negarat Chryſippus in orationis ſuæ principio ſciri poſſe, vbi animæ principatus ſit. Cur igitur aſsignat cordi? Deinde confutatur, quòd vocem ac gemitum ex corde fieri aſſerit, cum ex thorace & pulmone emittantur. Poetarum item teſtimonia quæ profert, cum ipſo pugnant.

POſt hæc deinceps in hunc modũ ſcribit: Optime autem hoc oſtendunt, vt dixi, etiam quæ in nobis ipſis fiunt, & orationum, & ſimiliũ meditationes. Quo enĩ omnia hæc conficiuntur, in eo etiam locutionis explicationem fieri, atq; eo ipſo loqui nos ac cogitare, prorſus cõuenit. Vera hæc ſunt ò Chryſippe quæ ſcribis. nã qua parte nobiſcum meditamur, vel etiam ſilẽtio cogitantes tractamus, atq; agitamus aliquid, ea ratiocinans proculdubio eſt: ſed debueras, tu prius demonſtrare, vtrũ cerebrum an cor, id quod à principio propoſitum

ſitum in quæſtionē fuerat,eſſet id,quod cogitaret ac ratiocinaretur.neq; primā ſumptionē, ab omnibus cōceſſam ſumere, atq; ita exiſtimare amplius aliquid, ad rei quæſitæ inuentionē te eſſe habiturũ. nam quo mēbro cōſideramus,& diſſeramus,in eo eſſe animæ principatũ,nemo eſt qui non fateatur. At hoc nō erat quod quærebamus, ſed illud,vtrum cor pars ea eſſet.id quod à te probatũ minime fuit. ſi modo nondũ in corde ſentiri ratiocinantē partē aſſeris.atqui in principio huiuſce totius orationis, ita ad verbum dixeras.Adeo ſedes ipſa cognitionē noſtrā videtur refugere, cũ neq; vllus ſenſus, huiuſce rei extet,ſicut in reliquis:neque argumenta aliqua ſint, quibus ratiocinando effici hoc poſsit.neque enim alioqui in tantā tũ medicis tũ philoſophis cōtrouerſiā res veniſſet.Hæc effatus Chryſippus, ſi rurſus excogationũ ſenſum nos habere,ꝙ in corde exiſtant,aſſerere vellet, neq; ſui meminiſſe,& cōtra aperta euidentiaq; mētiri videretur.ſed nō eſt eiuſmodi vir iſte.Quare nequaquā affimaret,ꝑ ſenſum aliquē harum ſupradictarum rerum, cognitionē exiſtere, quòd in cordē efficiantur.verum ſi minus per ſenſum,ſed per demonſtrationem aliquam id poſſet præſta-

re libẽter admodũ audiremus. Sed ea de voce ratione, etiam nunc vti mihi videtur. quod ex his, quæ inferuntur, ita colligo, à mente inquit & cogitatione loqui, & in nobis ipſis loqui, vel vocem explicare neceſſe eſt. tum aſtruit, cor cogitare, & intra nos ipſos, vocem explicare, & foras etiã emittere. Cum enim id cõceſſum poſuerit, eiuſdem membri eſſe, & loqui, & in nobis ipſis loqui, deinde aſſumat loquelã, cordis functionem eſſe, poſtea ex vtriſq; his, efficit internam illã locutionẽ, in corde generari.

Nos tamen quoniam in ſuperiore libro Zenonis concluſionem ſuper hac re propoſitam, quòd ſcilicet vox è corde emitteretur, vitioſam eſſe ſatis demonſtrauimus, etiam hanc Chryſippi rationem, vnà cum illa ſublatam eſſe exiſtimamus. Quo circà ad ea quæ ſequuntur inſpicienda, iam deueniendum. Huic cõuenienter gemitus quoque inde prorumpunt. Et gemitus etiam ò Chryſippe, & voces ex thorace quidem, & pulmone, non tamen ex corde emitti aſſeremus. alibi enim, ſigillatim demonſtratum à nobis eſt. neque id abſolute, neque perinde vt à te nunc, qui nullam penitus probationem appoſuiſti. Poſt hæc verſuum copiam, aſcribit Chryſippus,

pus, ac pleroſque, ſicut ſuperius oſtendi, inter ſe pugnantes. quæ verò carminibus interponuntur verba, ſunt quidem quàm pauciſsima, ſed continent tamen, quandam etiam ipſa Chryſippi oblocutionem ac repugnantiam; quam in ſequenti libro vbi de animæ affectibus verba facere conſtitui, perſequemur. In præſenti, dicta tãtum ipſa commemorabimus, quæ ita ſe habent: Poeta autem in his exuberans, rationalem, & iraſcibilem, vno hoc in loco collocatas eſſe, multis verſibus manifeſtat, in eodem etiam, concupiſcibilem adiungẽs, perinde vt fieri debet. Aperte iam hic & iraſcibilem, & cõcupiſcibilem, aliud quid à rationali concedit eſſe, atque in corde, omnes ſedem habere affirmat. At hoc Ariſtotelis, non Stoicorum dogma eſt. Quinetiam deinceps verſibus illis præpoſitis, vbi poeta in corde rationem eſſe pronunciat, inde ſubdit. Iam verò etiam concupiſcibilem hic contineri, his oſtendit carminibus.

Nunquam alias, animum languenti in pectore noſtrum
Seu dea, ſeu mulier, tanto deuinxit amore.

De

Deinde ſequitur. Iracundiā quoq; eſſe his in partibus, hæc atque id genus plura, declarant.

Nō potuit cohibere irā, ſub pectore Iuno,
Sed loquitur. Et
Ira, etiā quæ vel prudentē exaſperat ipm,
Ira, furorq́; viri &c.

His atq; huiuſcemodi omnibus, Chryſippus iracūdiā, & cōcupiſcentiā facultates quaſdā animæ eſſe, à rationali diuerſas non diffitetur. ſed de his, vt dixi, in quarto lib. diſſeremus. Nūc vbi reliqua, quæ in Chryſippi libro continētur, curſim perſtrinxero, præſenti huic diſſeptationi, etiā ipſe finem imponam.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Quoniam nonnulli fabulam Mineruæ è Iouis cerebro natæ adhibebāt ad probationē eius, animæ principatis capite deferendum, Minerua enim conſilium ac prudentia eſt: eam interpretationē quidem ad ſuū propoſitū Chryſippus trahit. Sed hic á Galeno reprehenditur quod nullas inde, vt decuit, ſumpſit demonſtrationes. Subijcitur inde vtilis doctrinæ de poetarum fabulis, eas à philoſopho ad fidem faciendam adhibēdas non eſſe Vna enim infinitas alias ſecum trahit. quibus commode a ! propoſitum interpretationis vix totum vitæ ſpatium ſufficeret. præſtare itaque, vt veritatis ſtudioſus primum addiſcat

ſcien

ſcientificas ſumptiones atque in ijs ſe diligenter exerceat. poſt ad ſingularem quæſtionum tractationem accedens, prudẽter adhibeas ſuas probationes.

POſt carminum illã adductã copiam, dein Chryſippus de voce, de ratione, de neruorũ origine, queq́; his affinia ſunt, tractauit: quæ porrò ſola, ex omnibus quę eo libro inſunt, viro philoſopho conueniebant. De quibus etiã, nos ſuperiori diſputatione, prætermiſsis iis quæ merã garrulitatem in ſe habere videbãtur, ſatis ſuperq́ue egimus. Nunc tamen, quandoquidem hoc in libro addere hæc ſententia fuit, & alia præcipua diſſerui, & deinceps quæ de Minerua ſcripſit Chryſippus, hic ſubiungam. Cum enim deæ huius fabulam, decretis ſuis aduerſari intelligeret, quippe quæ è Iouis capite, genita eſſe exiſtimetur, ita inquit. ipſius enim verba, licet paulo prolixiora poſsint videri, omnia aſcribã. Audio vero quoſdã ita dicere, ad probandum ac perſuadendũ in capite, animæ principalẽ partẽ eſſe. Nã quòd Minerua quæ ſcilicet cõſiliũ, ac prudentia eſt, è Iouis capite nata ſit, ſignificationem eſſe aiunt, hac in parte, principatum haberi debere. neque enim in capite conſilium, ac prudentiam

aliter gigni potuiſſe, niſi ibidē principatus animæ eſſet, affirmant. quod cū dicūt, probabilitatē quidē aliquatenus ſequuntur, errant tamen, mea quidem ſententia, & quæ de his hiſtoriç tradiderunt, ignorant. qua de re, in præſenti quæſtione, latius paulo dicendū eſſe duco. Nōnulli quidē abſolute ita aiunt, è Iouis capite, ipſam genitā eſſe neque quomodo, quáue ratione id factum ſit, explicant. Heſiodus vero, diffuſius rem hanc in deorū genealogia exequitur, cum alii in Theogonia, ortū ipſius deæ ita per cenſeant. Iouē primū cum Metide, deinde cū Themide cōſuetudine habita, ipſam ꝓcreaſſe. alii aliter ipſius generationē referant. cū lis videlicet inter Iouē & Iunonē incidiſſet, illā per ſeipſam Vulcanū, Iouē Mineruam ex deuorata Metide, genuiſſe. Metidis quidē deuoratio, & in Iouis corpore Mineruæ generatio, in vtrorūq; oratione habetur. ſed differētia in eo eſt, quo modo cōfecta hæc fuerint. id qđ ad præſentē diſputationē minime facit. quod enim cōmune in vtriſq; eſt, id tantū ad præſentē tractationem confert. ſcriptum autem in Theogonia, hoc eſt deorū ortu in hunc modum eſt.

Iupiter ipſe deū rex, eſt connubia prima

Me

Metidis ingreſſus, quæ prudentiſsima, cunctos
Conſilio præcellebat diuosq́ue hominesq́;.
Cumq́ue eſſet flauam pariturus forte Mineruam,
Deceptam blandis verbis, & fraudibus illam,
Deuorat, inq́ue ſuum corpus, ventremq́; recondit,
Quo recti & praui fieret, cōſultus ab ipſa.

Deinde progreſſus paululū ſic inquit,

Ipſe autem flauā, de vertice Pallada ſacro
Edidit armi potentem, horridaq́ue bella cientem,
Militiæq́ue ducem intactam, cui clangor, & ingens
Armorū crepitus, clamoſaq́; prælia curæ.

Perſpicuū ſanè eſt, intro in pectus Metin reconditā fuiſſe, atq; ita ex capite progenitā Mineruā. In ſequētibus etiam, cū plura hac de re narret Poeta, ita cecinit,

Ex lite hac celebrem natum, pulcherrima Iuno
Vulcanū peperit, ſummi ſe iuncta cubili
Coniugis, ingenio pſtātē, atq; arte fabrili
Cœlicolis cūctis. at Iuppiter ipſe puellam
Oceani natam, & formoſæ Tethyos, abſq;

Concubitu Iunonis adit.fallitq́; ſagaci
Cõſilio,quãuis agitantẽ plurima Metin.
Coripiensq́; manu, in corpus ventremq́; recondit.
Hoc metuebat enim, ne aliud violentius ipſo
Fulmine cõcipiet,pareretq́;.iccirco repẽte
Iupiter altitonans, regnatorq́ue ætheris, ipſam
Abſorpſit.fortem confeſtim abſorpta Mineruam
Pallada concepit. quam deinde hominum q́ue deumq́ue
Progenitor peperit, ſupremo in vertice ad nudas
Tritonis fluuii. At Iouis intra viſcera Metis
Palladis alma parens, latitans reſidebat honeſti.
Inuẽtrix,iuſtiq́;,oẽs hominesq́; deosq́;
Notitia rerũ ſuperans. huic altera cõiunx
Affuerat dea ſancta Themis. quę in ventre Mineruam
Exornãs armis,fabricata eſt ægidia diuæ,
Aegidia terrentemq́ue viros, & caſtra fugantem.
Vnde armata fuit, primo virgo edita ptu.
His dictis Chryſippus, deinde hæc ſubnectit:

ctit: Quę quidē de Minerua dicũtur, huiuſmodi ſunt, quę aliã quãdã ſignificationem exhibēt. Principio enim Metis appellatur hoc eſt cõſiliũ, quaſi quædã prudētia, & rerũ, quæ in vitæ actionē veniũt, ars. quatenus ſcilicet artes deuorãdæ à nobis, ac recõdendæ intra nos ſunt: qua ratiõe etiã deuorare quoſdã dicimus, cõtumelioſa verba. ob deuorationē autē recõdi poſtea invētrē cõuenieter apteq; dicuntur. Præterea deuorata huiuſcemodi arte, cõſentaneum eſt, vt intus matri ſimilis filia ꝓcreata ſit. Iã vero quo modo, quaue parte, ea quę in nobis ex ſcientiã efficientibus pariuntur, exeant, videre licet. cõſtat enim, oratione efferri, ac per os ex capite. capite ſcilicet eo dē modo appellato, quo pecudis caput dicere conſueuimus: quo capita ab aliquibus ablata fuiſſe, memorãtur. qua ratione, cum accipiatur, ex vertice etiã orta eſſe ꝓhibēt, pleriſq; huiuſcemodi immutationibus vocabulorũ, in alterius rei ſignificationē aſſumptis. omiſſa etiã hac hiſtoria, ex eo tantũ, ꝗ nata ē capite eſt, haberet aliquis quæ diceret: ſiquidē nõ in capite genita fertur: niſi inuerſa atq; immutata oratione, eam hac parte natã, exiliuiſſe alioqui dicere voluerimus. vt etiã hoc ad aliud magis, vt di-

xi,ſignificandũ referatur. Quæ enim in nobis ipſis artificioſa pariuntur, ex capite egreſſa,ſupradictã fabulam maximè exprimũt. Et hæc quidẽ Chryſippi oratio eſt. quoniã vero longa admodũ eſt, & eam ob cauſam, fortaſſe nõnulli ſenſum eius non planè percipiũt,breuiter quid ſibi velit conabor explicare. Nõ aduerſat̃ mihi, inquit fabula,quę ex Iouis capite Mineruã, hoc eſt prudẽtiã,natã eſſe ait.nõ enim hoc tantũ in ea ꝑcenſet,ſed etiã illud: Iouẽ deuorata Metide, ac quaſi grauidũ ex ipſa effectũ,conceptã ac genitã in ipſo puellã, per caput peperiſſe. ita autẽ celebratã fuiſſe fabulã ait,propterea ꝙ artes omnes, quæ ex ratione in corde cõſiſtunt, atq; ortũ habẽt per orationem, quæ è capite egreditur, in lucem proferũtur. Nã etiã os,capitis pars eſt.neq; capillata tantũ, ſed tota etiam ſupra collum pars,caput appellatur. quo ſignificato ita loquimur, cum abſcindi alicuius caput dicimus. Quòd ſi etiam non per os Iouis,ſed è vertice Mineruam egreſſam fuiſſe fabulentur, nihil abſurdum eſſe inquit,cum pleræque, huiuſcemodi vocabulorum immutationes, alterius rei ſignificationem præ ſe ferant. Hac oratione Chryſippus in cæteris quidem, & probabiliter

ſimul

ſimul & ingenioſe fabulam interpretatur, ad ſtoicorum decretum,eam accommodãs atq; adaptans:quod verò ſummam rei continebat, præcipuumq́; erat,de quo certare maxime conueniebat,quãbreuiſsimè præteruolauit,perinde atque ſuperius fecerat, cum id quod vulgo dicunt,quoſdam nõ habere, quoſdam habere cerebrũ,exponeret. Quemadmodum enim ibi,rẽ ipſam de qua quæritur citiſsimè præteriit, extrinſecus copioſiſsime oratione producta: non ſecus etiam hic,quod rem ipſam continet,breuibus pertranſit, ſatiſq; habet ita dicere: ea de cauſa à vertice,non ex ore genitam Mineruam fuiſſe,quod pleræque huiuſcemodi vocabulorum immutationes, alterius rei ſignificationem præ ſe ferant. Decebat quippe Chryſippum,vel neutiquam omnino fabulam attingere philoſopho viro, ad decreti probationem,minime neceſſariam, vel quanto attigit, quicquid contradictionem ac repugnantiam maxime habere videbatur,accurate perſequi,neque vereri, ſi multis verbis opus fuiſſet, multa etiam aſcribere. ſi quis tamen vellet huiuſcemodi fabulas aliter etiam interpretari,multas poſſet ex iis, quæ in diſſectionibus patent,argumentandi occaſiones,accipere.

pere.Quibus quidem de rebus, in ſequẽtibus,cum de animali ſpiritu verba erunt facienda,pluribus agemus.nunc breuiter capita tantũ demonſtrationum,quæ fieri poſſent referemus.Quemadmodum enim corpus ipſum cordis,cum ex ſeipſo dilatatur, ac contrahitur, viciſsim materias & attrahit, & emittit: eadẽ ratione cerebrum etiã cum vult ſpiritum, quem in ventriculis ſuis continet, quem animalem nuncupamus, in aliquod membrum tranſmittere,accommodata huic rei agitatione,motũ id facit.Hic autem ſpiritus, qui in ventriculis continetur cerebri, parua quadam ex parte fortaſſe,ex iis etiam quæ ad ventriculos ipſos pertinent,venis gignitur.maximum verò ac præcipuum ortum huic,arteriæ illæ,quæ ſunt ad reticularem in fundamento cerebri,ſitam texturam ſuppeditãt, à corde ipſæ ortum habentes. Vnde ſi quis veris rebus, fabulam vellet coaptare, poſſet ita dicere. in inferioribus partibus conceptam prudẽtiam, qui eſt ſpiritus animalis,in capite adoleſcere ac perfici. Et præcipue circa verticem, qua in parte medius atque idem principalis cerebri ventriculus eſt.Ego tamen, id quod Plato ipſe,inquit,huiuſcemodi omnia fabulamenta pulchra

Cerebrum qualiter ſpiritũ animalem, in membra trãſmittat

chra

chra alioqui ac iocunda, ſed nimium ſtrenui, & laborioſi, nec fortunati admodum hominis eſſe exiſtimo. atq; id nulla alia de cauſa, niſi quia poſt hoc, neceſſe erit Hippocentaurorum & item Chimæræ formã, ad examen redigere atq; interpretari, influetq́; ac ſequetur talium Gorgonũ & Pegaſorum infinita ſeries, aliarumq́; incredibilium abſurdiorumq́; inſuper, atq; à ratione omni abhorrentium naturarum multitudo, quibus ſi quis fidẽ nullam adhibeat, velitque ſingula veriſimilitudini applicare, atque ita quaſi craſſa quadam & ruſtica philoſophia vti, ſanè huic multo ocio opꝰ erit. Perlecta hac oratione, debebat Chryſippus à fabulis temperare, neq; earum ſenſibus exponendis tempus conterere. quo cum ſemel aliquis incidit, obruitur deinde innumerabili ſequẽtium fabularum copia vt vitæ omne ſpatium, perdendum illi ſit, qui omnia exponendo perſequi atque abſoluere conetur. Rectius profecto, meo quidem iudicio, fuerat, vt veritatis reuera cupidus ac ſtudioſus, non quid poetæ dixerint, aduerteret, ſed prius ſcientiam efficiẽtium ſumptionum, de quibus in ſecundo libro tractaui, inueniendarum via ac ratione percepta, in ea poſtea exerceretur, cũq́;

exercitatione ſatis profeciſſet, tum demũ, ad ſingularum quæſtionum tractationem accedens, ibi ſumptionum, quæ in demonſtrationes adhibendę eſſent, delectum haberet, conſideraretq́;, quánam ex ipſis à ſolo ſenſu, quáue ab experientia & vſu tum vitæ, tum artium, qua etiam ab intellectui euidētibus rebus, ſumpta efficere, quod propoſitum eſſet, poſſemus. Si hac via Chryſippus ingreſſus fuiſſet, omiſsis fabulis, etymologiis, nutibus ac renutibus capitis, manuumque motionibus, labiorum figuris, ac poetarum teſtimoniis, vna cum mulieribus, aliisq́; inſipientibus, & ipſe verum inueniſſet, & nobis temporis conterendi occaſionem minime exhibuiſſet: dum oſtēdere ipſi cogimur, neq; iis quidem, quos citat, teſtibus quicquã amplius in cauſa ſua efficere. Poetæ ſiquidem, pleraque contra ipſius decreta dicunt, nec ſecus fabulæ, & vulgus, & vnuſquiſq; alius, quem quaſi aſtipulantem ſententiæ, in priore de anima libro adduxi. Hæc ſunt à Chryſippo, in diſputatione de animæ principatu ſcripta, quæ eo conſilio à me fuerant in ſuperiori libro prætermiſſa, quòd iudicabam etiam, ſi ille redundare nimiusq́; eſſe in his minime veritus eſt, mihi tamen conuenire, vt

ab

ab huiuſcemodi nugis, eſſem alienus. Quoniam verò, vt dixi, qnibuſdam amicis, gloriæ ac victoriæ ſtudio incitatis ita placitũ eſt, vt harum quóque rationum mentio à me fieret, in gratiam eorum, librum etiam hunc conſcripſi, vt quantum ego quidem præſtare potui, quæ à Chryſippo ſuperflue fuerant ſcripta, breuiter percurrerim, neque ea tamen, ſubticuerim non pauca, quæ videbãtur præſenti huic tractatui, vtilia futura.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER IIII.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

SVperius diſputatum eſt de principe animæ parte, cerebrone an cordi eſſet tribuenda, Chryſippus cordi tantum attribuendã cenſuit hoc fere argumento. Vbi eſt ratio, ibi animæ eſt pricipatus. neceſſario idem eſt affectuum & rationis locus. Affectus ſedem habent in corde, quare etiam ratio. Cor igitur præcipua animæ pars eſt. Dum aſſumit Chryſippus vnum eſſe affectuum rationiſque locum, nouæ quæſtionis occaſionem

pr

præbet de affectibus ſeu animi perturbationibus quæ Græcis pathe vocãtur. Affectus igitur quid ſint, & quæ eorum cauſſæ, Galenus hoc libro docere inſtituit: oſtendens Chryſippum nec hic ſemper vnum ſenſiſſe, ſed iiſdem de rebus alias aliud iudicaſſe, non veteribus tantum, ſed ſibi etiã frequenter repugnaſſe. Principio Chryſippus cum Platone, triplicem animæ facultatem eſſe non negat, iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationalem, ſed non locis diſtinguit vt ipſe, quin omnes ſimul in corde reponit. Alias iraſcibilem & concupiſcibilem ſub rationali comprehendit, vt iam vna ſit animæ facultas, nõ tres. Similiter à ſeipſo diſſentit, cum affectuũ cauſam, modo irrationalem partem modo rationalẽ facit: & affectus nunc iudicia eſſe, modo illa conſequi tradit. Capite quarto, vbi affectus genera definit, ſecum pugnans. facit illos partim eſſe motus partis irrationalis, partim rationalis. Hinc prolixa oboritur quæſtio, quomodo affectus ſint animi motus partis irrationalis: quid ſit, quotque dicatur modis irrationale. quomodo propter affectuum vehementiam à ratione diſcedatur, vt quis intemperans dicatur aut incontinẽs. Capite deinde octauo, quid ſit affectus, inquirit. Chryſippus nunc iudicia eſſe, poſt ſine iudicio fieri dicit, vt ex definitione cupiditatis patet, quã definit appetitum eſſe rationalem: in iucundam

quoddam quatenus conuenit, irrationalē. Stoici affectus iudicia ſequi aſſerant. Poſsidonius vtriſque diſſentiens, eos ſtatuit oriri ab iraſcibili & concupiſcibili facultate. Nec minus à ſe diſsidet *Chryſippus in reddendis cauſis affectuum: quos quandoque ſine ratione fieri vult, alias rationalis eſſe facultatis. quin eò etiam delabitur vt eos ἐικῆ hoc eſt, temere fieri dicat. Pari modo hic fluctuant* Stoici, *quibus affectuum cauſa interdum eſt peccans ratio alias motus ſine cauſſa quandoque motus rationalis. Galenus modo iraſcibilem modo concupiſcibilem motum cenſet. Capite decimo tractatur, Chryſippus docens affectus eſſe iudicia & ſine iudicio fieri. Recitantur deinde Chryſippi teſtimonia quibus voluit cauſſam affectuum diuerſam eſſe à ratione: in hoc notatus quod quænam ea eſſet non dixerit. pulchra poſtremum quæſtione concluditur liber quomodo leniantur affectus.*

ARGVMENTVM CAP. I.

Pollicetur *Galenus, ſe prolixitatem ac breuitatem ita moderaturum in diſputando, vt quantum licet, medium inter eas teneat.* Supereſſe au*tem ſibi eam cum Chryſippo controuerſiam, cur, vbi animi affectus conſiſtunt, ibi ratio eſſe debeat.*

SI nimis prolixe oratio trahitur, non noſtræ id,ſed illorum culpæ eſt adſcribẽdum,qui libros ſuos, prauis argumentationibus referſerunt.ſi quis enim eas ſilentio præteriret, non tam contemptu,quàm ſolutionis inopia,videri poſſet,breuitatem ſecutus.ſi cõſeriatim omnia vellet refutare, verendum eſſet,ne tam longa euaderet diſputatio, vt nunquam finem eſſet inuẽtura.Quocirca, ego horum vtrunq; crimen euitare cũ velim,mediam quandam,& moderatam viã reperiſſe mihi videor , quæ & à deficienti breuitate,& à ſuperflua prolixitate æquis interuallis diſtet. Omiſsis enim omnibus aliis ſtoicis,ea tantum quæ Chryſippus de earum,quæ corpus noſtrum regunt,facultatũ decreto ſcripſerit,producenda in prę-ſentia,atque iis, quæ ab Hippocrate & Platone dicta ſunt, comparanda mihi eſſe cenſui. Cum autem quamplurima ab eo ſcripta ſint argumenta,quibus animæ affectus in thoracis ſedibusexiſtere probaretur,cur vero ibidem ratio conſiſtat, ne vna quidẽ demonſtratio allata ſit, ſed ſemper illud prompte,vt conceſſum ſumat, vbi affectus animæ exiſtant,ibi rationem quoque eſſe, nos & ſuperius , non pauca contra ipſum

hac

hac de re diſſeruimus,& nunc quæ reſtant, diſſerenda perſequemur. Sed ſi eadem ſemper de iiſdem ſcriberet Chryſippus,neq; in pleriſq; dogmatibus,anceps à ſeipſo diſſẽtiret,non longis mihi opus eſſet,ad reſpondendum ambagibus : quoniam vero alibi alia ac diuerſa, de iiſdẽ ſcribere inuenitur, neq, ſententiam hominis interpretari,neque vbi erret oſtendere facile eſt.

ARGVMENTVM CAP. II.

Quæ locis diſtinxerat Plato, ſtatuendo in capite rationem,in corde iram,ad vmbilicum cupiditatem : Chryſippus in vnum cordis locum ex poetarum teſtimonijs conatur pertrahere in hoc conſentiens cum Socrate & Platone,quod concupiſcibilem & iraſcibilem animæ facultates diuerſas facit à ratione ſed in eo ab illis diſcrepans quin in corde (vt Ariſtoteles) tres iſtas animæ facultates, earúmque effeffectus & opera opinatur exiſtere.

DE animæ igitur facultatibus quę nos regũt ac gubernãt, cũ in primo de anima libro, Platonis ſentẽtiã explicauerit, in capite rationẽ,in corde iracũdiã,ad vmbilicũ cupiditatẽ diſpoſitã eſſe ſubſequẽdo ipſe ad cor tria hæc cõtrahere,ac cogere nititur. verba eius in hũc modũ habẽt. Poeta autẽ in his exhuberãs,rationalẽ,& iraſcibi

lem hoc vno in loco collocatas eſſe, multis verſibus manifeſtat,in eodem etiam concupiſcibilem annectens, perinde ac debuit. Mox ſubdit. Rationalem enim partem hic eſſe,his verſibus ſignificat,

Aſt hoc conſilium, prudensq́ue in pectore mens eſt.
Verum animo nunquam noſtro ſub pectore ſuaſit.

Deinde pluribus carminibus appoſitis, ita infert: Iam verò etiam concupiſcibilé hic contineri his oſtendit.

Nunquam aliàs animum languenti in pectore noſtrum
Seu dea,ſeu mulier,tanto deuinxit amore.

Et paulo poſt rurſus,Iracundiam quoque eſſe his in partibus,hæc atq; id genus plura declarant.

Nō potuit cohibere irā,ſub pectore Iuno,
Sed loquitur. Et item:
Ira etiā quæ vel prudētē exaſperat ipſum,
Ira,furorq; viri,qui longe melle fluente
Dulcior, vt fumus, generoſo in pectore gliſcit.

Vt euidētiſsime ac manifeſtiſsime hic præ ſe ferat Chryſippus,ſe etiā ipsū, quēadmodū Hippocrates & Plato,concupiſcibilē,& iraſcibilē facultates animæ, eſſe à ratione

di

diuerſas opinari: in eo tamẽ ab illis diſſẽtire, ꝙ in corde oẽs, vt Ariſtoteles, nõ in trib⁹ viſcerib⁹ cerebro, iecore, & corde, vt illi, eſſe dicit. Quinetiã & facultatũ ipſarũ effectus, ſiue operationes, & affectus verſibus his quos aſcripſit, ſatis ſuperq́ue videtur oſtendiſſe. dũ enim inquit: Nũquam alias animum &c. amorẽ concupiſcibilis affectũ eſſe declarat. Iracundiam verò iraſcibilis, eo verſu probat: Non potuit cohibere irã &c. Nihil autẽ interſit in præſentia ſiue effectus, aut operationes, ſiue affectus huiuſcemodi omnia appelles, poſtea hanc rẽ diligenter diſcutiemus.

ARGVMENTVM CAP. III.

Multa deinceps recenſet, in quibus à ſeipſo diuerſus eſt Chryſippus. Hic in priore de anima libro, non inficiatur facultatem iraſcibilẽ & concupiſcibilem, earumque effectus: pòſt vbi de affectibus diſputat nõ eadẽ ſentire deprehenditur. ſed vel in vtranque partem Ariſtotelis & Platonis declinat. aut prorſus negat concupiſcibilem & iraſcibilẽ animæ vim. Dum affectus definit, eorũ cauſam ſtatuit irrationalem quandã in anima vim. Inde cum quærit vtrũ iudiciis ſuccedant affectus à Platone diſcedit: cuius diuiſionẽ negligit magis volens affectus iudicia putari. quã vt illi⁹ tripartitã hãc diuiſionẽ ſequeretur.

vt affectus aut iudicia ſint quædam, aut iudiciis ſuccedant. vel motus quidam ſint facultatū animæ concupiſcibilis & iraſcibilis. oblitus ſe ante ſcripſiſſe, amorem concupiſcibilis, iram iraſcibilis facultatis eſſe.

IN priore igitur de anima libro, Chryſippus non modo vllā eſſe animæ facultatem vel cōcupiſcibilem, vel iraſcibilem, nō inficiatur, ſed affectus etiā ipſarum edocet, & locū in corpore illis vnum aſſignat. In omnibus verò libris, vbi de affectibus ipſis agit, tum tribus illis, in quibus rationales huiuſce rei quæſtiones pertractat, tū curatorio, quē moralē inſcribūt nonnulli, non eodem modo de iiſdē ſentire deprehenditur. ſed quædā quaſi in vtranq; partem ſcribit, quædam ita, vt nullā eſſe animæ facultatem, neq; concupiſcibilē, neq; iraſcibilem exiſtimare videatur. Nam cùm definitiones affectus exponit, irrationalem vim quandam in anima, affectuum eſſe cauſam ſignificat, vt paulo poſt verbis eius explanandis mōſtrabo. poſtea vbi quærit, vtrū iudiciis ſuccedant affectus, à Platonis opinione manifeſtè recedit. quippe qui, ne à principio quidē in problematis diuiſione, mentionē vllam de ea ſibi eſſe faciendam cenſuerit. quanquam hoc illi primum, vt

qui

qui in diuiſionis defectu errauerit, crimini dari poteſt. affectus enim, exempli cauſa, amor, cum aut iudicium quoddam ſit, aut iudiciis ſuccedat, aut motus quidam concupiſcibilis facultatis exiſtat, eodē modo ira, aut iudicium, aut quidam irrationalis affectus, qui iudiciū ſubſequatur, aut facultatis iraſcibilis motio quędam, vehemēs ſit, ipſe neque ita, cum quæſtionem trifariam ſecari liceat, orationem hanc tractat, conaturque oſtendere melius eſſe, vt ipſos affectus potius iudicia, quàm iudiciis ſuccedentia exiſtimemus, quæ in priore de anima ſcripſerat ſanè oblitus, amorem concupiſcibilis, iram eſſe iraſcibilis facultatis.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Definiuntur affectus iuxta Chryſippum: Mœror, Græcis lype, præſentis mali recēs opinio: vel, demiſſio, ob id quod videtur fugiendum. Voluptas, præſentis boni recens opinio, vel, elatio ob id quod videtur expetendum. Timor eſt mali expectatio. In quibus quatenus ipſe ſecum aut cum aliis pugnat, explicatur.

QVemadmodū verò hic, ſimul & ſuorū ſcriptorū oblit⁹ eſt, & cōtra veterū dogma dicendū ſibi eſſe nō putauit, ita in generaliū affectuū definitionibus, quas primas expoſuit, prorſus ab eorū ſentētia

diuerſus abit. qui merorem definit, præſentis mali eſſe recentem opinionem, timorem, mali expetitionem, voluptatem præſentis boni recentem opinionem. proculdubio enim in his, rationalis animæ partis tantum, & cupiditate & iracũdia prætermiſſa, mentio facta eſt. ſiquidem ipſe tũ opinionẽ tum expectationẽ, in oratione tãtum conſiſtere arbitratur. in cupiditatis tamen definitione, quã expetitionem irrationalem eſſe inquit, attingit quidẽ, quantum ad vocabulũ attinet ſcilicet, irrationalem animæ facultatẽ, ſed in explicatione poſtea eius diſſentit. quippe cũ expetitio, quã in definitionẽ aſſumpſit, id autẽ eſt orexis, rationalis ſit facultatis. ita enim ipſam definit, expetitionẽ, appetitũ rationalem eſſe inquiens ad quandã, quatenus decet, iucunditatẽ tendentẽ. In his quidẽ definitionib. appetitiones, opiniones, iudicia eſſe affectus exiſtimat: in aliis quibuſdã ſequentibus, Epicuro magis & Zenoni, quã ſuis decretis cõſentanea ſcribit mœrorẽ definiẽs, demiſſionem inquit eſſe ob id quod videt̃ fugiendumꝰ: & voluptatem, elationem, ob id quod videtur expetendum. demiſſiones quippe & elationes, cõtractiones & diffuſiones, nam & has quandoque cõmemorat,

irra

irrationalis facultatis eſſe affectiones conſtat,quæ opiniones conſequuntur. At talé affectuum-ſubſtantiã eſſe Epicurus & Zeno,non ipſe Chryſippus opinatur. Quapropter demirari hominé cogor,qui in rationalis exactæq́; doctrinę profeſſione,nõ exacte agat.non enim in his tantũ, manifeſte à ſe ipſe diſſidet ac diſſentit , ſed etiam ibi,cum de perturbationis,ſiue affectus definitionibus ſcribés , perturbationé aſſerit irrationalé,ac contra naturã animæ commotionem,vehementioremq́; ac redundãtem appetitioné eſſe.deinde irrationale explicãs,quod ſine ratione,& iudicio eſt, ita dici ait.tum in exemplum, vehementioris illius ac nimiæ appetitionis eos,qui vehementi curſu agitantur,aſſumit. Quæ vtraque porrò ſuperiori illi orationi,quæ iudicia eſſe affectus ſtatuebat , aduerſantur. Quod euidentius conſtabit, ſi verba eius aſcripſerimus.

ARGVMENTVM CAP. V.

Quæ ſuperiori capite ſummatim dicebantur hic fuſius Chryſippi verbis explicata habes. Animal inquit,rationale,natura ſequitur rationẽ. à qua ſæpe deturbatur,vt vel præter naturã ac irrationabiliter feratur: aut impetu tantũ vehementiori. Irrationabiliter cum non paret rationi,eique aduerſatur:per impetus vehementiam

cum ſuam ac naturalem impetus ſymmetriam tranſgreditur, hæc omnia currentium exemplo planiora facit.

PRior oratio in hunc modũ habet, Primũ autẽ ſciendũ eſt, rationale animal, natura rationẽ ſequi, ac ſecundũ rationẽ, tanquã ducẽ agere. ſæpenumero tamẽ, etiã temerè ad aliqua ferri, & rationi nõ obtemperans, ab aliquibus magis, quã par ſit depelli. qua impulſione, vtræq; cõſtãt definitiones, & ea quæ eſt præternaturalis motionis, temerè ita atq; irrationabiliter factæ, & ea q̃ ex appetitionis redũdantia, nimiaq́; vehementia ſumitur. irrationale enim hoc ita accipiendũ, vt quod nõ obtẽperat rationi, quodq́; aduerſatur rationẽ, intelligamꝰ, qua etiã impulſione ſolemus dicere, ꝑtrudi quoſdã in moribus, & temere ſine iudicii ratione ferri, neq; ſi aberras fertur aliquis, aut incuria quadã, in ratione labitur, his verbis notare cõſueuimus: ſed maxime ſi ſecũdũ eã feratur, qua affectus deſcribũtur, impulſionẽ: cum natura cõparatũ ſit, vt animal rationale, nõ moueat̃ eo modo anima, ſed ratiõe. Atq; hęc vna Chryſippi oratio, qua priorẽ ꝑturbatis definitiõẽ explanãt, hic deſinit. alterã, qua definitio altera explicat̃, deinceps poſt hanc, in primo

de

de perturbationibus tractatu ſcriptã, tibi iam ſubnectam. Ad hunc modum, etiã appetitionis vehemẽtia ac redundantia dicta eſt. ꝓpterea ꝙ, congruã ſibi & naturalẽ appetitionũ conſtantiã tranſgrediuntur. fiet autẽ, quod dico hoc exemplo manifeſtius, ac planius. Dũ ex appetitu incedimus, crurum motio nõ eſt vehemẽtior, neq;, vt ita dicam, redũdat, ſed ſuſpẽdit quodam modo appetitũ, & moderatur, vt & ſtare cum voluerimus, & ingredi poſſimus. at in iis qui ex appetitione currunt, nõ ita amplius fit. ſed præter appetitionem crurũ, alternatio concitata nimis eſt, ac redundat, vt efferãtur effuſi. atq;, vbi ſemel inceperint, nõ valeant continuo, ita moderata crurum viciſſitudine moueri ac ferri. Quibus profecto ſimile quid in ipſis appetitionibus accidere mihi videtur, dum longius à rationis cõſtantia, diſcedunt: quẽadmodum cũ ad nõ obtẽperandũ illi incitãtur. atq; hæc vehementia ac redũdatio, quæ dicitur, in curſu præter appetitũ fit, in appetitu verò ipſo, præter rationẽ. ſiquidẽ naturalis appetitionis cõſtãtia per rationẽ, quatenus & quoad ipſa voluerit, efficitur. Quapropter cũ ita, eodemque modo tranſgreſſio accidat, tum vehemẽtior ac redundans appetitus,

tum

tum contra naturam & irrationalis animi commotio appellatur.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Examinat eam Chryſippi ſentẽtiam, qua docet animi perturbationem ſeu pathos dici motũ irrationalem,& contra naturã. Irrationalẽ interpretatur, qui aduerſatur rationẽ, nec illi obtemperat quo excluditur irrationalis illa affectuũ appetitio, à rebus inanimis & brutis. Nihil enim quod rationẽ à natura adeptũ non eſt, poteſt ei, quã non habet, aduerſari. Diſcernũtur deinde affectus à peccatis & erroribus. Errores ſũt praua iudicia,& à vero aberrans ratio. pathos eſt animi quidam motus, rationis imperium detrectans.

HActenus Chryſippi orationes. Age verò, vtraſque diligẽtius conſideremus à priori exordientes: qua docet & exponit, quo modo perturbatio animi, motus irrationalis, & contra naturam eſſe dicatur. Nã cum duo ſignificata, huiuſce vocabuli irrationalis eſſe cognoſceret, quorũ alterũ tantũ definitiõe hac ſua accipi vult, hoc eſt ſine iudicio, recte ſanè fecit, cum nullam nobis reliquerit ambiguitatẽ, ſed expreſſerit, ſe perturbationum appetitionem, eo modo irrationalem appellare, quatenus rationem aduerſatur, eique non pa-

ret

ret,ſineq́; iudicio exiſtit. Cùm igitur aduerſari inquit rationem,irrationalem illā affectuum appetitionem,ab inanimatis rebus,brutiſq́ue animalibꝰ,ſegregauit, quippe cum moueatur interdū, & lapis & lignum,cęteraq́; ſigillatim inanima,non ita tamen,vt rationē aduerſentur, eiuſq́; imperium detrectent, Quod enim obtemperandi & ſequendi facultatem à principio non eſt adeptum,qui fieri poteſt,vt parere nolit id rationi,eamq́; aduerſetur? non vti quidem ratione ſatis accommodatè in vniuerſum dici,etiam de his poſſet.ſed illa quibus natura inſita eſt, & parendi & ſequendi habilitas,& aduerſari,& non parere meritò dicentur,cū interdum aliter cōtra naturam feruntur.His igitur Chryſippus,in nullo neq; in animo, neq; animali, quod tamen rationis expers ſit,animalem affectum ineſſe oſtendit.Cum verò ſine ratione,& iudicio fieri perturbationum motionem ſcribit,deinde ſubnectens addit:neque ſi aberrans fertur aliquis, & incuria quadam,in ratione labitur aduerſione, & aſpernatione: perturbationes ipſas,ab erroribus & peccatis diſtinguit admodū apte.peccata ſiquidē & errores, nihil aliud ſunt,quā praua iudicia,quā falſa atq; à veritate

ritate

ritate aberrans ratio. perturbatio contra, nullus eſt rationis error, nulla incuria, ſed rationis imperium detrectās animę, quidā motus. qui enim, vt patriam ſeruet, liberorum vitā negligit, aut aliis iugulādos eos tradit, aut ipſe etiā eos iugulare non veretur, opinione & ſpecie boni, & ratione quadā vſus, id facit. At Medea non modo ratione aliqua, ad trucidandos filios nō inducta eſt, ſed ecōtrario prorſus retracta: quæ quidem cōſideratione & ratione, quænā mala ſit perpetratura, cognoſcere ſe inquit, irā tamē eſſe cōſiliis potētiorem ſuis, aſſerit. hoc eſt, nō ſubiectū eſſe affectū, nō parere, nō obſequi, tanquā dominę cuidā rationi: ſed habenas detrectare, recedere ab ea, imperiumq; reiicere. quaſi alterius cuiuſdam facultatis illa pturbatio, vel opus, vel affectio ſit, nō rationalis. qui enim id pōt? vt idē ſibiipſi nō parcat? ſe aduerſetur? ſe non ſequatur? Hæc ſanè omnia, præter q̄ quòd nihil in ſe reprehendendum habent, ſunt etiam vere & diſtincte, & ad Platonis ſententiam dicta.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Exponit alteram definitionis partem quādo à ratione animal ex nimia affectuū violentia depellitur: adhibito currentium exemplo, qui non

ſtatim

ſtatim cum volunt, poſſunt conſiſtere. Vtque variæ ſunt currentium formæ, ita motuum in animi affectibus. Si ſola incitat ratio, penes eā ſolā erit affectuum ſedandorum facultas: quam qui ſequitur temperans nuncupatur. ſin ad eam acceſſerit concupiſcentia aut ira, & ratio impetū retraxerit, continens talis vocabitur. ſed ſi vicerit affectus incontinens. At ſi ratio affectui conſentiens vnà rapiatur, ac ſequatur, ſedabitur nunquam perturbatio, quod in intemperantibus manifeſtum, qui à concupiſcentia rapti feruntur, ratione tanquam fabula quadam ſubſequente.

Similiter quoque, quæ in ſecundæ definitionis expoſitione ſcripta ſunt, vbi velociter currentes commemorat, qui neque ſi ſubſiſtere voluerint, facere id ſtatim poſſunt: perſpicua eñ hic altera prę̄ter rationem facultas, à qua affectiones huiuſcemodi exiſtat, oſtenditur. Quod euidētius cognoſcere poterimus, ſi cauſam cur eueniat, vt ſtare confeſtim non poſsint. plerique ex iis qui currunt, inueſtigauerimus. atque huiuſce rei inuentio inde nobis offertur, quòd nō omnibus ita cōtingit, ſed illis tantum, qui per planum aliquem, aut etiam decliuem campum feruntur. nemini enim eſt videre, qui per ac

cli

cliuia loca decurrat, id accidiſſe. ſtatim ſiquidem vbi voluerint, ſiſtunt: quippe cum corporis moles & grauitas non poſſit hos, ſicuti illos, violenter deorſum trahere. Quod propterea euenire conſtat, quód impetus illius & motus cauſa, compoſita eſt altera animalium, quæ ex appetitione mouentur: altera inanimatarum rerum, quæ pondere inclinantur, & grauant. Ita ſaxa, plerunque è montibus præcipitata, non ante quàm ad planitiem aliquam, aut vallem deuoluta fuerint, valent impetum ſuſtinere. Vnde ſatis iam liquet hoc etiã exẽplo, facultatem quandam natura irrationalem, diuerſam à ratione perinde vt eſt in animalium corporibus grauitas, ſignificari. Non poſſe verò ipſos, ob hoc ſtatim vbi voluerint, conſiſtere, non tantum ex accliuium decliuiumque locorum differentia, ſed ex diuerſitate etiam motionis, vel in ipſa planitie colligitur. qui enim retro corporis impetum currendo reflexerit, is liberam habet cum voluerit, ſubſiſtendi poteſtatem. Qui contra in anteriorẽ partem currit, ab eodem ipſo impetu & procliuitate corporis, ne id queat, prohibetur. atque ita fit, vt omnes hunc ad modũ currant, ab ipſa rei natura edocti procliuem, corpo

corporis in anteriora impetum, motionis celeritate adiuuantes. Quẽadmodum igitur ô bone Chryſippe, iis qui nihil à corporis mole ad motus velocitatem iuuãtur, in promptu eſt ſubſiſtere, illis verò, qui ex duplici cauſa celeritatẽ adipiſcuntur, voluntas ad cohibendũ non amplius ſufficit, ita in animæ appetitiõibus fieri, manifeſtũ eſt. Cùm ratio ſola in cauſa eſt penes eam etiã ſolam erit ſedandæ atque inhibendæ appetitionis facultas. Si verò, vel ira, vel cupiditas, irrationales vtiq; facultates, & corporis grauitati p̄ ſimiles, ad eã acceſſerint, ilico quidẽ vbi vult, inſiſtere nõ põt, mora tamen quadã, vt in currentibus fit, fortaſſe id cõſequetur, fortaſſe addidi propter cauſarũ ſingulariũ, quæ appetitionẽ incitãt, inæquales vires. Cũ enim & ratio, & concupiſcentia, & ira ipſam moueant, ſi ab vna ex his extiterit, quieſcẽtibus reliquis, ab eadẽ ſola ſubiugabitur & regetur. verbi cauſa. ſi à ratione fit, ab eadẽ poterit & ſedari, & denuo, ſi ſola voluntas affuerit excitari. ſi ab iracũdia aliqua, aut cupiditate, ab eadẽ cùm deſiſtet. ſi à duobus ſimul agentibus. vt ratione, & aliqua irrationali facultate excitata fuerit, vel retrahet ratio, & ita quæ fortior erit, victoriam conſeque

ſequetur. vel concurret eadē, & ſedabitur nunquam perturbatio. cōcurrere rationē cū affectu hoc modo dico, cum ea quæ ille fecit, ratio etiā cōprobat. id quod in intemperantibus videre licet. qui, cùm in anima ipſorum, cupiditatē ratio ſponte ſequatur, iucundiſsimis rebus frui, ſummum bonum eſſe cenſent. reſiſtere verò rationē affectui tum aſſero, cū homo propoſitę voluptatis delectationē honeſtam quidem aut bonam minime eſſe opinat. ſed validiori quodā cōcupiſcibilis partis motu, ad ipſam attrahitur. Quòd ſi ſuperior euaſerit ratio, ſui ſuorūq; affectuū cōtinens homo & eſt & dicit: ſi cupiditas vicerit, contrariā huic appellationem ſortitus, incontinens nominatur. Qui verò à ratione ſola, ad iucundarū rerū vſum ducitur, perceptionē ipſarum nō fruitione, ſed vtilitate metitus, is tēperans vocitatur: ſicut intemperans, qui contra à concupiſcentia ſola trahitur, ſequente etiā tanquam ancillā quadā, ipſa ratione. Huic atq; id genus appetitiones mouentiū cauſarum, complexioni etiam Chryſippi exēplum adſtipulatur. Nam qui per accliuia atque ardua currūt, eos rationalis ſola vis ducit. irrationalis, quam corporis grauitatem eſſe diximus, eos qui è præcipitio inuiti

uiti feruntur. at qui per decliuia currunt, ab vtriſq; mouetur. Nec ſecus qui per plana, ſi in anteriorem partem curſum intendant. nam ſi retro reclinent, currere quidẽ etiam ita poterunt, ſed minus quã alii, & cùm voluerint, ſiſtent.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Varia eſt philoſophorum de affectuum natura opinio. Chryſippus vult eos quædam eſſe iudicia. Zeno, eſt Stoici alij non pauci, opinantur illos iudicia ſequi, animique quoſdam eſſe irrationales contractiones, ſubmiſſiones, morſus elationes & diffuſiones. Poſidonius ab vtraque recedens opinione, oriri eos ex iraſcibili & concupiſcibili facultate cenſet. Aduerſatur ſibi Chryſippus, interdum ſine ratione & iudicio affectus fieri arbitratus alias eos iudicia ipſa eſſe affirmans. Nec æquiuocatio vocis iudicij. illum excuſare poteſt.

ITa patet Chryſippũ nihil in definitionũ præſertim explanatione, q̃d veteribus cõtrariũ ſit, pronũciaſſe. Cũ verò procedẽdo deinceps cõſiderat, vtrũ affectus iudicia quædã, an iudiciorum ſubſecutiones ſint exiſtimandi, vtrobique à veterum diſciplina recedit, in eo tamen multo magis, ꝙ id q̃d peius eſt, videtur elegiſſe. Aduerſatur quippe hac videlicet in re Zeno-

ni,ſibi,aliisq; Stoicis, qui non iudicia ipſa animæ, ſed quæ iudicia ſequuntur, irrationales cõtractiones,& humiliationes,& morſus,elationesq́; & diffuſiones animæ, affectus eſſe opinantur. Poſidonius tamen ab vtriſq; his opinionibus prorſus remotus atq; alienus,neq; iudicia, neq; iudiciis ſuccedẽtia eſſe,affectus putat, ſed oriri eos ex iraſcibili & cõcupiſcibili facultate cenſet, in omnibus veterũ rationẽ ſecutus, & frequẽter etiã in eo,quẽ de affectibus ſcribit, tractatu, Chryſippũ pcontat̃. ab eoq́; quæ tandẽ ſit vehemẽtioris ac redũdantis illius appetitionis cauſa,requirit:ratio quidem, prẹter ſua negotia,ſuosq́; terminos redundare amplius nõ põt.alterã igit̃ eſſe facultatẽ ratiõis expertẽ,neceſſe eſt,quæ in cauſa ſit,vt vltra rationis terminos,appetitio redundet ac ſuperet. ſicuti vt curſus ſupra volũtatis terminos effundatur, irrationalis cauſa corporis grauitas efficit.Verũ minime mirum eſſe debet, ꝙ multis Chryſippus refragetur,nec minus,ꝙ à veritate aberrauerit.veniam enim homini nato & peccanti dari conuenit,ſed ꝙ ne aggreſſus quidem omnino eſt, veterũ rationes diſſoluere,ſecumq́; diſſentit,illud verò, non admirationi eſſe,nullo pacto poteſt. Cùm modo

do

do perturbationes ſine ratione & iudicio fieri exiſtimet, modo non tantũ iudicia ſequi, ſed iudicia ipſa, eos eſſe affirmet. At iudicii penitus expertem eſſe, & iudicium ipſum eſſe affectũ, ſummopere ſcilicet inter ſe repugnant. niſi forte aliquis tueri Chryſippũ volens, iudicii vocabulũ plura ſignificare dicat, & in definitionis expoſitione, pro deliberatione ſumptũ fuiſſe. vt idẽ ſit ſine iudicio, quod ſine deliberatione. cũ vero iudicia appellat perturbationes, appetitus ipſos & aſſenſus, iudicia ab eo fuiſſe nominatos. Quod quidẽ ſiquis admiſerit, efficietur, vt redũdans aſſenſio perturbatio ſit, & rurſus inſtabit Poſidonius, & cauſam, vnde redũdatio illa eſſe poſſit, requiret. Adde ꝙ vel maximus in doctrina error à Chryſippo cõmiſſus eſt: nã ſi quod maxime rẽ, cauſamq́; cõtinet, illud eſt, vt nominis cõmunio, quã æquiuocationẽ dicimus, diſtinguatur, atq; explicetur, quo ſignificato, ſine iudicio fieri perturbationes, quo item iudicia eaſdem eſſe dictum ſit, & ipſe in quatuor libris, quos de affectibus ſcripſit, nuſquã id feciſſe inueniatur, quo tandem modo, merito accuſari non debet? Nemo enim ſanè, qui vel ſummam breuitatem ſectetur poſſet tam neceſſaria recte

ſilentio præterire, & multo magis, ſi, vt Chryſippus facit,orationē longiſsimè protraheret.Verū de his,etiā paulo poſt videbimus, nunc cū ſexcenta huiuſcemodi poſſim referre,quæ fortaſſe poſtea, ſi paulo liberius ocium nactus fuero, in vnum librū omnia congeram, prætermiſsis cæteris eā tantum, quæ ad propoſitam rem pertinēt, commemorabo.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Cupiditatis duplex deſinitio proponitur prior eſt appetitus irrationalis, in iucundum aliquod quatenus conuenit incitatus.poſterior, eſt appetitus rationalis,in iucundum quoddam quatenus conuenit,irrationalis.Hæc craſſa eſt & non ferenda contrarietas.vt negetur eſſe ſine ratione & iudicio, quod in ratione conſiſtit.dicitur autem irrationale,etiam iuxta Chryſippum.dupliciter tantum, vt aphonon & atrachilon. quæ alias priuationem.vocis aut colli,alias vitium tantum eorundam ſignificant. Sic irrationale primum dicitur:cui bona ratio contraria eſt.vt error & iudicium prauum. Secundo, quod rationis non eſt particeps: aut capax. vt impetus motusque ſecundum affectum. Neutro horum modorum Chryſippus affectum vocat irrationalem, ſed ob id tantum quòd rationem auerſetur. Qua in eo non caret reprehenſione.Nota-

bus

bis quoq; hic inter alia dicitur: Vbi ratio dux eſt, aut virtus ſequitur aut inteũ: affectus nunquam. Proprium autem affectus eſt, animum ſine ratione moueri.

CVm igitur in primo de perturbationibus libro, cupiditatem, expetitionẽ irrationalẽ eſſe definierit, ipſam tamen expetitionem, quã orexin Græci dicũt, rurſus in ſexto generaliũ definitionũ, appetitionẽ rationalẽ eſſe ait, ad iucundũ quoddã, quatenus decet, incitatã. ita quoq; in libris de appetitione definit, vt cupiditatis definitio ſi explicetur, talis euadat: Cupiditas eſt appetitio ratiõalis ad iucũdũ quoddam, quatenus decet, incitata, irrationalis. Verùm ſi quis in diuerſis libris, vel abſq; libris etiã, diuerſo in ſermone ita torpeat, vt dictorũ repugnãtiã nõ aduertat, minus culpandus fortaſſe fuerit. cũ verò in eadẽ re quã dicit quiſpiã, cõtraria & penitus inter ſe pugnantia connectit, doctrinam'is in eo cõfundit & turbat, magnãq; difficultatẽ & hæſitationem redarguere ea conantibus exhibet, perinde ac ſi quis ita dicat: ſe cũ ſurſum deſcenderit, collocutusq́; cum lapide fuerit, & per medium ſaxum nauigarit, in gurgitem lacus aſcendiſſe. Si enim hunc, non aſcendiſſe arguere velis,

propterea quòd ſurſum dixerit ſe deſcendiſſe, illud idē ſe quoq; dixiſſe aſſeuerabit, verbo illo ſurſum appoſito. ſi etiã fuiſſe cũ nullo collocutũ refellas, ſe hoc quoq; ſignificaſſe reſpondebit. cum lapide enim colloqui, & non colloqui idē eſſe, cũ nemo, cum lapide loquatur: & reliqua ſimili modo captioſe poterit interpretari ac tueri, vt longè melius ſit, taliũ orationũ genus, in quibus opus eſt, vt non ea quæ ex vſu ſingnla verba ſignificant, ſed alia quædam intelligamus, ſtatim à principio euitare. Pari ratione Chryſippus aget, ſi ſine iudicio dixeris, affectus animæ fieri, ille eſt cũ iudicio exiſtere, & iudicia quoq; ipſa eſſe: ſi ſine ratione & irrationales aſſeras, ille neq; irrationales neq; in rationis experte, aliqua animæ facultate, ſed in ratiocinante fieri, cuius officiũ eſt iudicare, & rationales idcirco eſſe: ſi imperiũ contumaciter detrectando, & auerſando rationē, eos dicas effici, ille nulla ſibi altera opus eſſe facultate, qua contra rationē cõtumaciter mota, affectus exiſtant: ſeq́; talem quampiã vim, vt quidã philoſophi, qui concupiſcibilem & iraſcibilem introduxerunt, non admittere, ac demum ſolum ſe hominis principatum rationalem exiſtimare, tibi intelligēdum

dum eſſe cēſebit. At vero, ſi quis coram in quæſtionē aliquā ex tempore incideret, deberet ille quidē, ita etiā tum diſtinctè, tum perſpicue verbis vti. veniā tamē errorum, ſi id non faceret, cōſequeretur. Cum vero ille, qui & demonſtratiuā, & rationalē diſſertationē ex profeſſo ſcribit inobedientē rationi motū quēdam appellet, velitq; eū, nos rationalem intelligere: vel eū auerſari quidē rationē non neget, nihil tamē aliud eſſe, q̄ rationē & iudicium ipſum dicat: cur ignoſci ei debeat, curq; non ſit vel maxime reprehendēdus, non video. quippe qui erubeſcere & verecundari, lætari & gaudere de eadē re dici, impudēter neget. At Chryſippus, cum enucleate omnia ita tractare propoſuerit, vt vel vocabula ipſa obſeruāda, nimis moroſe quandoq; cenſeat, quod paulo ante non ex ratione & iudicio fieri dixerat, progrediendo poſtea in ratione, idē conſiſtere affirmat: cum poſſet omnes huiuſcemodi ita intempeſtiuas, & præter Græcorum vſum fictas æquiuocationes vitare, & Grçcis verbis ac dilucidis diſtinguere, atque abſoluere diſputationem. Nam irrationale quemadmodū inuocale & decollatum, hoc eſt ἄφωνον & ἀτράχηλον duobus modis omnes accipiunt, neque hoc ver

bum in tertio ſignificato,vſurpatum reperiri vſquam poteſt, neque apud recentiores,neque apud veteres Græcos,quantum ex libris ipſorum licet coniectare. inuocale ſiquidem & decollatum (cogit enim me Chryſippi interpretatio verba hæc exponere,) ita appellant,vt interdum priuatio vocis vel colli, interdum deprauatio ſignificetur. Cùm enim piſces inuocales eſſe dicimus,vel plantas,id deſignamus, vt nullā prorſus habere vocem intelligantur. cùm inuocabilem citharœdum, vel præconem appellamus, vocis deprauationem, ac vitium innuimus, id eſt aut exilis, aut aſperæ aut vaſtæ, aut tale quippiam,non voce penitus carere hominem ſignificamus. Quemadmodum etiam, decollati quidam homines appellantur, non quòd ſicuti piſces,nullum omnino, ſed quòd paruum habeant collum.fieri enim non poteſt, vt ita decollatus homo aliquis ſit, vt collo penitus vacet.ita fit,hic quoque duo illa ſignificata ſicut in verbo inuocali ſeruentur. Nec diſsimilia his ſunt, impedatus,decrus deuentris,decoctis,demanus, atque id genus alia , in quibus, in,vel de particula,nominis vniuſcuiuſque ſignificatum quandoque tollit ac negat,quandoque non tol-

lit

lit.in eundem modum vocem hanc,irrationale,inuenio,& apud veteres omnes viſitatam fuiſſe,& à noſtræ tempeſtatis hominibus vſurpari. Si enim vel piſcem aliquis, vel cancrum irrationalem dicat, vocis huius irrationalis ſignificatum , omnino deſtruit.ſi aliquod dictum reprehendẽdo,dixerimus irrationale, ſeu irrationabile eſſe, non quòd nullam in ſe rationẽ habeat, ſed ꝙ reprehenſione dignum,ac ſtultũ prauũque ſit,ita appellabimus.tertiũ verò aliud, aut certe quartum,vt iſti extorquent,ſignificatum,in vſu apud Græcos,qui quidẽ vocis huius explicationem profiteantur,non eſt.id quod Chryſippus etiam ipſe,his verbis oſtendit.Idcirco non ab re, animi perturbatio, commotio contra naturam eſſe à quibuſdam dicitur : vt in metu & libidine ſimilibusq; apparet.omnes enim eiuſmodi motus & conſtitutiones,rationi non obtẽperãt , eamq́ue auerſantur. vnde eos , qui ita affecti ſunt , irrationabiliter ferri dicimus,non ꝙ in ratiocinando errent, vt dici poſſet , ex contraria ad conſentaneum rationi ſignificatione : ſed propter rationis auerſationem. Euidenter hic Chryſippus, duo ſignificata huiuſce nominis , irrationalis, quæ apud Græcos reuera habentur,

oſt

oſtendit. vnum, cum rationi conſentaneũ opponitur:alterũ, quod particeps capaxq́; rationis,neutiquam eſt.illud ſanè quod rationi conſentaneo aduerſatur,error eſt, & iudicium prauum.hoc quod ſine ratione vlla fit,eſt appetitio in perturbatione,& cõmotio.ſi verò plura huiuſce nominis ſignificata fuiſſent,de illis etiam,aliquid dicere non eſſet grauatus,vt planum fieret,animi perturbationem,nullo ex illis modis fuiſſe appellatam irrationalem:ſed illo tantũ, vt ipſe dixit, quia ex aſpernatione rationis efficitur. Nam cum quis male iudicat, non aſpernatur ille quidem rationem, ſed in ea errat& fallitur.appetitus verò,qui in ira & cupiditate exiſtunt,cum non vtãtur ratione,irrationaleſq; nominantur à Chryſippo altera ſignificatione,vbi in præpoſitionem docuimus annexæ ſibi partis ſignificatum negare,ac tollere.animi enim motus,aduerſus ratione contumax,ea ſignificatione irrationalis eſt,vt nullũ in ſe rationis vſum cõtineat.Quòd ſi in ipſo quoque ratione vtimur,nõ recte Chryſipp⁹ in primo de perturbationibus libro, illud dixit: Neq; ſi aberrãs fertur aliquis, aut incuria quadã in ratione labitur,ſed ſi auerſus ipſi minimeq́; obtẽperanis eſt.Et rurſus in per-

tur

turbationũ curatione,ea ipſa quæ paulo ſuperius àme recitata ſunt: vbi irrationale, quod rationi conſentaneo oppoſitũ eſt, dicebat in perturbationis definitione,nõ fuiſſe aſſumptum,ſed alterum, quod cõtumax eſſet,auerſareturq́; rationem. nã ſubſequẽdo ita inquit: Vnde incontinentes omnes, hæ conſtitutiones habentur,quippe cũ ſui compotũ minime ſint, ſed excurrentiũ hominum.ſimiliter qui intente currunt,cum incitationẽ eam ſuſtinere nõ valeant,efferuntur. Qui verò ratione duce mouentur, eaq́; motũ ſuũ regunt, qualiſcunq; ea fuerit,dominãtur ii omnibus huiuſcemodi motionibus,& appetitionibus, vacantq́; perturbatione.Hic etiã verba illa,qualiſcunq; ea fuerit,orationi adiuncta:perſpicuam faciũt inter errores & perturbationes diſtinctionem.ſiue enim recta ſit,&vera ratio,ſiue praua & falſa,nunquã in perturbatione eſſepoterit,qui per eam mouetur.ſed ſi vera fuerit,decenter, recte,& cõſtanter mouetur:ſi falſa,prauè & cum errore.nã cũ dux ratio eſt,vel virtus, vel error ſequitur,perturbatio nunquã.Verbi cauſa,voluptatem bonũ eſſe opinari,ſicut Epicurus, peccans eſt & falſa ratio, omneſq́; operationes, & ſingulares motus animæ,quicunque volu-

pta

ptatem tanquam finem praue coniectant, prauos quidem neceſſario,& errãtes habet nondum tamen perturbationibus affectos. proprium quippe perturbationis illud eſt, vt ſine ratione animus moueatur. Vnde apte Chryſippus ita ſcripſit: Qui verò ratione duce mouentur,eaq́; ſingulares videlicet animi motus regũt,horũ appetitionibꝰ dominãtur,de ambulãtib. ꝑſimiles neq; ab iis, perinde atq; illi, qui ꝑ decliuia currunt,violenter feruntur. Supraſcriptæ enim orationi, etiam hæc adiungit in hunc modum, Qui verò ratione duce mouẽtur, eaq́; motus ſuos regunt.qualiſcunq, ea fuerit,horum appetitionib.dominãtur, vt pareant ſimul,atq; ipſa indixerit: vt in deambulantib.vſu venit.non contentus his,ſubnectit:Propterea ita rationales motus,perturbationes dicuntur eſſe,& contra naturã quippe qui è rationali conſtitutione egrediantur.Quid ita?an ſcilicet, quia ſine vlla prorſus ratione ſunt, eamq́; aſpernantur, quam nobis ducem omnium ſingularũ actionum natura conceſſit,quæ in perturbationibus non præit.Vnde omnes perturbationum commotiones, è rationali conſtitutione egreſſas fuiſſe inquit. recte admodum, nam ſi rationalis animalis conſtitu-

tio,ducem habet rationem, eaq́; non dominatur, neque perturbationum motionibus præeſt,egreſſus profecto eſt ille, è rationali natura qui perturbatione commouetur.

ARGVMENTVM CAP. X.

Cum nihil accidat ſuis cauſa, quæritur quæ ſit affectuum cauſa Maxime celebres Stoici, hic diſsident. Interdum peccantem, vel errantem rationem & falſam opinionem, interdum motus quoſdam ſine cauſa ſtatuunt. Alias affectuũ motus rationales faciunt.Simili modo hic fluctuat Chryſippus:modo ſine omni ratione fieri dicit affectus, modo facultatis duntaxat eſſe rationalis alias ſine iudicio oriri,tum iudicia ipſa eſſe.Aliquando dicit affectus fieri εἰκῆ. *Vt cum dicit,timorem ferri* εἰκῆ. *Si intelligi* εἰκῆ, *temerè & ſine cauſa ſibi ac omnium hominum ſententijs refragatur ſui,citra rationem, irrationalitas quædam introducitur At non poteſt aliquid ſimul contra rationem & à ratione exiſtere. Concluditur ergo, irrationalem quandam eſſe facultatem,quæ affectum creat ſibique repugnantem Chryſippum, qui dicit quoſdam affectuum motus contra rationem & à rationali facultate produci.*

Iam

IAm vero ſi ratio appetitui non præeſt, reſpondeant nobis Chryſippei, quid illud tandem ſit, quod præſit. non ſufficit ſanè, ſi neq; rationẽ, neq; quampiã aliam facultatem dicant. ita enim motũ aliquẽ ſine cauſa eſſe cõcederent, quod ante omnia cauendũ eſſe, ipſi præcipiunt, & Epicurũ qui tale quippiã poſuerit, reprehendunt. ſi igitur nihil ſine cauſa fit, & hic non eſt Chryſippi tãtũ, aut Ariſtotelis, aut Platonis, ſed omnium ferè philoſophorũ cõmunis conſenſus, reſpondeant iam ecquenã perturbationũ motionis cauſa ſit. neq; enim vt in peccatis & officiis, ita hic princeps & cauſa eſſe ratio poteſt. Proinde Poſidonius, vt pote ſcilicet ab ineũte ætate, in geometria verſatus, magisq́; quàm cæteri ſtoici, demõſtrationibus ſequentis aſſuetus, eribuit contra euidenter patientia certare, atq;, vt Chryſippus, ſibiipſi contraria ac repugnãtia dicere. conaturq́; non tantum ſe, ſed Zenonem etiam Citieum Platonicis conciliare. reliqui autem ferè ſtoici, neſcio quo modo Chryſippi errores ſequi, quàm verum eligere maluerunt. Quiq́; ex ipſis maxime celebres nunc habentur, identidem nobis ſciſcitantibus, ecquam cauſam perturbationum motus ponẽdam arbitrentur, vltro

Nihil ſine cauſa fieri oĩm philoſophorũ cõſenſus.

Poſidonius magisquã cæteri ſtoici, demõſt. ſequẽdis aſſuetus.

citr

citroq́; orationem inuertunt ac miſcent,& nihil tandem explicant. ſed interdum errãtem rationem, & falſam opinionẽ perturbationum, motionis cauſam eſſe dicunt. alias Chryſippi oratione deterriti, etiam ab his recedunt. & quoſdam ſine cauſa motus ſtatuunt. & nunquam in eadem reſponſione perſiſtunt. ſed quamlibet in partem, euripi inſtar, fluxum tranſmutant ab ea reſponſione quæ rationem & opinionẽ perturbationum cauſam eſſe ait, ad eam quæ neſcio quo modo, ſine cauſa moueri animã dicit, atq; ita in perturbationes incidere: & rurſus ab hac temeraria, & in cauſata motione, eò tranſeũt, vt perturbationum motus, eſſe rationales affirmare non dubitẽt. vtriq; enim reſponſioni, in promptu adiacens redargutio inſiſtere in neutra eos permittit. nam cùm perturbationum motus, à ratione fieri dicunt, errorem à perturbatione diſcernere nequeunt: cum verò rationem etiam ipſam omittunt, in motã quendam ſine cauſa delabuntur. At vtraq; hæc abſurda, euitare facile poterant. illud, nullam inter errorem & perturbationẽ relinqui diſtinctionem, ſi perturbationes à ratione ſeparaſſent: hoc nihil ſine cauſa fieri ſi irrationales quaſdam facultates, in ani-

ma eſſe perturbationum cauſas,confeſsi eſſent.neq; verò alii tantum,ſed Chryſippus quoq; in libris de perturbationibus,in nulla firmiter opinione ſtabilitur,ſed quaſi in tempeſtate fluctuat.& modo ſine vlla ratione perturbationes fieri, modo facultatis eſſe rationalis duntaxat,eas aſſeuerat,eáq; ob rem in brutis non effici.alias ſine iudicio oriri,aliàs iudicia ipſa eſſe.adde,ꝙ nōnunquam in id incidit,vt perturbationum motus,temere excitari dicat. quod nihil aliud eſt,ſi vim vocabuli diligenter perpendas,quàm ſine cauſa. ad ea enim quæ paulo ſuperius ſcripſerat,ita deinceps ſubiungit.Conuenienter perturbationum generi aſsignatur etiam terror ex eo ꝙ incutitur ita,& temere fertur. Si temere, ſine cauſa intelligis Chryſippe, tibi ipſi, Ariſtoteli. Platoni,omnium demum hominum notionibus refragaris,atq; in primis rerum naturæ, qua nihil ſine cauſa fieri comparatū eſt.ſi verò ſine ratione vis ſignificare,efficis,vt irrationalitas ità quidem introducatur,reſtet tamen adhuc id, de quo à principio quærebamus, hunc præter naturalem motum,cum à ratione non exiſtat, ab alia quapiā cauſa eſſe debere.De te igitur quærimus. quæ cauſa ipſum creat, & fabrica-

tur

tur?nos quidem modo iraſcibilem vim,modo concupiſcibilem ,eam eſſe dicimus. tu neque has fateri , neque rationalem audes affirmare.ſed temere fieri dicis,atq; ita abſolutum te à quæſtione arbitraris.quaſi neſcias,quicquid temere & caſu fieri dicitur, id ex cognitione noſtra, nō ex veritate,ita appellari conſueuiſſe,vt diuinus Hippocrates teſtatur,Nobis quidem,inquit,fortuitum eſt : ſed cauſæ ipſi minime eſt fortuitum. Eodem modo Chryſippus, cum perturbationem eſſe vehementiorem ac redūdantem appetitum enarrat,& in eo tractatu qui moralis, ſeu perturbationum curatorius inſcribitur, & in primo rationalium quæſtionum , vltra rationis conſtantiam, fieri motionis huius exceſſum inquiēs, cauſam qua id efficiatur nō apponit.atqui debebat hic quoque non implicare , & confundere ſuperflua hac prolixitate orationem , ſed cauſam cur redundet appetitus reddere, atque ita breuibus ſe expedire: vt ſicut in his qui per decliuia currunt , præter voluntatem , etiam corporis grauitas cauſa eſt motionis , ſimili modo in animi perturbationibus , aliquid aliud diceret, ad rationalem facultatem accedere , quod immoderatæ illius,& vt ipſe appellat , ef-

ſuſæ motionis, in cauſa eſſet. Quæ verò in libro de perturbationũ curatione ſcribit,in hunc modum ſe habent. Proprie verò etiam,appetitus vehementior ac redundans,dicitur eſſe perturbatio,perinde ac ſi quis, effuſorũ motuum redundantẽ agitationẽ appellet, cum ex rationis auerſione, redundantia illa nimiaq; vehementia efficiatur.quod verò eſt ſine redundantia hac, conſeruatoriũ ac ſalutare nuncupamus.nã cum trãſgreditur rationẽ appetitus, & contra hanc profuſe fertur,apte dicitur redũdare.atq; ex hoc,contra naturã eſſe,& irrationalis,vt deſcribimus.Qui trãſgreditur, inquit,rationẽ appetitus, & cõtra hãc præceps fertur,immaderatã illam perturbationis efficit motionẽ. non eſt igitur Chryſippe ratio, effuſi atq; immoderati motus cauſa.quippe cum etiã tu contra rationem,illũ exiſtere fatearis,vt verò ſimul & contra rationẽ aliquid & à ratione fiat, eſſe nullo modo poteſt.cauſam tamen cur fiat,conſtituere neceſſe eſt .at ea rationalis minime eſt.efficitur igitur, vt quæ perturbationem creat, facultas quædam ſit irrationalis : & fortaſſe non ab aliis, ſed à noſtra ipſorum acerbitate conuincimur: quippe cum liceret nobis ò bone Chryſippe, ex duobus al-

te

terum affirmare,vel inter errorem & perturbationem nihil intereſſe,vel ad errores ſuperuenire perturbationes : ſiquidē vtrūhorum dixiſſemus,immoderati illius contra rationem motus,cauſam nullam cogebamur afferre. Sed neutrum tu quidē auſus es dicere, veritus ſcilicet,ne contraria, aperte euidētib. aſſerere videreris.tibi ipſi tamen aduerſari non vides, cum cōtra rationem,motus quoſdam exiſtere,qui aduerſentur ac detrectent rationem,deinde paulo pòſt eoſdem à ratione fieri dicas.

ARGVMENTVM CAP. II.

Secum pugnat Chryſippus, dum animi affectus eſſe iudicia & ſine iudicio fieri aſſerit. Velut cum ægrotationem non in eo ſitas dicit, quod ſingula iudicamus eſſe bona, ſed quia immoderatè ad has extra naturæ decentem motum ferimur. Nam opinio de pecuniis quod bonæ ſint, non eſt ægrotatio ſed cum pro ſummo æſtimantur bono. Contra obiicit Poſidonius, quod ſapiētes, quibus honeſta pro ſummis bonis habentur, non ab his mouentur ſecundum affectum, vt affrenatè cupiant quæ appetunt, aut inaniter geſtiāt optatis potiti. Itē ex mediocribus (inquit) & paruis rebus, etiam accidit perturbatio. Subijcitur inde quæſtio, cur nonnulli de rebus magnis, licet conſilio ſint imbecilles conſultant, &

alios conſulunt, quod Agamemnon accepta clade fecit. Poſtremo quædam inter ſe pugnantia colligit.

EAdem hæc repugnantia, in eo etiam conſpicitur, cùm perturbationes animi, tum iudicia eſſe, tum ſine iudicio fieri aſſeris. dictũ illud quidem ex primo de perturbationib. libro ſumptũ, vbi ſine iudicio fieri perturbationes ait Chryſippus, ſuperius appoſui. Eandẽ verò etiam in curatorio libro, quẽ moralẽ quoq; inſcripſit, hominẽ ſequi opinionem, cognoſcere ex his verbis facile poſſumus. Non enim in eo quòd ſingula bona iudicamus eſſe, dicuntur ægrotationes: ſed in eo, quòd ad iſtas ſupra modum procliuius, quàm naturalis conſtantia poſtularet, excidimus. Sed ſi quis forte ita dicat, non negauit Chryſippus, his verbis ægrotationem eſſe iudiciũ, non tamen in ſolo iudicio falſo, ægrotationum ortum collocat, ſed ſupra modum quidam, nimiumq́ue ait accedere, ex his ſequentibus Chryſippi ſenſus patebit: Vnde nõ abſque ratione, mulieri furentes nõ nulli, quidam aurifurentes appellantur. ſi igitur furoris nomen, id eſt, mania, nõ fruſtra in ægrotationis annexo inditum eſt, & furor ab experte rationis facultate, quæ

eſt

eſt in corpore, exiſtit, efficitur vt nihilo ſecius, ex rationalibus ſit ægrotatio. At enim dixerit quiſpiam, non ex irrationali facultate furorem fieri,ſed ex eo quòd vlterius quàm deceat, & iudicium & opinio efferatur: quaſi ita dicat, ægrotationes in animo effici, non cum abſolute aliqua de re, ꝙ bona vel mala ſit, falſo opinamur: ſed cum ſummopere vel bonum, vel malũ quid eſſe exiſtimamus: ſiquidem opinio de pecuniis, quòd bonæ ſint, nondum ægrotatio eſt: ſed vbi quis ipſas ſummum bonum eſſe arbitratur, & ſi pecuniis priuetur, non amplius vitam vitalem ſibi eſſe putat, tùm demum ea ægrotatio dicitur: in hoc enim auaritia, & nimium pecuniarum deſideriũ, quæ ſunt ægrotationes, conſiſtunt.

Sed ita dicenti, occurrit Poſidonius ad hunc modum ſcribens. Cùm hæc à Chryſippo dicantur, dubitaret quiſpiam, quid eſt, cur ſapientes qui honeſta omnia, eſſe ſumma & inſuperabilia bona exiſtimant, non moueantur etiam ipſi cum perturbatione: & vel effrenate cupiant, quæ appetunt, vel ab ea quæ adepti fuerint, lætitia inaniter geſtiant. etenim ſi magnitudo eorum, quæ vel bona vel mala apparent opinionem mouet, vt rectũ, conueniensq; eſſe

arbitremur,illis tum præſentibus,tum aduentantibus commoueri,nullamque rationem admittamus,quamobrem, alio modo moueri ab eis debeamus,hoc idem etiam illis, qui bona ſua inſuperabilia & ſumma opinantur,cõtingeret.id quod minime cõſpicimus. Similiter quoque illos qui vel peccant,vel maxima detrimenta, ex vitiis ſibi aduentura ſuſpicantur, timore frangi ac demitti,atque in mœrores non mediocres incidere oporteret.at neque hoc euenire conſueuit. Poſt hæc Poſidonius deinceps ſubiungit. Si etiam ad magnitudinem eorum quæ videntur,animi quoque imbecillitatem in cauſa,vt perturbationes fiãt, eſſe dixerint: atque ideo ſapientes, omni prorſus perturbatione vacare ſtultos turbari,cum imbecilles fuerint, non illa quidem cõmuni imbecillitate,ſed ea quæ modum exceſſerit,ac ſupra quam deceat effluxerit, neque ita ſoluetur quæſtio. nam eos ex animi morbo,in perturbationes incidere,omnes fatentur.quomodo vero moueatur animus,vel moueat, adhuc in dubio relinquitur,nec demonſtratur. Deinceps etiam hæc ſcribit:neque ſolum qui ſuperfluentem prauitatem habent,& ſunt in procliuitate conſtituti, in perturbationes incur

currunt,ſed omnes etiam ſtulti, donec praui fuerint,tum in magnas, tum in paruas perturbationes labuntur. Item ſubnectit: Si quis verò opinetur cõueniens eſſe,ſe ab accidentibus illis ita moueri, vt aſpernetur rationem, magnam perturbationẽ oſtendit,nec recte opinatur:ex mediocribus ſiquidem & paruis rebus, perturbatio etiã contingit. Deinde ſubſequitur ita: Siq́ue duo eadem imbecillitate præditi ſint,& ſimilem boni vel mali opinionẽ ſpeciemq́; concipiant, alter in perturbationem incidet,alter minime:atque ille minus, hic magis.& quandoque imbecillior, maiora impendere ſuſpicatus,non mouetur.idẽ quoque ipſe,ob eaſdem res interdum perturbatur, interdum non: & alias magis,alias minus afficitur. Inſueti enim in terroribus, mœroribus, cupiditatibus, voluptatibus. magis mouentur:& prauiores ſtatim à perturbationibus corripiuntur.Poſt hæc Poſidonius,poëtarum dicta quædam,& veterum hiſtorias ſubiungit,quæ ſuis his rationibus,videantur ſtipulari.& deinde ita infert:Malum igitur,ab inſueto citò corripitur. item id quod eſt contrario modo exiſtimatum,quod tamen diutina poſtea conſuetudine mitigatur: in quibus opiniones,

necnon imbecillitates, ſæpenumero æquales ſunt, perturbationes autem, neque ex æquo, neque pares exiſtunt. Progrediens verò, interrogationes quaſdam, quæſtioneſq́ue ponit, quas, licet paulo longiores videantur, iiſdem illis verbis, non grauabor aſcribere. Quid eſt, cur nonnulli, cùm magnas res opinentur eſſe, conſilioq́ue imbecilli ſint, conſultant tamen, aliosq́ue inde liberationem adhibent conſultores? id quod peruigil Agamemnon, apud poëtam facit. Nam ſtatim ob cladem fuſumque exercitum, vna cum aliis principibus, incredibili quodam mœrore perculſus, vbi ſedata fuit perturbatio, quamuis accidentium opinio, rationumq́ue infirmitas perſeueraret, nequaquam tamen, quieſcendum cenſuit.

Aſt hæc voluenti, melior ſententia viſa
eſt,
Primum Nelidæ properè tentoria adire.
Atque ibi conſilium ſimul indagare, viamq́ue
Quærere, qua afflictis rebus, præſtare ſalutem,
Perniciẽ & poſſet cunctis auertere Graiis.
Cumq́ue ipſum, ad ſe procul per tenebras
aduen

aduentantem vidiſſet Neſtor, quiſque eſſet, interrogaſſet quadã cum miſeratione, ita reſpondet:

Error adeo, neque enim mulcet mea lumina ſomnus,
Sed bello exagitor Græcorum, & clade recenti.
Nam Danais valde timeo, nec mens mihi firma
Sat manet, ac trepidat dubiis in rebus, & ipſum
Cor pauitat, latebriſque e pectoris exilit imis.
Deficiuntq; mihi venie͂ti, crura tremore.

Si igitur in corde ita præ timore palpitante ac ſaliente ad conſultandum accedit, illi qui in perturbationibus ſunt, nequaquam, cùm opinantur pro accidentium magnitudine conuenire, vt nullam rationem admittãt, ex perturbationibus mouētur. Quod ſi neq; amplius timēs, ſed timorē ſecũ reputãs ea dicit Agamēnō, nō iniuria poſſet aliquis dubitare, cur nã eadē opione, imbecillitateq; propoſita, alii rationē aduerſent̃, alii admittant. cauſam verò ꝑturbationis, omnino nō affert. deinceps etiam hæc ſubiungit Poſidonius. Quod autem nō ſolum aduerſentur rationē in cupiditatibus, vt in-

quit,

quit,ſed inſuper etiam opinentur,licet nõ vtile ſit aliquid,id tamen ſic quoque habẽdum eſſe,atque amplexandum,repugnantiam in ſe habere videtur. veluti etiã hoc, quód quiſpiam ad aliquid tanquam magnum,& vtile feratur , & ob magnitudinẽ eius,etiam ſi inutile ſit,dignum exiſtimet, vel ob vtilitatem,licet nullam habeat magnitudinem,imò econtrario , paruũ ſit,ita tamen nihilominus affectet,& ſequatur. Eſto.aduerſentur eos, qui non eſſe id vtile afferunt,eosq́ue qui probaturos ſe pollicẽtur inutilem rem eſſe, nugari arbitrentur: & quia magnum eſt , vtile quoque eſſe id quod ſectantur,puteut.illud tamen abſurdũ non eſſe,nullo modo poteſt,vt quia magnum ipſum bonum eſſe ſuſpicantur , neceſſe ſit , etiam ſi maximum malum fuerit, ſumendum id quoque opinari. & vel ſi interire cõtingat,hac voce proſequi,hoc mihi nunc confert. Veriſimile enim minime eſt,vt cauſa cur illud ad quod impellũtur, magnum bonum ſit, in opinione ſita , eſſe iudicetur. Quærendum tamen eſt.Equidẽ ego,quid ad hæc Poſidonio reſpondeã non habeo.neque quantum & ex ipſa rerum natura, & ex noſtræ tempeſtatis ſtoicis coniectare licet,habiturum quempiam alium

credi

crediderim. Cùm enim neque pauci,neq; vulgares,noſtris his tẽporibus extiterint, ſtoici, nihil à quoquam probabile ad has Poſidonii propoſitas dubitationes dictum audiui.ſed de his alias quoque dicemus.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Non ſemel fatetur Chryſippus,diuerſam à rationali vim,in animis hominum, cauſſam affectuũ exiſtere quandoque enim à recte inſtitutis deſciſcimus,puta cũ iudicium vel tenor ille animi,ob imbecillitatẽ remittitur, nec vſque paret rationis imperiis. Alius enim metu ingruẽte ab incœptis ceſſat alius lucro aut dãno iiſque ſimilibus ad illicitas cogitur actiones. Sicut Menelaus ob animi imbecilitatẽ ſtrictum abiicit gladium ad conſpectam Helenæ *formam. Hæc vt rectè à Chryſippo ſunt dicta, ita pugnant cum eo quod alias dicit, affectus eſſe iudicia.* Etiam *in hoc reprehenditur, quòd cauſas nõ explicat,cur ex affectu agentes, recta prius iudicata relinquunt. Galenus igitur exponit cauſam affectuũ eſſe,non rationem,ſed vim quandam in hominibus, quæ affectus incitat, nec rationi permittit imperium.patet hoc in amore.*

NVnc ipſum etiam Chryſippum, non ſemel atque iterum, ſed ſæpius fateri diuerſam quandam à rationali facultatẽ, in animis hominum ineſſe,quæ perturba-

tion

tionum cauſa ſit, vel ex his perſpicere facile potes, vbi animæ relaxationem, & imbecillitatem, ſic enim appellat, ſicut cōtraria contentionē, & vires, illis qui non recte agunt, vitio vertit: quæ enim non recte agunt homines, ea Chryſippus partim in prauū iudicium, partim in relaxationem, imbecilitatēq́; animæ refert. Quemadmodum ea quæ recte exequuntur, recto iudicio, vna cum animi contentione effici aſſeuerat. At verò, ſicut iudiciū rationalis facultatis opus eſt, ita contentio, robur, virtusq́; erit diuerſę cuiuſdā à rationali facultatis: q̄ tenor, id eſt, tonos ab eodē appellatur. deſciſcere, inquit, nos interdum ab iis quæ recte decreuerimus, cum tenor ille animæ remittitur, neq; vſq; ad finē perſeuerat, rationisq́ue imperiis non obtemperat: quænam ſit perturbatio, ſcilicet liquido demonſtrans. Verum quandam eius orationem, hac de rē agentem, iam aſcribā, ex morali de perturbationibus libro ſumptam. Præterea etiam, ſicut fortaſſe in corpore tenores ex neruorum viribus remiſſi ac contenti dicūtur, quatenus in his quæ per hos efficiuntur, operibus vel valentes, yel inualidi reddimur: ita quoq; in anima, tenor quidā, vt cōtentio, & relaxatio ap-

pella

pellatur. Item deinceps: Quemadmodum enim in tenore,& renixu alicuius rei,aliiſque huiuſcemodi,quæ neruorum miniſterio fiunt, eſt conſtitutio quædã effectrix, & ecõtrario relaxatrix, & cedens,cum nerui reſoluti,& remiſſi fuerint,pari ratione, etiam in anima neruoſum quiddã huiuſce modi reperitur:vnde per trãslationẽ,eneruatos quoſdam,quoſdam neruos habere dicimus. Deinde verò,hoc ipſum exponens, ita ſcribit. Alius terrore ingruente deſiſtit: alius lucro,vel dãno oblato,reſolutus ſuccubuit:alius ob alia huiuſcemodi non pauca. ſingula enim ex his fundũt, ſubiũgãtq; animũ noſtrũ,vt ſuccũbentes ipſis, amicos & ciuitates prodamus,nosq; ipſi, in multa ignominioſa flagitia incurramus,theatrali illo impetu reſoluto ac refracto, qualis ab Euripide Menelaus introducitur. Stricto enim enſe in Helenã, quaſi eam occiſurus ferẽ:deinde vbi vidit, ſtupore adeo ob pulcritudinem correptus eſt, vt ne tenere quidem gladium amplius potuerit,ſed abiecerit. Sicut obiurgatio in eum ita fertur:

Vbi papillas eius aſpexit,ſtatim
Tibi coruſcus gladius,è manu excidit.
Et proditricis oſculum,excepiſti canis.

Hæc quidẽ omnia recte à Chryſippo dicũ

tur,

tur,cum eo tamen, quod ait iudicia perturbationes eſſe pugnant.nam cum Helenam interimere decreuiſſet Menelaus,ſtrictumq́; enſem intentaret,vbi prope ipſam acceſſit,pulchritudine ſtupefactus,ob relaxationem illam & imbecillitatẽ animi (id enim eſt quod in tota hac oratione Chryſippus ꝓbare nititur)nõ modo enſem abiecit.ſed mulierem etiã,eſt deoſculatus,ſeq́; ipſum, quaſi ſeruum ei dedidit: non ab aliqua ratione diſſuaſus,mutato ſcilicet iudicio,ſed nullo prorſus iudicio, nullaq́, prorſus ratione in contrarium,quàm à principio iudicauerat,incitatus.Vnde etiam ipſe Chryſippus ſubnectens ait: Quapropter,cum omnes mali ita deciſcendo,ſuccumbendoq́; agant,multis de cauſis,imbecilliter maleq́; ſingula agi dicerentur.Omnes quidem malos deſciſcendo à ratione, & ſuccumbendo perturbationibus agere, atq; imbecillitatẽ quandam,& relaxationem in animo pręſeferre,veriſsime dictum eſt. quòd verò ait, multis de cauſis hoc fieri, id quod orationi huic ipſe appoſuit,neq; male id quidẽ, ſed melius tamẽ fuerat,ſi multæ hæ cauſæ,quę nã eſſent, ipſe deinceps explicaſſet. Nihil quippe eſt,ſi quis diligẽter animaduertat, quod tractatũ de perturbationibus,& pręci-

ci

cipue curatoriũ,in quo hæc ſcribit, cõtine re videatur, q̃ ſi cauſas omnes cognouerimus,ob quas qui ex perturbatione aliquid agunt,ab iis quæ prius iudicauerant, recedant. At Chryſippus tantũ abeſt,vt vniuerſas perſequatur accurate, vt ne hanc quidẽ ipſam, qua de loquitur planè expoſuerit,neq; enim ſi dicamus animi eſſe imbecillitatẽ,id ſufficiet: cũ cõmunis hæc omnibus perturbationibus,vnaq́; tantũ ſit. At ipſe multas eſſe ait cauſas,quæ imbecillitatẽ ſcilicet animæ hanc coarguant:ſicut in Menelao, pulchritudo Helenæ, in Eriphyle aurũ,in aliis aliud quid. infinita.eñ ſunt ſingula,à quibus illi,qui ex perturbationibus viuũt, à priori ſuo cõſilio deturbantur.ſed in aliqua pauca capita, orationem cogere debemus, non infinita hæc cõſectari. Ita facit Plato cũ inquit, regiam quandam & dominatricẽ eſſe ſcientiam:neque vnquã ea præſente aliqua in re erraturum eſſe quempiam:ſed vel diſſuaſos homines,vel oblitos,vel coactos, vel illectos alios aliis in rebus peccare, obliuiſci autẽ, & diſſuaderi non eſt pertubatio,ſicut neq; ſcientia penitus carere. imperitia ſiquidẽ, inſcitiaq́; ea eſt, non perturbatio. Quòd ſi quis vel ira coactus, vel voluptate alle-

ctus, ab iis quę prius decreuerat deficit, animo imbecillis, & relaxatus eſt: motioq́ue ipſa, perturbatio recta appellatur. Quemadmodũ vtiq; huius in tragœdiã introducti Menelai animus cupiditate allectus à iudicio, ꝓpoſitoq; deſtitit. At Medea ira indignationeq́ue coacta, id fecit. De qua etiam ipſa, neſcio quo modo Chryſippus contra ſe non ſentiat verſus hos Euripidis citaſſe.

Cognoſco quã nefanda nunc patro mala:
Sed ira, conſilio eſt potentior meo.

Nam ſi decretis Chryſippi erat atteſtaturus Euripides, nequaquã dixiſſe oportuit, eã cognoſcere, ſed id quod maximè cõtrariũ eſt neſcire, & nõ cognoſcere, q̃ nefanda patraret mala. Quòd autẽ cognoſcere dicit, & ab ira ſuperari & vinci, quid argumẽti habet, niſi hominẽ duo appetitionũ, Medeæ principia ſtatuiſſe? alterũ, quo res cognoſcimus, ſcientiamq́ue earum habemus, quæ eſt rationalis facultas. alterũ irrationale, cuius functionẽ iraſci eſſe cõſtat. Hoc Medeæ animũ impulit & coegit. alterum illud, id eſt cõcupiſcibilis facultatis, Menelaum illiciens, ita ſubegit, vt quocunq; imperaret, ſecutus ſit. Chryſippus tamen nõ modo repugnãtiam hanc non aduertit, ſed ſexcẽ

Appetitionũ duo prĩcipia.

ſexcenta alia huiuſcemodi nõ veretur ſcribere. perinde atque illud, cùm inquit: Eſt verò, vt opinor, res quædam maxime cõmunis, irrationalis hæc, rationiſque auerſatrix propenſio, vt quoſdam ferri, etiam ira dicamus. Et item. Idcirco erga perturbatione commotos, perinde quaſi mente deturbati fuerint, ita nos gerimus, vt quaſi ad immutatos, atque eos qui neque apud ſe, neque in ſe amplius ſint verba faciamus. Deinde etiam hæc eadem exponens, ſubiungit: Hæc verò immutatio, exceſſusque ex ſeipſis, non aliunde oritur, quàm vt ſuperius docuimus, ex rationis aſpernatione. Nam quòd ira ferantur aliqui, exturbenturque ex ſe, neque apud ſe, neque in ſe ſint, aliaque huiuſcemodi perſpicue iudicia eſſe perturbationes, in rationalique animæ facultate exiſtere, ſignificant. Et hæc: Vnde ab amantibus, aut aliqua aliarum cupiditatum libidine vehementer agitatis, tum etiam iratis, huiuſcemodi voces audire licet, cùm dicunt, ſuo ſe animo indulgere velle, ſibique, ſiue id melius, ſiue peius fuerit, permitti debere, nihilque ſuper hoc, à quo quam dicendũ, atque eo modo prorſus etiã ſi peccet, ſibique

inutile id videant futurũ eſſe. tamẽ faciendũ hæc profecto quæ à Chryſippo iſta dicuntur, iraſcibilẽ vim, diuerſam à ratiocinante eſſe demonſtrãt: animaliſq́;, cùm in perturbatione fuerit, appetitionẽ modo illius, modo cõcupiſcibilis imperio, ſubditã eſſe: ſicut cũ perturbatione vacat, à ratiõe moderaẽ ac regitur. Nec diſsimilia his ſunt quæ in hunc modũ ſcribit. Ex qua maximè propenſione, etiã amaſii erga ſe amatores, ita affectos volũt, qui incõſideratius, ſi neq; rationali aliqua cura degãt, rationiſq́ue admonitionib. nõ obtẽperent. imò ne audire quidẽ, tale quppiã patiãtur. At hæc veteri decreto cõſentiũt, ſicut, & quę ſequũtur. Adeoq; procul à ratione abſunt, vt nihil velint vel admittere, vel audire, vt non iniuria, de illis dici hæc poſsint.

Venus nec vllis monita verbis, ſubſidet.
Sed ſi vrgeas, magis magiſq́; intenditur,
Amorq́; caſtigatus, infeſtat magis.

Hæc & ſequentia, dogma vetus aſtruere de affectuum ortu videntur, vt ſunt hæc: Ac quaſi intempeſtiuã obiurgatricẽ, parũq́; eorum quæ in amore fieri conſueuerunt, peritam rationem, perinde atque hominẽ qui importune admonere velit, refugiũt, Quippe cùm dii quoque, iis ipſis periuriũ con

conçedere videantur. Et itē quæ deinceps inferuntur: Præterea inquit magis ipſis, quippe qui cupiditatē ſequātur, quicquid libuerit facere liceret. Hic quidē manifeſte profectò dixit, quippe qui cupiditatem ſequantur, quēádmodū ſuperius iram dixerat: nā rationem ſequi, neque hic neque alibi vſpiam eos qui in perturbatiōe ſunt conſtituti, ſed auerſari, fugere, non admittere, aliaq́; id genus inquit. Sanè etiam cū Menādri verſum citat, vbi ait, In dolium mentē ſubiugatam tradidi, proculdubio veteri decreto, atteſtantē ſentētiam profert. Nec ſecus, vbi exponit quid ſit in ſeipſis, apudq́ue ſeipſos eſſe, hoc modo: Proprie etiam efferri dicimus, qui ita iraſcuntur, ad ſimilitudinem excurrentium curſorum ex redundanti nimiaq́; illorum prætercurrendi appetitione, horum præter rationē vehemētia: neque enim qui hoc modo mouentur ex ſeipſis, ſed ex alia violentia quadam extrinſecus fuiſſe incitatos, dicēdum eſt. Hic quoque violentiam quandam eſſe ait, quæ moueat incitetq́ue affectus omnes, rectiſsimè ſentiens, niſi quòd violentiam extrinſecus dixit, cùm debuiſſet non extrinſecus, ſed in ipſis hominibus eā eſſe affirmare: quippe cùm non ideo extra ſe-

ipſos homines euaſiſſe dicamus, in ſeque ipſis non eſſe, quia id quod in perturbationis impetum, eos impellit, extrinſecus ſit: ſed quia præter naturã feruntur. ſiquidem rationalis animæ pars, cui naturale eſt dominari, imperareq́ue aliis, tunc non dominatur, ſed aliorum dominio, imperioq́ue ratione carentium animæ facultatum ſubdita eſt. Id quod huiuſcemodi exemplis nõ aduertit Chryſippus ſe confirmare. Addidit enim Herculis apud Euripidem cum Admeto colloquutionem, ita:

Rationalis animæ parti naturale eſſe dominari.

Quid proderit ô Admete ſi ſemp̄ gemas?
Ita Hercules: reſpondet Admetus.
Et ipſe noui, ſed amor eſt qui me extrahit.

Perſpicuũ porrò eſt, concupiſcibilis facultatis, nõ rationalis amorẽ eſſe, qui totum animũ extrahit, hominesq́; in actiones cõtrarias, q̃ à principio conſtituerant impellit. Appoſuit etiã hæc quæ Achilles Priamo dicit:

Aequo animo tolera, aſſiduo nec te ipſe dolore
Confice: proficies etenim nihil inde, nec ipſum
Sic poteris nati lachrymando excire cadauer,
Sed grauiora tibi potius tormẽta parabis.

Hæc

Hæc Achillem apud ipſum Priamum diſſerere inquit. Ita enim his iiſdem verbis ſcribit: exturbari etiam, non rarò ex iiſdem his iudiciis contingit, nec ſeipſos continere homines à perturbatione ſuperatos. Nam hic quoque exturbari è iudiciis, nec continere ſeſe ipſos, & modo apud ſeipſos eſſe, modo non eſſe, & reliqua huiuſmodi, quam vim habent, niſi vt iis quæ euidenter patent, veterique de affectibus, animæque facultatibus decreto, nõ Chryſippi ſententiæ adſtipulentur? Eodẽ modo quoque in libro de affectibus dicta hæc ſunt. Si quidem excuſsio, & immutatio in nobis, & inobedientia illa, in rationem nihilominus in voluptate cõſpicitur. Et item. Ita enim exturbamur, è nobiſque ipſis eximus, atque adeo prorſus in erroribus excæcamur, vt interdum ſiue ſpongiam, ſiue lanam in manu habuerimus, eam continuo in moleſtantes, quaſi aliquid effecturi coniiciamus: ſi gladiũ forte, aliudue quippiã tũc habuiſſemus, eo nihilo ſecius vſuri. & deinceps: Sæpenumero autẽ fit, vt hac cæcitate, claues mordeamꝰ, fores ipſas, ſi cito nõ aperiãtur, tũ damus: lapides in quos impegerimus: vindice-

mus,condēnādo, ac quædā in loca proiiciēdo.atq; hæc omnia quibuſdā quaſi maledictis,abſurdiſsime proſequamur. Nō aliter etiā progrediēdo, Ex his,inquit,tum irrationalē in perturbationibus impetū,agnoſcere poſſumus,tum ꝙ huiuſcemodi in occaſionibus excæcati feramur, diuerſiq́; admodū ab iis quæ prius cōſtituta nobis fuerant,abeamus. Demū ſi vellem omnia ex libro de perturbationibus,quæcūq; Chryſippi dogmati repugnant,euidēterq́; apparentibus,Platoniſq́; ſententiæ atteſtantur, excerpere,hicq́; aſcribere,immoderata ꝓfecto noſtri libri prolixitas, euaderet. Ibi enī plena omnia his vocibus ſunt,cū dicit, exturbari è iudiciis,eq́ue,his ꝙ prius cōſtituerant homines,ob iram,libidinem, voluptatem,vel huiuſcemodi aliquid: furioſeq́ue moueri.tum neq; in ſe, neq; apud ſeſe eſſe.mēte item excæcari,& irrationali quodam impetu ferri,& reliqua ad genus.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Taxat Poſſidonius, quod Meror definitur à Chryſippo opinio mali recens cùm iuxta ſuam ſententiam potens debuerit definiuiſſe: magni mali opinionē, aut intolerabilis, vel impatibilis. Omne immoderatū & nouū ſubito irruens: nos à iudicijs prioribus depellit. Meditatum autem:

&

& aſſuetũ: aut nihil nos ad affectus mouet: aut admodum leniter. ita Anaxagoras nuncianti filij ſui mortem reſpõdit. ᾔδειν θνητὸν γεννήσας.

QVæ quidem omnia, alicui alteri per ocium colligẽda relinquimus. Nos (quando formã eorum ſatis aperte demonſtrauimus) ad quædã quæ à Poſidonio cõtra Chryſippũ dicuntur, deſcendemus. Definitio, inquit, mœroris: ſicut aliæ multæ perturbationũ definitiones à Zenone dictæ, & à Chryſippo ſcriptis mãdatæ, perſpicue ſententiã ipſius refellunt. Nã mœrorem, opinionẽ recentẽ, qua malum quis ſibi adeſſe putet, eſſe ait: quã etiã breuius quãdoq; in hunc modũ proferunt, mœror eſt opinio recens, mali præſentis, recẽs appellantes, quod tẽpore propinquum eſt. Quærit igitur Poſidonius ab illis cauſam, cur fiat, vt mali recens opinio animũ contrahat, & mœrorẽ efficiat. Inueterata verò aut omnino nõ, aut nõ eodẽ modo animũ cõtrahat. Atqui ſi vera ſunt, quę Chryſippus aſſerit, nequaquã in definitiõe, particula illa recens poni debuerat. ex ipſius ſiquidẽ ſententia, magni mali potius opinionẽ, aut intolerabilis, aut impatibilis, vt ipſe ſolet vſurpare, mœrorem eſſe oportebat, non recentem. Atq; ita duabus ex par-

tibus, Chryſippū vrget. in hac ſecunda definitione, ſapientū, & peccantiū, quæ ſuperius dicta ſunt, exēpla producit. Illi enim in magnis bonis, hi cōtra in magnis malis, ſe eſſe opinātes, nequaquā tamē in perturbationes incidunt. In prima verò quærit, cur nō præſentis mali opinio quælibet, ſed recens tantū, mœrorē cauſet: dicitq́; propterea, ꝙ omne immoderatū, & nouū, ſi repente incidat, illud efficit, vt ex prioribus noſtris iudiciis, nos deiiciat, atq; exturbet. meditatione autē, & aſſuetudine attrectatū, & inueteratū, vel nihil prorſus, vt perturbationē vtiq; moueat, vel parū admodum exturbat, Ideoq́; oportere, ait, in reb⁹ nōdū præſentibus, quaſi iā adſint, præimmorari. verbum verò hoc præimmorari apud Poſidonium, idē valet, quod præfingere, & præformare ſibi id qđ euenturū eſt, atque ita paulatim in eo, quaſi iā euenerit, conſueſcere. Propterea etiā dictū illud Anaxagoræ huc retulit: qui cū illi nunciata fuiſſet mors filii, admodū conſtanter, dixerit ſciebam me genuiſſe mortalem.

Præimmorari verbum.

Atq; hinc ait ſumpta ſententia Euripidem Theſeum, ita loquentem induxiſſe:

Conſilio ego, ſapientis edoctus viri,
Mala, & dolores mente verſabam mea,

Dul

Dulciq́; fingebam, exulare patria,
Mortes meorumq́; experirier graues,
Caſusq́; acerbos perpeti, alios inſuper:
Vt ſi, quod ante cogitaſſem, quippiam
Mihi eueniſſet, id minus me affligeret.
Ita quoq; dicta eſſe illa refert:
Si miſeriarum, primus iſte eſſet dies,
Nec iam labores pertuliſſem nauibus
Multum, diuq́; conſilium tranans mare,
Tumaltuare, menteq́; exagitarier
Erat neceſſe, ceu rudem equuleum iungi,
Frenoq́; primum, nunc coercitum nouo.
Obtuſus at nũc, ſumq́; duratꝰ malis. Et itẽ,
Nunc mala vigent, ſed longa molliet dies.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Docet Chryſippus, affectus tempore mitigari opinionib. interim permanentibus, quibus mali aliquid eueniſſe meminimus. Cauſam huius cum ignoraſſet, eam Galenus ex Poſidonio declarat eſſe ſatietatem, dum irrationalis animæ facultas his quæ appetebat, expletur. Rationales cognitiones iudicia ſcientiæ artesque omnes ſolo tempore neque tenaces firmæque reddũtur nec mutari facile, vt affectus poſſunt.

MOlliri aũt tp̃e ac mitigari ꝑturbationes, opiniõi. itñ adhuc ꝑmanẽtib. q̃b. mali aliq̃d eueniſſe arbitramur, vel Chry-

ſipp

ſippus ipſe in ſecũdo de perturbationibus libro,in hunc modum ſcribens teſtatur. Quæreret quiſpiam, quomodo mœroris remiſsio efficiatur:vtrum opinione aliqua immutata,an omnibus permanentibus,atque id qua de cauſa. Deinde ſubiungens inquit: Videtur verò mihi permanere opinio ea quæ illud quod adeſt malum eſſe ſtatuit,ſed inueterata efficere, vt contractio, &vt puto incitatio ipſa,ad contractionem remittatur:fortaſſe etiã,ſi hæc permaneat, reliqua minime obtemperãt, quadam alia ſuperueniente affectione:cur id fiat,abſtruſa ratio eſt.Ita enim & flentes deſiſtunt, & qui flere nolunt,flent, cùm non eaſdẽ ſpecies ſubiectæ res,ipſis exhibuerint, ſed occurrerit aliquid,aut nihil.Nam quo modo lamentorum & ploratuum ſedatio fit, ita veriſimile eſt,etiam in illis fieri.quippe cũ in initiis res magis moueãt. ſicut in riſum mouentibus euenire diximus,& alia huiuſcemodi. Fatetur igitur ipſe etiam Chryſippus,diuturnitate temporis,licet permaneat opinio,perturbationes ſedari.cur vero id contingat,abſtruſam rationẽ eſſe ait. Deinceps item alia, quæ ſimili modo eueniunt,aſcribit,cuius cauſam cognoſcere,nihilo ſecius non profitetur. At Poſidonius non

non ita Chryſippe horum cauſas ignorare ſe inquit: ſed probat admittitq́; veterũ dicta,quę poſtea recenſebo.Tu verò,cũ neq; cauſas à veteribus adductas commemores, neq; aliam quampiam ipſe inueneris, ſolutã quæſtionẽ ſatis putas, ſi cauſam te ignorare fatearis. Atqui id quod totũ hunc rationalium quæſtionũ,& curatoriũ perturbationum tractatũ continet,nihil aliud eſt quàm ſi cauſas,vnde & exiſtunt & ſendãtur perturbationes,inuenerimus.nam & demũ ratione fieri poſſet, vt & ortus earũ impedire,& ipſas, vbi extitiſſent, ſedare optime ſciremus.ſiquidem vnà cum cauſis,& ortus & incrementa rerũ,de medio tolluntur.Inde etiam eſt, ꝙ tu in libro de perturbationibus, nõ habes quid nobis huiuſmodi ſcribas,cui animum intendentes,& ne oriãtur perturbationes cauere , & vbi exortæ fuerint,eas curare valeamus cum Plato hac de re,diuina admodum ſcripſerit: vt etiã Poſidonius ſignificat, qui hominem admiratur,diuinumq́; appellat.eiuſq́; tum de affectibus, tum de animæ facultatibus dogmata,eaq́; inſuper quæ ab eodẽ prohibẽda ꝑturbationum origine, & ortu earum ſedando conſcripta ſunt, ſummis præconiis celebrare non deſinit.Imo his, omnem de vir-

tu

tutibus, ac finibus diſciplinã annexam eſſe: atque omnia denique moralis philoſophiæ decreta hinc, id eſt, ex animæ facultatum cognitione, tanquam ex funiculo vno dependere affirmat. Necnon ipſe ex ira, & cupiditate ſurgere perturbationes docet, curq́ue temporis mora, eædem ſubſidant, licet opiniones, & iudicia manſerint, quibus vel adeſſe iam mali aliquid, vel eueniſſe decernimus, luculentiſsime demonſtrat. Qua in re, Chryſippi etiam teſtimonio vtitur, qui in ſecundo de perturbationibus, ita ſcriptum reliquit. Mœrore autẽ quaſi ſaturati, eodẽ pacto nonnulli videntur deſiſtere. Quemadmodum de Achille Patroclũ lugente, hæc poeta inquit.

Aſt vbi iam ſatis eſt, flendo oblectatus Achilles,
Concepit animo rurſus, membriſq́ue vigorem,

ad conſolandum Priamum animum adiecit, mœroris irrationalem vexationem oſtendens. Inde poſtea ſubiungit. Quam ob cauſam, neque deſperandum eſt, cùm iam inueteratæ fuerint res, perturbationiſq́ue inflammatio reſederit, poſſe fieri, vt ratio ſubintret, & quaſi loco ſuo rece-

pto perturbationis temeritatem ante oculos proponat. Manifeſte enim hic Chryſippus fatetur, tum perturbationum inflammationem, reſtante adhuc opinione, tempore remitti, ac reſidere, tum homines motionibus illis perturbatis ſaturari. atq; eã ob cauſam, intermittente pauliſper quieſcenteq́ue perturbatione, rationem inualeſcere. Quæ quidem omnia, ſicut veriſsima ſunt. ita poſitionibus ipſius repugnant. Quemadmodum & illa quæ ſequuntur hoc pacto: Ea quoq; de perturbationum mutatione dicta ſunt.

Nempe celer triſtis ſatias ſolet eſſe doloris,
Ploratusq́; grauis.

Item eade mœroris illectatione. quippe cum in miſerta conſtitutis hominibus flere & deplorare calamitates, iucundum quodã modo & delectabile videatur. poſt hæc item illa:

Sic fatus, cunctis plorandi incuſsit amorem. Et,

Integrat atque iterum Philomelæ flebile carmen.

Poſsẽt ſanè innumera etiã alia, à poetis colligi teſtimonia q̃ mœrore, lachrymis, plora

tu

tu,luctu,victoria,honore.omnibusq; id genus rebus,ſatiari homines oſtendũt. in quibus cauſam inueſtigare, cur tempore ſedẽtur perturbationes, inq; appetitum inualeſcat ratio,haud difficile negocium eſt. Nã cum affectus animæ, propria quædam appetibilia habeat,quæ affectet, vbi ea eſt cõſequutus,repletur,ſaturq; efficitur. Atque ita fit,vt motum illum ſuum qui animalis appetitionem ſuperabat,&ſecum quocũq; ferebatur, rapiebat, moderetur ac ſedet. Cauſæ igitur ſedationis perturbationũ minime,vt Chryſippꝰ dicebat, abſtruſæ, imò niſi quis ſtudio cum veteribus certandi ac contendendi id faciat, apertæ ſatis clareq; habentur.Quid enim euidentius, quàm in animis noſtris,eſſe facultates, quæ natura altera voluptatem,altera dominiũ, victoriamq; appetant?quas quidem etiã in aliis animalibus aperte conſpici, idem Poſidonius affirmat. ſicut & nos ſtatim,in exordio primi libri demõſtrauimus. Ibi quoq; iure Chryſippum reprehendit.cũ ait:Fortaſſe etiam ſi hæc permaneat,reliqua,quadam alia ſuperueniente affectione,minime obtemperant. fieri non poſſe inquiens, vt adſit appetitio,& functio eiꝰ,ab aliqua alia

cauſ

cauſa impediatur. Vnde etiam cum inquit ita enim & flentes deſiſtunt, & qui flere nolunt flent, cum non eaſdem ſpecies, ſubiectæ res ipſis exhibuerint: cauſam hic quærit Poſidonius, quid tandem ſit, cur pleriq; cum nolint, ſæpenumero fleant, lachrymaſque inhibere minime valeant, alii verò, cũ flere velint, prius deſiſtant. idque euenire ait ex perturbatis motionibus, tum nimiũ ingruentibus atque vrgentibus, vt à voluntate coerceri nequeant, tum prorſus ſedatis ac pacatis, vt nõ amplius excitari à nobis poſsint. atq; ita rationis pugna, diſſenſioque cum perturbationibus inuenietur, nec non animæ facultates euidenter ſeruabuntur. non ſcilicet vt Chryſippus inquit, ob cauſas aliquas abſtruſas hoc fit, ſed ob eas quæ à veteribus ſatis ſunt explicatæ. Non modo enim Ariſtoteles & Plato ita opinati ſunt, ſed multo ante, cum alii nonnulli, tum Pythagoras. à quo primo, vt idem refert Poſidonius, dogma hoc inſtitutum, à Platone poſtea confirmatum, perfectiusq; abſolutum fuit. Hinc vero eſt, ꝙ conſuetudo, & demum tempus maximã vim ad perturbationum motus, habere videatur. conſuetudine enim fit, vt animæ irrationalis vis in eo in quo qs aſſuetueri, ſenſim inole Pythagoras.

q ſcat

ſcat.tẽpore verò,vt ſuperi⁹ dictũ eſt,quies ſedatioq́; perturbationum,efficitur irrationalis animæ facultatibus his quæ appetebãt,expletis. Rationis aũt cognitiones, & iudicia,& in vniuerſum ſciẽtiæ oẽs,&artes ſolo tẽpore, neq; tenaces firmæq́;, vt perturbationũ aſſuetudines reddũtur:neq; mutari,ceſſareq́; ſicut mœror, aliiq́; affectus facile poſſunt.Quis enim cum bis duo,quatuor eſſe cognoſcat,tẽporis proceſſu ſatiatus ab ea opinione vnquã deſtitit?Quis ab ea,ꝙ omnes à cẽtro ad ambitũ circuli lineę ſint æquales,mutatus eſt,aliterq́; ſenſit?In ſingulis deniq; ſpeculationibus nemo reperietur, q̃ ſatiatus veterẽ opinionẽ depoſuerit,ꝓinde vt flet⁹,vt dolor vt gemit⁹,ploratusq́;,& luctus deponi cõſueuere,licet eędẽ de rebus,tanquã malis permaneãt opiniones.Quanquã verò ſatis ſunt hæc, ad ea argumẽta quæ Chryſippus tũ de animæ perturbationibus, tũ de his quæ ipſas efficiũt facultatibus,nõ recte ſcripſit, in quinto tamẽ libro de iis iiſdẽ diſſerere conſtitui, vt pleriſq; aliis prętermiſsis,ſola ea cõmemorẽ in quibus vel ſibiipſi aduerſatur, vel iis quæ euidẽtia ſunt, reclamare nõ erubeſcit atq; ibi ſiqua à Poſidonio contra Chryſippum dicta fuerint,non ſupprimam.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER V.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

QVintus liber duabus ex partibus cõſtat. Vna, quæ ſuperiori appendet tractatui de affectibus. Altera, qua ad Platonis dogma, de tribus animæ facultatibus tranſit. Cõprehendit pars prior locos ſex. In primo perſequitur captam quæſtionem de affectibus, iudiciáne ſint, an ſequãtur ea: vel ſint potius motus irrationabilium facultatum animæ, iraſcibilis & concupiſcibilis. Alter eſt, Quomodo ſe habent imprudentum ac ſtultorum animi, in affectibus & ante affectus, collatione facta ad corporis habitum, debilem vel infirmum. Oritur hinc prolixa quæſtio, de proportione animæ ad corpus in affectibus, morbis & ſanitate. Definitur primum, quid morbus generaliter, deinde quis morbus corporis, quis item animæ, de quibus fuſe diſſerit confutato Chryſippo, qui nec ſibi cõſtat, nec quod pollicetur præſtare poteſt: quo pacto animæ morbus corpori re-

ſpondeat. confundit animæ ſanitatem, cum pulchritudine alijſque in rebus peccat, ob quas iure reprehenditur. Tertius locus de ſede affectuũ cũ vna tantum in anima particula ſint, vt Chryſippus decuit: an potius in pluribus, vt cẽſet Plato. Rurſum venit in reprehenſionem Chryſippus dum affectus in ratione collocans, docere nequit, quomodo affectibus mederi, aut ne oboriantur caueri poſſit. Idem cum affectus diſtinxerit à peccantibus iudicijs, iterum eos in mutua iudiciorũ pugna, affirmat conſiſtere. Quartus locus eſt de affectibus puerorum, quo pacto illis à natura inſit quædam ad voluptatem propenſio, & à dolore alienatio. Quomodo affectus dignoſcantur, ex varietate regionũ & corporum. qui item curatu faciles ſunt, aut difficiles. Leuiter attingitur quæſtio de virtutibus ijs taxatis qui virtutes exiſtimant ſcientias vel facultates eſſe. Quintus locus, affectuum cauſas tradit, & quanta ſit vtilitas eas nouiſſe declarat. Poſtremus docet, ſaturnitate ac diuturni motus fatigatione, ſic affectuum vehementiam frangi, vt ad rationem redeat imperium. Iſtis finem imponit diſputationi quæ contra Chryſippum de affectibus fuerat inſtituta. Altera huius libri pars ſpectat ad Platonis dogmata de facultatibus animæ, quas tres eſſe numero, & à ſe inuicem ſubſtãtia actionibuſque diuerſas adhibitis demonſtrationibus oſtẽdit

Pla

Plato, docens primum, concupiſcibilem diſtinctã à ratiocinante. deinde iraſcibilem aliam, à concupiſcibili & rationali. Poſtremò pulchrè explicat iram rationi additam, tanquam adiutricẽ contra cupiditatem: multumque opitulari, dummodo non ſit deprauata ira. Inde concluſurus librum, duobus aliis argumentis iraſcibilẽ diſtinguit à ratione. Priori, quòd cupiditas quibuſdã inſit, brutis nempe & infantibus, in quibus nulla eſt ratio. Altero, à teſtimonio veterum poetarum & oratorum. quibus quatenus vti liceat, breuiter & vtiliter expomt.

ARGVMENTVM CAP. I.

Occaſionem oſtendit, qua in hanc diſputationem de affectibus deductus eſt: oblatam ſcilicet à Chryſippi ſectatoribus, qui omnes affectus animæ, in corde collocabant ad probandum, ibidem eſſe ratiocinandi facultatem. Paucis repetũtur, quæ ſuperius de affectibus ſunt dicta, iudicia ne ſint, an iis ſuccedentia aut potius iuxta Platonem motiones quædam irrationabilium facultatum, quarum vna concupiſcibilis altera iraſcibilis nuncupatur. In quibus ſibiipſi plurimum Chryſippus aduerſatus eſt.

DE animi perturbationibus neceſſaria quidē etiam per ſe nobis erat diſſertatio, lōgè tamen magis, eam Chryſippei neceſſariam reddire. quippe qui ad demonſtrandum locum, in quo animæ principatus inſideret, ea vſi ſint. Cùm enim probarent omnes vt ipſi putant, vt verò res ſe habet ſolos iracundiæ affectus, in corde exiſtere, deinde aſſumerent, vbi eſſent affectus animæ, ibidem quoque ratiocinantem partem conſiſtere, tum demum rationalem facultatem, in corde ineſſe conficiebant. At nos iræ quidem motus, inde ortum habere, verum eſſe aſſeueramus, non tamen concedimus aut in vno eodemq́ue loco iraſcibilē vim, & rationalē exiſtere neceſſe eſſe; aut vnius eiuſdemq́; facultatis iram, & ratiocinationem eſſe operationes ſeu affectus: ſed demōſtrādum ipſis eſſe cenſemus, ſicut alia quæ ad rationē ſpectant, ita hoc, idem ſcilicet & affectuū, & ratiocinationis debere eſſe principiū. Chryſippus igitur in primo de perturbationibus libro, affectus, iudicia quædam eſſe rationalis partis, nititur probare. Zeno non iudicia ipſa, ſed iudiciis ſuperuenientes contractiones & ſolutiones, elationes item & deiectiones

ani

Animæ,ipſos eſſe arbitratus eſt. Poſidonius autem ab vtroque diſſidens Platonis decretum admittit,ac probat. Chryſippeiſque refragatus, neque iudicia, neque ſuccedentia iudiciis eſſe affectus cõfirmat, ſed motiones quaſdam diuerſarum irrationalium facultatum, quarum altera à Platone concupiſcibilis, altera iraſcibilis nuncupatur. ſed cum à Poſidonio, multa ad probationem veteris decreti dicta ſint, ea quæ ad rem facere videbantur, in ſuperiore libro,qui totius huius tractatus quartus eſt,in calce, breuibus recenſere omnia conatus ſum.nam in priori parte, per me ipſum diſſerens, tum euidentia illa quæ Chryſippi decreto repugnarent, tum ea quæ idem ipſe non expectata aliena reprehenſione,ſibiipſi contraria ſcripſerat,commemoraui.Quę quidem,licet ad confirmãdum hoc,quòd facultates animæ quibus cupimus,iraſcimur,ratiocinamur,plures ſint nõ autẽ vna,ſicut Chryſippo viſum eſt,ſatis ſuperq; eſſe poſſint:nõ pauca tamẽ alia etiã hoc in libro ſubiungã, quæ Chryſippus & ſibiipſi contraria,& veritati antiquorumque decreto conſentanea protulit.Reliqua enim, q̃ perperã ab eodẽ dicta ſunt,

numero quamplurima, prætermittenda in præſentia mihi eſſe ſtatui. cū quòd video diſputationem hanc, ſi ſingula refellere voluero, multitudine librorum nimiam euaſuram. tum quòd ſatis exploratū habeo fore, vt iſti qui Chryſippi dogma approbāt, ex contentione quam cum veteribus exercent, litigioſius mihi in illis ſint contradicturi. in his verò, vbi non modo euidenter patentibus repugnat, ſed etiam ſeipſum refutat, pudebit aliquos fortaſſe, vt ſpero: & ad meliora transfugient, id quod Poſidonio contigit, cum erubeſceret ſcilicet, aliorum ſtoicorum dogma manifeſte falſum defendere. Qui quidem ſtoici, adeo contentioſi ſunt, vt quoniam rationalis facultatis eſſe perturbationes dixerunt, eas in brutis animalibus, pleriq; etiam in puerulis, quippe qui etiam ipſi, nondum rationales ſint, eſſe poſtea non concedant. At verò ita impudenter ſe gerere, contra ea quæ omnibus hominibus manifeſta apertaque habētur, ſophiſtæ, non poſſe autem quæ propoſuit quiſpiam, perpetuo conſeruare, ſed ſibi aduerſari in ſcriptis, inexercitati in diſputatione hominis eſſe, eſt exiſtimandum. Quę vtraque egregius Chryſippus, in multis tractatibus committere deprehenditur.

De

De aliis igitur, alibi diſſeremus.

ARGVMENTVM CAP. II.

Affectus animi, motus eſt irrationalis contra naturam, qui in ſapientum animis non exiſtit, conſentiente in hoc Chryſippo, cũ veteribus. Verum vt ſe ſtultorum prauorumque animus habeat, cum in affectibus, tum ante affectus, nõ itidem ſentiunt omnes. Chryſippus reſpondere ait corporibus, quæ in febres aut alui profluuium leui occaſione ſunt prona. Poſidonius vel corporum ſanitati, quæ in morbum eſt facilis, aut ipſi morbo. Galenus non probat Poſidonium, quòd animæ morbum duabus contrariis rebus, ſanitati pariter & morbo ſimilarit. Chryſippum verò magis damnat, qui animi morborum neque iis morbis reſpondere voluit, qui in orbe aut circuitu quodam conſiſtunt.

DE animi perturbationibus verò, ꝙ rationalis facultatis minimè ſint, & ſuperior liber totus mihi eſt conſumptus, in iis quæ ipſe etiam fatetur: & hic etiam nihilo ſecius conſumetur, principio inde repetito. Perturbationem animi, motum eſſe irrationalem contra naturam, nõ tam veteres, quàm Chryſippus quoque ipſe cõcedit. huncque ipſum motum, in ſapientum animis non exiſtere, inter vtroſque

narius ſit, vel ægrotet. conſentit nihilominus etiam ipſe cum Chryſippo, vt ægrotare ſtultorum animos dicat. eſſe tamen eorum morbum ſuperius dictis corporis conſtitutionibus perquam ſimilem aſſerat. Ita enim ad verbum inquit. Vnde etiam morbus animæ ſimilis eſt, non vt Chryſippus opinatur, morboſæ corporis habitudini, qua efficitur, vt inordinatas, nō in eas quę certo quodam circuitu redeunt, febres incidant homines. ſed potius, vel corporis ſanitati quæ procliuitatem ad incidendum in morbos habeat, vel ipſi morbo, eſt comparandus. corporis ſi quidem morbus iam ægrotans habitus eſt. at qui à Chryſippo dicitur morbus, procliuitati magis ipſi in febres ſimilis videtur. Hic Poſidoniū, quòd inſipientium animos cum perturbationibus vacant, ſanis corporibus ſimiles eſſe dixerit, laudo. quòd huiuſcemodi conſtitutionem, morbum appellarit, non approbo. Nā ſi rectè comparatione vſus fuiſſet, primo prudentium animos, corporibus omni affectione carentibus aſſimulaſſet (an verò aliqua eiuſmodi corpora inueniantur, necne, ſuperuacaneum, quantum ad propoſitum negotium ſpectat, diſceptare) mox proficientiū in ſapientia hominū, bono habitu

bitu

bitur prædictis.inde moderatorum,iis qui abſque bono illo habitu valent. tum vulgarium,& inſipientium,illis qui leui de cauſa ægrotant.iratorum poſtremo, & ſcandeſcentium, vel demũ perturbatione aliqua affectorem,morbo iam correptis. Veruntamen in hoc illud mihi videtur cauiſſe Poſidonius,ne in omnibus nimis contentioſe à Chryſippo diſſentire videretur. Quæ enim cauſa afferri alia poteſt, cur animæ morbum,ille corporum conſtitutioni tum valentium, tum ægrotantium cõpararit? nempe non vtriſq;,ſed ſolis ægrotantibus par erat ægrotantes animas conferri. fieri enim nequit,vt vna eademque res,hoc eſt animæ morbus,duobus contrariis,ſanitati & morbo rectè æquiparetur. Nã ſi poteſt, ſanitatem quoque morbo ſimilẽ dicere; neceſſe erit.ſiquidẽ morbo animæ, vtrunque & morbus, & ſanitas cõprobatur. quæque eidem ſunt æqualia,inter ſe quoque æqualia eſſe,manifeſtum eſt. At Chryſippi,abſurdior longe oratio eſt,cum neque iis qui in certo quodam circuitu redeũtibus morbis vt tertianis,aut quartanis febribus cõſtituti ſunt,comparandum animæ morbũ concedat. Ita enim ſcribit. Intelligendum verò morbum animæ, corporis febriculo-

ſæ cōſtitutioni ſimillimū eſſe, qua ſcilicet, non certo quodam circuitu, ſed inordinatè febres & horrores ex affectione alioqui, leuibuſq́ue ſuperuenientibus cauſis, ingruunt. Neſcio profectò, quæ cauſa ſit, quamobrem eos qui ad ægrotādum parati ſunt, iam ægrotare, eos verò qui iam ægrotant, nec ægrotare quidem prorſus dicat. nam qui quartanis, aut tertianis laborant, cum rigore tenentur, & febricitant, tunc in morbo conſtituti ſunt. cùm verò mutata morboſa illa conſtitutione, nihil huiuſcemodi patiuntur, in intermiſſione, quæ appellatur, conſiſtunt, extra morbum poſiti cenſentur. Morboſam ſiquidem conſtitutionem, vel lugentibus, vel amantibus, vel inuidentibus, vel id genus aliqua perturbatione affectis, merito conferre quis poſſet. Nam iſti, quandiu vel dormiunt, vel alicui rei animum intentum habent perturbationibus vacant. paulo poſt tamen, ipſis illis rebus quibus afficiebantur, memoria repetitis, ſimilem febrium acceſſionibus, motionem quandam patiuntur. Quibus autem neque luctus, neque aut cupiditas aliqua recens, aut ira inſtat, ii valentibus corpore æquiparantur, ac quoniam ex his nonnulli facile à morbo corripiuntur, non

nul

nulli non ita,efficietur,vt in illis etiam qui animo valent,eadem ratio, ſimilitudoque habeatur.nondum tamen quanquam procliues in morbos ſunt,animo ægrotare dicentur:quando neque illi corpore.

ARGVMENTVM CAP. III.

Reſpondet obiectioni Stoicorum, euincens Chryſippi & Zenonis teſtimoniis, eandem eſſe animæ cum corpore proportionem in affectibus, morbis,& ſanitate.

SEd reſpondebit ſcilicet aliquis fortaſſe Stoicorum, ac proinde,vt ſolent, non eãdem eſſe animæ ad corpus,in affectibus, morbis & ſanitate rationẽ dictitabit.Quid ergo o boni viri, ita enim nos vrgebimus corporis affectionibus, & morbis animæ, perturbationes aſſimulatis?Quid Chryſippus in libro morali, de perturbationibus ita ſcriptitat? Sicut enim ad ægrum corpus,eſt quædam ars,quam medicinam nũcupamus, eodem pacto quoque ad ægrum animum,ars quædam eſſe debet.neque par eſt, vt in ſingularibus ſpeculationibus, & curationibus,corpore inferior animus reperiatur.Proinde ſicut corporis medici officium eſt, vt intra morbos, qui corporibus accidunt, & curationes vnicuique ge-

neri accõmodata ſit, vt more ipſorum loquar:ita etiã animæ medico conuenit,quã optime poteſt,intra hęcvtraq; eſſe.Hos verò ita ſe habere,ſi quis proportionẽ hãc ab exordio cõferre penitus voluerit, liquido cognoſcet.nã ad hæc collata proprietas, & curationũ ſimilitudinem,vtputo,& vtrarũq́ue medicinarum inter ſe proportionẽ,patefaciet.Proportionẽ igitur quandã in anima eſſe, ad ea quæ corporibus contingunt nõ modo ex hac ſupraſcripta oratione, ſed ex ſequentibus etiã,ſatis cõpertũ eſſe reor in hunc modũ à Chryſippo prolatis. Perinde enim,vt in corpore conſiderantur vires,& imbecillitas,firmitas & infirmitas,& vigor,præterea ſanitas, & mala valetudo, bonus habitus,& malus,reliqua item, quæ deinceps enumerat,affectiones,ægrotationes,& morbi:eadem ratione,inquit, ſimile quid omnibus his in anima quoque rationali & exiſtit, & appellatur. Poſtea ita infert.vt opinor ab huiuſcemodi proportione & ſimilitudine,& vniuocatione, quæ in ipſis inuenitur.quippe cũ animo quoq;,robuſtos eſſe,aut imbecillos quoſdã dicamus quoſdam firmos aut infirmos, item ægrotare alios, alios valere, nec diſsimili modo affectio, & ægrotatio, aliaq́ue id genus,

in animo dici cõſueuere. Aperte hic Chryſippus,eorũ quæ in anima ſunt,ad ea quæ in corpore cõſpiciũtur, quandam ſeruari proportionẽ vult. affectuũ vtiq; ad affectus,ægrotationũ ad ægrotationes,morborum ad morbos,viriũ ad vires, imbecillitatis,ad imbecillitatẽ,& vt ſemel dicã,omniũ eorũ,quæ vniuoce dicuntur, ſigillatim ad omnia. nomẽ enim, cũ vniuoca eſſe dicat, idẽ, eandemq; rationẽ ipſorũ eſſe nõ dubitat. vt quocũq; modo vniuerſaliter morbũ in corpore definieris, eodẽ etiã morbũ animę definiri neceſſe ſit. Velle verò Chryſippũ,proportionẽ in omnibus ſeruare atque explicare, vel ex his perſpicuũ eſt, cũ ſcribit. Quid ſi aggrediatur aliquis hoc facere,neq; aſſequatur,nõ propterea eſt à ſimilitudine recedendum.ſed vitio verti id doctrinæ, vtpotæ falſe,merito debet. Nihilominus idem etiã in ſequenti hac tota oratione,videri poteſt,quam in morali de perturbationibus libro, ita ſcriptã poſuit. Vnde apte admodum Zenonis oratio progreditur.animæ,inquit,morbus, corporis inconſtantiæ,quam ſimillimus eſt. dicitur autem corporis morbus eſſe calidi & frigidi, ſicci & humidi, eorumque quæ ſunt in corpore,inæqualitas quædã.Et paulò poſt,

ita

ita ſubiungit: ſanitas autem corporis, bona quędam temperatura, & ęquabilitas eorum, quæ ſuperius diximus, eſſe cenſetur. Item deinceps: exiſtimo enim bonum corporis habitum, eſſe optimam ſupradictorũ temperaturam. Et mox: atq; hæc in corpore, non ab re dici cõſueuerũt. nã in calidis, & frigidis ſiccis & humidis, ęquabilitas vel inæquabilitas, ſanitatẽ vel morbũ, in neruis vires vel imbecillitatem, firmitatẽ vel infirmitatem, in membris pulchritudinem vel deformitatem efficit.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Vt corporis ſanitas, ſimplicium eſt partium ſeu elementorum æquabilitas, ita animæ ſanitas aut morbus, erit partium ſuarum ſimpliciũ æquabilitas vel inæquabilitas. Partes animæ iuxta Platonem, ſunt facultates iraſcibilis, concupiſcibilis, & rationalis. quæ in nullo diſſentientes, animæ ſanitatem, diſcordes autem morbum creant. Subijciuntur morbi definitiones, aliæ alijs contractiores.

Haec quidem optime Chryſippe, bene omnia diſſeruiſti, ſed age eorum quæ in anima vniuoce ad iſta dicũtur, proportionẽ, ſicut pollicitus es, nobis aſsigna, atque à ſanitate & morbo, ſi videtur, exordire. Nam quẽadmodum ſanitas corporis,

eſt ſimplicium eius partium, quæ eleméta appellamus, calidi inquam & frigidi, ſicci & humidi æquabilitas: eodem pacto animę credo, ſanitas æquabilitas erit ſimplicium eius partiū, quæ quidé partes, quales, quoque ſint, quóue modo inter ſeſe habeant, tibi explicare neceſſe eſt; ſi modo præſtare id quod pollicitus es, nihilq́; prætermittere volueris. Quinetiā, morbus animæ, pari ratione inæquabilitas quædam erit, & diſcordia earundé harum inter ſeſe partium, quarum æquabilitas animæ ſanitas eſſe dicebatur. at verò partes hæ ex Platonis ſententia, nullæ aliæ ſunt, quam iraſcibilis, & rationalis, & quæ tertia his annectitur, concupiſcibilis, vt & ſanitatis & morbi animæ ſimilitudo ad corpus, in omnibꝰ ſeruari optime poſsit: ſiquidem cōſentientes inter ſe hæ tres partes, nullaq́; in rę prorſus diſsidentes, ſanitatem animæ, diſsidētes cōtra ac diſcrepantes morbum creant: morbus enim ſuperius quiddā, atque vt paulo

Morbi definitio.

ante dixi, vniuerſalius eſt, cuius notionem ita cōplectimur. morbus eſt rei naturā cognatæ ex aliqua corruptela diſſenſio. ad hunc enim modum à Platone in ſophiſta definitur, quam quidem definitionem generalé eſſe, omneſq́; ſingulares morbos penitus

tus tam animæ, quã corporis, tam in cæteris animantibus & plantis, quã etiã in totis ciuitatibus cõprehendere, facile cognoſci poteſt. Ita ſcilicet ſeditionibus, inteſtinisq; aliquo bello laborãtes ciuitates, ęgrotare dicimus, ꝓpterea quia ea quæ in ipſis inter ſe cognata natura ſunt, in diſſidiũ ac pugnã venerint. hæc eſt morbi, quã maximè generalis notitia: nã cũ dicimus, eũ eſſe ſimplicium partium, inter ſe diſcrepantiam, contractior euadit definitio, atq; etiã magis, ſi calidi & frigidi, ſicci & humidi inter ſeſe inæquabilitatem dixerimus. hic enim, non alterius cuiuſpiam, ſed ſolius corporis morbus eſt, ſicuti animæ tantùm ratiocinantis facultatis, diſcordia ac ſeditio.

ARGVMENTVM CAP. V.

Dupliciter peccat Chryſippus. primò, quòd à ſeipſo diſſentit. Nam cum dixerit animæ morbum vniuocè cum corporis morbo appellari, eum nihilominus aſsimilat ſanitati corporis, ad corruptionem procliui. Deinde, non præſtat pollicita. Siquidem cum cenſuerit animã valere & ægrotare, pulchram & deformem eſſe partium inter ſeſe æqualitate & inæqualitate: poſtea quænam hæ ſint partes explicare nequit, vt pote in vna ſola rationali parte ſanitatem, morbum, pulchritudinẽ & defor-

mitatem collocans: cogiturque functionum animæ pro partibus meminiſſe. Nec ſi animæ partes dicat eſſe Chryſippus ſpiritum auditorium & viſorium, vocalem & genitalem, & eũ principalem, in quo conſiſtit ratio, poteſt tamen horum æquabilitatem, præcipuæ animæ partis ſanitatem & pulchritudinem facere, cum in his corporis nõ principis animæ ſanitas collocetur.

Chryſippus verò, in hac præceptione dupliciter peccat. primum quia à ſe ipſo diſſentit, cùm in morali de perturbationibus libro, morbum animæ vniuoce cũ morbo corporis appellari dicat, in primo rationalium quæſtionum diſſolubili, pronæq́ue ad corruptionem ſanitati, eum cõparet. deinde ꝙ ne illud quidem præſtat, quod in curatorio & morali, qui inſcribitur libro, vere propoſuerat. Quidnã? partium animę inter ſe æquabilitatem & inæquabilitatẽ, qua & valere & ægrotare anima dicitur. nam cũ perturbationes omnes & morbos in ſola rationali facultate exiſtere conſtituat, merito hæſitat, quarũq́; partium, æquabilitas animæ ſanitas eſſe poſſit, demonſtrare non valet. eodem modo, pulchritudinem in æquabilitate, deformitatem cõtra, in inæquabilitate partium cõſiſtere cum dicat, merito poſtea quarum

partium æquabilitas ſit pulchritudo, quarum inæquabilitas ſit deformitas,expedire non poteſt.atqui poſt ea quæ ſuperius appoſui,in hunc modum ſcribit. Ideo & pulchra & deformis anima, proportione quadam ex certarum partium vel æquabilitate vel inæquabilitate dicetur. Recte ſanè ex æquabilitate certarum quarũdam partium,vel inæquabilitate, pulchram aut deformem,ſanam aut ægram animam dici,à Chryſippo poſitũ eſt.ſed poſtea,quia quænam ſint hæ partes explicare nequit,vtpote in vna ſola rationali parte ſanitatem & morbum, pulchritudinem & deformitatẽ collocans,implicare orationẽ cogitur, functionesq́; eius, quaſi partes cõmemorare. Ita enim ſubſequitur. Partes animæ ſunt hæ,quibus ratio,quæ in ipſa eſt rationisq́; affectio, & diſpoſitio cõſtat, & eſt pulchra aut deformis anima,put principalis pars, ſic aut ſic, ſecũdũ proprias ſuas diuiſiones affecta fuerit. Si quales,nam hæ diuiſiones eſſent aſcripſiſſes Chryſippe, negocio omni abſoluti fuiſſemus. ſed neque hic, neque in aliquo alio libro,quicquã hac de re dixiſti, ac quaſi in hoc vis omnis & cauſa huiuſce de perturbationibus tractatus ſita non ſit ſtatim à ſpeculatione atq; explica

tione hac recedens, in rebus minime neceſſariis, nihilq́; ad rem facientibus, dilatas orationem. quippe immorari in hoc decebat, & quænã iſtæ ratiocinantis animæ facultatis partes eſſent, demonſtrare. Quod, quia tu prætermiſiſti, prudẽs ne an imprudens, coniectura nõ aſſequor, nitar ego, tua dogmata ſecutus, quid tibi velis ſuper hac re excogitare, ſententiæq́; tuæ, exquirere veritatẽ, atq; à ſupradictis illis tuis verbis incipiã, quæ ita ſe habent: partes, inquis, animæ ſunt hæ; quibus ratio quæ in ipſa eſt, conſtat. ad illa nos reuocans fortaſſe, quæ de ratione diſſeruiſti, rationẽ eſſe notitiarum quarundam, & anticipationũ collectionẽ aſſerens. ſed ſi notitias ſingulas, & anticipationes ſingulas, animæ partes eſſe arbitraris, duplici errore inuolueris. vno, ꝙ nõ animæ, ſed rationis partes, has eſſe dicendũ erat. nã vel tu ipſe, tũ in tractatu de ratiõe ita ſcriptũ reliquiſti: nõ etenim idẽ eſt anima, & ratio. tũ in eadẽ hac ſuperius citata oratione, id oſtẽdis, vnũ ex iis, quæ in anima cõſiſtũt, eſſe etiã rationẽ: anima verò, & quod in ipſa cõſiſtit, idẽ eſſe nullo modo põt. alter error eſt, ꝙ quãuis hoc ir reprehẽſum omitteret notitias tamẽ, & anticipationes, nõ animæ partes, ſed functiones

nes & operationes aſſerere debueras. at ex propriis operationibus componitur nihil, neque oculus,neq; auris,neq; manus,neq; crus,neque quicquam aliud.ſed oculi operationes, ſunt ſingulorum colorum albi & nigri, flaui & fuſci , aliorumque omnium dignotiones. ſicut vocum & ſonorum auris,acuti nempe & grauis, magni & parui, lenis & aſperi. non tamen partes hæ neq; oculorum, neque aurium ſunt exiſtimandæ. Quin tu etiam probe noſti, corneam folliculum,& acinoſum,glacialẽ item & vitreũ humorẽ, aliaq; id genus, oculorũ eſſe partes,quẽadmodũ etiam oſſa, chartilagines, neruos, mẽbranas, reliquaq; huiuſcemodi,auriũ eſſe partes nõ ignoras. ne igitur partes cũ functionibus in anima confundas.notitiæ ſiquidem,& anticipationes functiones & operationes animæ ſunt.partes verò,vt tute alibi doces, ſpiritus auditorius, & viſorius, & vocalis, & genitalis, præterea ante omnes alios principalis ac dominans,in quo conſiſtere etiã rationem dixiſti, qua præcipue parte deformitatem & pulchritudinẽ aĩę effici aiebas.hic igitur ſpiritus,duas habet partes, duoq; elementa, ac duas conſtitutiones , frigidum ſcilicet & calidum, ac ſi aliis à natura ipſorum

nominibus appellare voluerimus, aerem & ignē, quæ inter ſe, tota ſunt cōmiſta ac confuſa. quin etiam ex corporibus, in quibus inſita ſunt, vaporē quendā contrahunt. ſed mirarer, ſi horum æquabilitatē, ſanitatem & pulchritudinē principalis animæ partis eſſe velles. corporis enim in his ſanitatem, nō principalis animæ partis, tuo etiā iudicio collocari conuenit. periit igitur nobis totum exemplū, totaq; vniuocationis promiſsio, prorſus euanuit, cum morbum vel ſanitatē, pulchritudinē aut turpitudinem, in principali animę parte, eodem modo cōſiſtere, quo in toto corpore, monſtrare ne queamus. at tu hoc pollicitus prius fueras, recte ſanè, & cognoſcens & ſeruans omniū ante dictorum notionem. non tamen ſequi omnia vſquequaq; potuiſti. neque proportionē hanc & ſimilitudinem animę, cū corpore nobis expoſuiſti.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Ait Chryſippus, animi morbum reſpondere conſtitutioni corporis, in febres aut alui profluuia, vel quid ſimile procliui. Expedire tamen non poteſt, vt morbus animæ, corpori reſpōdeat. Animæ ſanitatem cum pulchritudine cōfundit. quæ in corpore diſcernit.

SEd iam rurſus,ad inſtitutā diſputationem redeundū,vt idoneū aliquē finem noſtra cōſequatur oratio. Morbi notitiā, in primo de perturbationibus confundit Chryſippus,cū ſimilem dicat animę morbum,corporis cōſtitutioni quę facile in febres, aut alui fluxus, taleq́ue aliquid incidit.in curatorio ſeruat quidem morbi notionem,nulla habita ratione,ꝙ ſibiipſi manifeſtè repugnet:non tamen morbū,cæteraq́; quæ proportionem cū corpore habere inquit, explicare omnino potuit. Adde ꝙ ſanitatem animæ,cum pulchritudine cōfundit. in corpore verò, vtraq; enucleate diſtinxit, ſanitatem in elementorum, pulchritudinem in membrorum congruitate conſtituens. id quod aperte ſua illa ſuperius à nobis citata oratione,colligere licet. vbi ſanitatē corporis,æquabilitatē in calidis & frigidis, ſiccis & humidis eſſe affirmat,quæ elementa corporū ſunt. pulchritudinem verò,non in elementorum,ſed in membrorum apta cōgruentia.digiti videlicet ad digitum, digitorumq́; omnium ad palmā, & ad manus articulū, & horum ad cubitum, cubiti ad brachium, omnium denique ad omnia poſitam eſſe cenſet:perinde atq; in Polycleti norma,literis manda-

tum conſpicitur.nam cùm omnes in eo libro congruitates corporis, Polycletus docuiſſet,opere demum orationem confirmauit, iuxta libelli præcepta ſtatuta fabricata,quam eodem nomine,quo librum inſcripſerat,normam appellauit.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Cum pulchritudo ſit apta membrorum connexio, & ſanitas elementorum, quiſquis volet eorum quæ in corpore ſunt próportionem, ad ea quæ in anima ſunt conſeruare: hunc neceſſe eſt oſtendere, ex quibus ſimplicibus tota animæ cõpago conſtituatur: vt in horum poſtea inter ſe proportione,ſanitas & morbus apte; deprehendatúr.quod Plato præſtitit,duo faciens viciorũ genera in anima:vnũ quod morbo corporis, alterũ quod turpitudini eiuſdem reſponderet. Morbus animæ, ipſius prauitas eſt: turpitudo, ſtultitia & inconcinnitas.

PVlchritudo igitur ex omniũ medicorũ philoſophorũq; ſententia, in membrorum apta cõnexione ſita eſt. ſanitas in elementorũ congruentia,quæcũq; elementa ea fuerint. nã ſiue ex tumoribus & meatibus,vt Aſclepiades dicebat, cõſtent animaliũ corpora,ſiue ex indiuiduis corpuſculis,vt Epicurus,ſiue ex ſimilarib.partibus, vt Anaxagorę placuit,ſiue vt Chryſippus

opinatur, Stoicique omnes, & ante eos Ariſtoteles, & Theophraſtus, & prius etiam Plato, & Hippocrates, ex calido & frigido, ſicco & humido, corpora animalium conſtituantur, elementorum in omnibus æqualitas congrua, ſanitatem efficiet. ſi quis ergo eſt, qui horũ quæ in corpore ſunt proportionem, ſimilitudinemq́ue ad ea quæ in anima, ſicut pollicitus eſt Chryſippus, ſeruare penitus velit, planum facere is debet, ex quibus ſimplicibus partibus quaſi elementis, tota animæ compago conſtiterit. vt in harum poſtea inter ſe proportione, ſanitatem & morbum apte inuenire valeamus. id quod à Platone factum eſt. Chryſippus verò neq; hanc ſanitatis, quam promiſerat, ſimilitudinẽ, neq; pulchritudinis exequi potuit, ſed ſimul, pulchritudinem cum ſanitate confudit. nam ſecundum proprias rationis diuiſiones, pulchram vel deformẽ animam fieri dixit, quo modo vel ſana vel ægra reddatur, ne verbo quidem facto, ſimul, vt reor, vtraq; hæc confundens, neque valens exquiſite & definite de his quicquam pronunciare. Quod Plato, cum aliis quibuſdam in locis, tum in ſophiſta optime præſtitit. qui animæ partium ſeditionem diſſidentiamq́ue, eſſe morbum dicit,

Proportio in aĩa qualiter ſeruari debeat.

temerarias autem eius motiones,& immo-
deratas,hoc eſt functiones atq; actus ex ap
petitione prouenientes turpitudinẽ appel
lat.ita quoque conſenſum,congruentemq́;
æqualitatem partium eius inter ſe, ſanita-
tem, motionumq́; æquabilitatem eſſe pul-
chritudinem aſſerit. Etenim, quemadmo-
dum corpus pulchrum,in æquabilitate mẽ
brorum naturam habet ſuam,eodem modo
actus, ex ſingularium motionum congrua
æquabilitate pulcher , honeſtusq́; euadit,
quẽ ad ſenſum ſaltare nõnulli, pãcratio de
certare,luctari,atq; incedere etiã,decore&
pulchre dicuntur.turpiter alii& indecẽter.
Quippe cum ex cõgruentia motionũ, ope
rationum pulchritudo, ex incõgruitate de
formitas manifeſtetur. Platonis verba ex
,, Sophiſta ad hunc modum habent.Ho.duæ
,, vitiorũ ſpecies in anima dicedæ sũt.Theę.
,, Quænam?Ho.vna morbo corporis, altera
,, turpitudini perquã ſimilis. Theæ.nõ intel
,, ligo.Ho.morbũ fortaſſe & ſeditionem non
,, idẽ eſſe opinaris?The.neq; quid ad hec re-
,, ſpondeam habeo.Ho. nũquid aliud ſeditio
,, nem putas,quàm rei natura cognatæ,ex ali
,, qua corruptela diſsidentiam?The.nihil ſa-
,, nè aliud. Ho. aliud ne quid turpitudinem
,, quàm ex incongruentia prouenientem de-
form

formitatem. The.nequaquàm aliud. Hæc ,,
ſunt quibus vniuerſaliter de morbo & tur-
pitudine,qualis vtrorũq; natura eſſet edo-
cuit Plato.Qua verò ratione,in animis no
ſtris efficiantur,deinceps explicatatq; hæc
de morbo diſſerit. Ho.quid?nonne in ani- ,,
mis praue affectorũ hominum opiniones ,,
à cupiditatibus,iracũdiam à voluptatibus, ,,
rationem à mœroribus, omniaq́; inter ſe ,,
diſſidere animaduertimus? The. maxime. ,,
Ho.At hęc vniuerſa ex neceſsitatè cognata ,,
ſunt?The.quidni. Ho.ſi igitur ſeditionẽ & ,,
morbum animæ prauitatem eſſe dicamus, ,,
non errabimus.Subſequendo deinde ducẽs
quomodò turpitudo animis inoleſcat, ita
ſermocinatur. Ho.quid? illa quæ motione ,,
aliqua prædita cum finem aliquẽ ſibi pro- ,,
ponant,cumq́; nitantur attingere,in ſingu ,,
lis appetitionibus aberrant,fineq́; ipſo fru ,,
ſtrantur,nunquid ex ęquabilitate congrua ,,
inter ſe, an contra ex inæquabilitate id fa- ,,
cere dicemus?The. Ex inæquabilitate ſcili ,,
cet.Ho.At animas omnes ſcimus quicquid ,,
ignorauerint,inuitas ignorare?The.planè. ,,
Ho.ignorare vero,nihil aliud eſt quàm de ,,
ſipere, cum animæ vtique ad veritatẽ in- ,,
citatæ aberrat intelligentia. The.profecto ,,

quid

quidem. Ho. animam igitur ſtultam, turpem, & inconcinnam eſſe ſtatuendum eſt. Ita in Sophiſta Plato de ſanitate & pulchritudine, turpitudine & morbo, tũ generaliter, tum peculiariter diſſeruit. generaliter notione ipſorum deſcripta, peculiariter, quo in animis noſtris accidant, modo explicato. reliquas eius orationes haud ſanè paucas in multis libris, vbi de ſanitate & pulchritudine, turpitudine & morbo agit, non mihi videtur in præſentia adducendi locus. ſed cum de ſanitate & morbis tractãdum nobis erit, probandumq; eandem fuiſſe Hippocratis & Platonis de his rebus ſententiam, eas etiam commemorabimus.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Iudicia & affectus non in vna animæ particula, neque in vna ipſius facultate cõſiſtunt: ſed plures ſunt ac genere diuerſæ cum facultates tũ partes. Ariſtoteles & Poſidonius, tres fatentur eſſe animæ facultates, cõcupiſcibilem, iraſcibilem & rationalem. Illasque ſedibus, natura ac genere diſtinctas eſſe, Hippocratis & Platonis eſt dogma. Cæterum Chryſippus non idem hic cum alijs iudicat, quinetiam ſecum pugnat. Cenſet omnem actionem & affectum in ratione conſiſtere. nec interim docet, quopacto obortis affectibus mederi, aut ne fiant, caueri poſſit. Idem cum affe-

ctus

ctus ab errantibus iudicijs ſeiunxerit, rurſus eos in mutua iudiciorum pugna affirmat conſiſtere. quare nõ poteſt apte medicamina affectuum tradere.

NVnc quia neque de pulchritudine & ſanitate, turpitudine & morbo, neque de iis tantum quæ ad corpus attinent, abſolute nobis eſt ſermo, ſed de animæ affectibus, propoſita erat conſideratio, cætera omittemus, ad inſtitutumq́; ipſum reuertemur. Quod demonſtrare propoſueramus, id eſt, neq; in vna tantum animæ parte, neque in vna facultate & iudicia, & affectus exiſtere, vt Chryſippus ſentit, ſed plures eſſe, diuerſaſq́; genere tum facultates, tum partes. Animę quidẽ facultates tres eſſe numero quibus cupiamus, iraſcamur, & ratiocinemur, vel Poſidonius ipſe, & Ariſtoteles etiam cõcedit. locis verò etiã inter ſe ſepa ratas eſſe, animamq́; noſtrã non modo facultates multas in ſe habere, verum etiã ex partibus diuerſis genere, naturaq́; diſcrepantib. cõpoſitam eſſe, Hippocratis Platoniſq́; decretũ confirmat. de cuius veritate multa à nobis dicta iam ſunt, multaq́; etiã dicentur. Nunc redeo iterum ad Chryſippum, qui neque facultates has in eſſe in animis noſtris fatetur, ſed omnes operationes

Animæ facultates tres ſe nũero.

nes

nes,& affectus in ſola ratione conſiſtere affirmat. neq; quomodo aut ortæ curari, aut antequam exiſtant, caueri poſsint perturbationes, vllā artem docetur. Qua de re ſicut de aliis plurimis ſecum diſsidere vel ex eo conſtat, ꝙ cum in primo de anima libro has facultates animæ eſſe poſuerit, vt in ſuperiori libro citatis etiam verbis eius, ſatis aperte declaraui, in libris poſtea de perturbationib. perturbationes ipſas, rationalis animæ facultatis eſſe iudicia quædam aſſeuerauit. Nos porrò ea quæ vere dixit Chryſippus, locupletiſsima Hippocratis & Platonis decretorū eſſe teſtimonia putamus. quippe cū ab homine non intelligente tantum dicta fuerint, ſed qui veterum decretum, omnibus modis labefactare atq; euertere ſtuduerit. hæc enim de huiuſcemodi rebus teſtimonia eorum eſſe hominum conſueuerunt, qui à veritate ipſa, coguntur verum fateri. Ad illa rurſus, quæ in hanc ſententiam ſcripſit Chryſippus, deſcendemus. atque ea partim ſibi non conſtare, partim euidentibus repugnare, partim vtroq; modo peccare, manifeſtiſsime oſtēdemus. Sed prius illud quod in fine orationis Chryſippi, iam antedictæ poſitum fuerat, repetendum eſt ſanitatem inquam & morbum, pul

chry

chritudinem & turpitudinẽ animæ.in partibus ipſius fieri:parteſq́; has, notitias anticipationesque eſſe.primum ex his propoſitum illi remittamus.quamuis enim ſuperius ſatis probauerimus,nõ debere in operationibus animæ, morbum aut ſanitatem ſed pulchritudinem tantum & turpitudinẽ poni,tamen etiam ſi quis illud ipſum concedat , reliqua non recte fuiſſe dicta conabor oſtendere.Nam ſi ex mutua duorũ iudiciorum pugna,perturbationum ortus reſultat.neceſſe erit, aut alterum ex his iudiciis verum eſſe,alterum falſum,aut vtraq; falſa.ſi modo hoc, rationalem enim quandam quæſtionem habet, facilè aliquis conceſſerit.ſiue tamen vtraque falſa,ſiue alterum ex ipſis verum eſſe dicamus,perturbatio iudiciorum , pugna nullo modo erit. Quippe ſi adæquatur inter ſe iudicia,circa perſuaſionem,ea de re ſuſtinendus prorſus eſt aſſenſus.ſi alterum lõgè probabilius apparet,aſſentiri quidem,&ex aſſenſione illa agere aliquid,non inconſideratè tamen neceſſe eſt:vt ſi quis voluptatem bonum eſſe opinatus,paruum quid habeat, à quo in cõtrarium retrahatur . vel ſi honeſtum quis, ſolum bonum exiſtimans,à neſcio qua tamen etiam ipſe alia opinione reuocetur,

vt non firmiter conſtanterq; credat, aut ſi quemadmodum Pyrrho, vtraq; in æquilibrio ponens negationem & aſſenſum inhibuerit. nullo enim ex his modo, perturbatio exiſtit. id quod ipſe etiam Chryſippus verbis illis, quæ à me in ſuperiori libro fuerũt citata, aperte declarauit. vbi inquit, nequaquam ſi aberrans fertur aliquis, aut in curia quadam, in ratione labitur, & cætera quæ ſequuntur, perturbationem conſiſtere, ſed ſi rationi immorigera eſt appetitio. adeo vt hic quoque Chryſippus ſibiipſi cõtradicere deprehendatur. Cũ enim perturbationem, ab errantibus iudiciis ſeparauerit, nihilominus tamen, rurſus in mutua iudiciorum pugna, morbos animæ & perturbationes conſiſtere affirmat. nihil igitur mirum eſſe debet, ſi recte à Platone, affectuum curationes & medelæ traditæ ſunt, vt Poſidonio quoque videtur, à Chryſippo vero perperam. Qui enim neque omnes perturbationum cauſas, auſus ſit explicare, ſed ſe in præcipuis hærere fateatur, vt in ſuperiori libro videre licet, neque in iſtis tamen quas affert, recte quicquam dixerit, qui fieri poteſt, vt is de perturbationum curatione, conuenienter tractet?

At

ARGVMENTVM CAP. IX.

In pueris affectus ſunt, qui à ratione gubernari nõ poſſunt, & quędã illis ineſt proprietas qua trahuntur ad voluptatem, & alienantur à dolore. Porro animis noſtris triplex inſita eſt propenſio, ex ſingulis animę partibus promanans: ex concupiſcibili, ad voluptatem ex iraſcibili, ad victoriam: ex rationali, ad honeſta. Qua in re peccant Epicurus & Chryſippus: ille ad ſolam voluptatem, hic ad rationem tantum nos propenſos affirmans. Ideo copioſe Galenus exponit verbis Poſidonij, quo pacto pueris innata ſit ad voluptatem & improbitatem propenſio, & à dolore auerſio: oſtendens omniũ falſarum opinionũ cauſas, & qua ratione mederi poſſit affectibus. Obiter inde taxantur, qui virtutes vel ſcientias, vel facultates exiſtimant. Notatur Chryſippus, quod multas ſcientias & virtutes confeſſus, vnam tãtum animę facultatem ſtatuit.

AT verò ſi quatuor Chryſippi libros, omnes refutare vellemus, vt ſuperius etiã dixi, multo plura nobis volumina eſſẽt cõſcribẽda. Quo circa quæ ad propoſitã rẽ ſunt per quã neceſſaria, ea tantũ perſequemur. ac primũ de diſpẽſatione, quæ in puerorũ animis eſt, expediemus. dici ſanè non põt, aut ipſorũ appetitiones à ratione quã

Perturbatiões vehemẽtiores in pueris, quam in perfectis.

nondum habent, gubernari, aut ipſos non iraſci, non dolere, non lætari, non ridere, non flere, non aliis huiuſcemodi perturbationib. affici. Multo enim plures ſunt ac vehementiores in pueris, quàm in perfectis perturbationes. quæ tamẽ omnia Chryſippi decretis aduerſantur. præterea, neque illud fatendum eſt, nullã naturalem neq; ad voluptatem conciliationem, neq; à dolore alienationẽ eſſe. omnes enim infantes, nullo doctore ad voluprates quodã modo geſtiunt. laboresq́; auerſantur. iraſci etiã eos videmus, calcitrare, mordere, dum vincere prorſus ac ſuperiores euadere volunt. ſicuti nonnulla quoq; ex aliis animalibus, nullo præter victoriam propoſito idem factitant. Quo euidenter in conturnicibus, gallis, perdicibus, ichcumone, aſpide, crocodilo, innumerisq́; aliis beſtiis intueri licet. Non ſecus infantes ad voluptatẽ & victoriam, conciliationem quandam præ ſe ferunt. poſtea verò vbi paululum adoraueront, naturalem etiam quandam cum honeſtate, conciliationem oſtendunt. erubeſcũt ſiquidem procedente ætate, ſi peccauerint, honeſtisq́; actionibus delectantur, iuſtitiamq́ue, & alias virtutes, ſibi aſciſcunt. multaq́; ex harũ virtutũ notitia agũt, qui priꝰ

quo

quo tempore paruuli erant, perturbationes ſequebãtur,rationiſq́; præceptis non obediebant.Cùm igitur tres has cõciliationes naturales habeamus, in animis noſtris inſitas,ſingulas ex ſingulis animæ partib⁹ prouenientes,ex cõcupiſcibili ad voluptatem,ex iraſcibili ad victoriam,ex rationali ad honeſtatem, Epicurus ſolam prauiſſimæ partis conciliationem ſpectauit,Chryſippus ſolam optimæ,ad honeſtũ quod idẽ eſt,quod bonum,propenſos nos eſſe affirmans.Omnes verò has tres cõſpicere ſolis veteribus philoſophis licuit. quarum duabus omiſſis,Chryſippus non iniuria in vitiorum generatione poſtea hæſitat,& neq; cauſas eorũ, neque quo modo conſiſtant, explicare,neque quomodo peccent infantes,valet inuenire.Quæ omnia etiã Poſidonius reprehendit,atque arguit. Nam ſi ad honeſtatem , infantes ſtatim à principio propenſi eſſent,prauitatem oporteret non intrinſecus,& ex iis ipſis , ſed extrinſecus tantum ipſis accidere.at quãuis bonis moribus imbuantur, optimæq́ue erudiantur, peccare tamen certe in aliquo conſpiciuntur. Quod idẽ Chryſippus etiam fatetur. quanquã licebat ipſi , diſſimulatis iis,quæ euidẽter apparẽt, illud tantũ fateri, quod

propoſito ſuo erat conſentaneum. pueros inquam ſi bene honeſteq; inſtituti ſint,tẽporis progreſſione,in viros ſapientes omnino euaſuros.ſed contra aperta ac patientia non eſt auſus ita mentiri. Quin licet ſub philoſopho ſolo educentur, vt nullum neque viderint,neque audierint vitiorũ exemplum,non neceſſario tamen philoſophaturos. duplicemq́ue eſſe peruerſitatis cauſam ait, vnam ex inſtructione ſuggeſtioneq́ue multorum hominum, alterã ex ipſa rerum natura prouenientem.Mihi de vtraque dubitandum videtur. Cùm enim vbi viderint,audiuerintq́ue aliquod vitiorum exemplum, non oderint illud,aut fugiant,ſi quidem nullam cum eo affinitatẽ, nullamq́ue naturalem conſiliationem habent,mirari ſatis non poſſum.atque eo magis,quòd qui nihil neque auditu, neque viſu perceperunt,à rebus ipſis illecti,decipiuntur. Quæ enim neceſſitas tandem eſt,vt pueri à voluptate, perinde ac bono aliquo illiciantur, ſi nullã cum hac conciliationẽ habẽt,auerſentur,& fugiant laborẽ,ſi neq; ab eo natura alienati ſunt? Quid eſt cur laudibus,& honoribus lætẽtur,& gaudeãt? vituperia, & ignominias moleſte ferant, & fugiant?ſi neq; ad hæc, naturalem quan

dam

dam aut conciliationem,aut alienationem adepti ſunt ? nam ſi minus vocibus his, vt ſaltem vocabulorum aſſentitur Chryſippus,ad ſingula ex ſupradictis, tum conciliationem, tum alienationem inſitam in nobis eſſe. Cùm enim de bonis & malis imaginū probabilitate, & ſuggeſtione, in animis prauorum peruerſitatem inoleſcere dicit, cauſa ab ipſo eſt requirenda, qui fiat, vt voluptas tanquam bonum, dolor tanquam malum,probabilem viſionem & ſpeciem offerat. Cur item victoriam Olympicam,ſtatuarumque dedicationem laudari,celebrarique à pleriſque quaſi bona,cladem contra,& ignominiam vituperari, quaſi mala audientes, prompte ita credamus & perſuadeamur. Hæc quoque reprehendit Poſidonius, omniumque ipſe falſarum opinionum, cauſas aſſignare conatur.in ſpeculatione enim eas effici ait, ex affectuum deorſum trahentium grauatione, quam antecedant tamen falſæ quædam ſententiæ,in iudicio ratiocinantis facultatis debilitatæ ac languentes.exurgere ſiquidem appetitionem in animali ex rationis iudicio, aliquando ſæpius ex affectuū motione aſſerit.Quin etiā phyſiognomica euidentia,à naturæ ſcilicet cōlectori

bus obſeruata,orationi huic conuenienter annectit.ex animalibus quippe & hominibus quæ lato ſunt pectore ac callidiora,animoſiora:quæ laticlunia & fragidiora,timidiora eſſe cōſueuerunt.Addit etiā ex regionibus,quantū ad timiditatem & audaciam ſpectat,voluptatem item & laborē,nō paruam in moribus hominū, extare differentiam.quaſi affectuū animi motiones, corporis affectionem,quā ex aeris continētis temperatura,non parum cōtingit variari, ſubinde conſequātur.ſanguinem enim in animalibus caliditate & frigiditate, craſſitudine & tenuitate, aliiſq́ue quibuſdā non paucis differentiis,diuerſum eſſe. Qua de re Ariſtoteles copioſiſſime diſſertauit.nos quoque progreſſu diſputationis,locū idoneū nacti, nonnulla commemorabimus,cū ſcilicet de his & Hippocratis & Platonis verba,erunt producenda. Nunc aduerſus Chryſippeos, mihi ſuſcepta eſt diſceptatio,qui neq; aliud quicquā de perturbationibus, neq; illud prorſus cognoſcūt,corporis vtiq; temperaturas,ſibiipſis conſentaneas affectuoſas motiōes efficere. ita enim ſolet appellare Poſidonius.At Ariſtoteles, manifeſte iam omnes has animi conſtitutiones vocat, quaq́; ratione in diuerſis tē-

pera

peraturis conſiſtant,exponit. Vnde in nō nullis perturbationum curationem facilē, expeditamq́; eſſe, de ea cauſa crediderim, quòd neque has affectuoſas motiones admodū fortes,neq; rationem imbecillam,hebetemq́; natura habēt. Sed ex inſcitia,prauaq́ue conſuetudine, ex affectibus viuere huiuſcemodi homines cogūtur.in aliis cōtra difficilem & laborioſam,in quibus perturbationū motus,ex corporeæ cōſtitutionis neceſsitate inſiti magni & vehementes extiterint, ratio verò,natura infirma atq; hebes. Debemus enim hos,ſcientia verorū inſtruere, affectuoſasq́; ipſorū motiones, bonorum ſtudiorum conſuetudine frangere ac rotundere, ſi reddere meliores volumus. Ita quoque in procreatione,vt hominem ad optimā conſtitutionē formemus, primum ſeminis,deinde victus, quo vſura prægnās mulier ſit, cura eſt habenda,cibi nimirū & potus,exercitationum, quietis, ſomni,vigiliæ,cupiditatis & iræ,aliarumq́ue id genus rerū.de quibus omnibus diligentiſſime tractauit Plato.Chryſippus autem non modo ipſe nihil idoneū dixit, ſed ſectatoribus etiam ſuis, praue ita fundata diſputatione, nullam inueniendi occaſionem reliquit. Hæc etiam damnat Poſido-

nius,eaq́; quæ Plato de puerorum,dum adhuc in vtero fœtificantur, informatione diſſeruit,deq́; educatione, inſtitutioneq́ue eorundem,poſtea quã in lucem editi ſuſceptiq́; ſunt,mirum in modum extollit. atq; ipſe in primo de perturbationibus libro, quaſi cõpendium quoddam eorum quæ à Platone dicta ſunt,ſcripſit:quo modo educandi inſtituendiq́; pueri ſint,vt affectuoſa irrationaliſq́ue animæ pars, moderata motionibus, rationiſq́; imperiis obtemperans efficiatur.eam ſiquidem, optimã puerorum inſtitutionis præparationem eſſe ait,ſi affectibus obnoxiam animæ partem, ad principatũ rationis quã promptiſſimã reddideris, eo quòd parua à principio rationalis facultas,imbecilla eſt,magna poſtea ac fortis,circa quartũdecimũ annũ euadit. qua ætate imperare & dominari, ſicut auriga,pari iugalium equorũ, ita ipſa cupiditati,& iræ maxime ſolet: cum neq; nimis validæ hæ facultates, neq; infirmæ nimis,aut ſegnes,neq; ſupramodum concitatæ,aut contumaces, aut immoderatæ, aut petulantes, ſed in omnibus ad rationem ſequẽdam,eiq́; obtemperandum paratæ ſũt. Mox ipſius rationis inſtitutionem. & virtutem dicit naturæ rerum,quemadmodum

aurigæ aurigalium ſpeculationum, ſcientiam eſſe.nullam enim in irrationalibus animę facultatibus, ſicut neq; in ipſis equis ingenerari ſciētiā poſſe.ſed in his propriā virtutem,ex irrationali quadam conſuetudine,in aurigis ex diſciplina,comparari.ſequitur poſtea tota ea de virtutibus oratio, duplicem errorē illorum arguens, qui vel ſcientias eſſe virtutes omnes, vel facultates & potentias opinantur.neceſſe quippe eſſe,vt irrationalium animæ partium,irrationales quoque virtutes ſint, rationis verò ſolius rationales.vnde merito illarū virtutes potentias,rationis ſolius,ſcientiā eſſe oportere. At verò Chryſippus valde peccat,non quòd virtutes nullas potentias & facultates fecerit:nō enim magnus eſt hic error,neque de hoc diſſentimus: ſed quia cum multas ſcientias, & virtutes eſſe dixerit, ſtatuit vnam tantum animæ facultatem. quod quidem nulla ratione fieri poteſt, vt vnius facultatis, multæ virtutes exiſtant. ſiquidem neque perfectiones multæ,vnius rei inueniūtur. vna enim ſingularum rerum eſt profectio.& virtus perfectio eſt, id quod ipſe etiam fatetur, vniuſcuiuſque naturæ. Quocirca melius Ariſto Chius, qui neq; multas animæ vir-

tutes, ſed vnam tantum, quam bonorum & malorũ ſcientiam appellat, eſſe inquit. neq; de perturbationibus aduerſantia, vt Chryſippus, ſuis decretis contexit.

ARGVMENTVM CAP. X.

Duo tractãtur hoc capite. Primo cur hic virtutum mentionem fecerit. 2. Quæ affectum cauſa. Iuxta Poſidonium eſt, quoties non ſequimur nobis inſitum geniũ eum, qui eiuſdem eſt naturæ cum vniuerſorum gubernare deo, & ſubiicimur deteriori. Secundum Platonem, cum à deteriori animæ parte regimur. Vtilitas quadruplex ex cognitis cauſis affectuum. prima, diſcimus quid ſit conſentire naturæ, nempe vitam à perturbationibus liberam traducere. Altera, quæ principia perueſitatis ſunt in rebus appetendis fugiẽdisque. Tertia, modus ex peritij commodius præſcribi poteſt ad affectus moderandos. Vltima, quæ de affectuum impetu ambiguo explicãtur.

SEd de virtutibus poſteriꝰ dixemus, quoniam Chryſippus etiam, de his Platonẽ carpit. nunc obiter de ipſis à nobis facta mentio eſt, ex conſuetudine quadam. propterea quia dogmati de affectibus, decretũ de virtutibus, neceſſario annexum eſt. id qđ Poſidoniꝰ etiã teſtatur, his iiſdẽ verbis in primo de affectibus libro, paululum à prin

principio,ita ſcribens: Cenſeo enim conſiderationem de bonis & malis,de finibus,de virtutibus,à recta de perturbationibus diſceptatione pendere. Rectam profecto de virtutibus opinionē,cum ſententia de affectibus,cōiunctam eſſe ſatis mihi videor oſtendiſſe. At verò idem de bonis,& finib⁹ intelligi,ex hac quam aſcribā Poſidonii in oratione manifeſtabitur. Cauſa verò perturbationū,hoc eſt diſſenſionis,& infelicis vitæ eſt,cum genium in nobis inſitum,qui cognatus nobis eſt,& eandem habet naturam,quam ille qui vniuerſum mundū gubernat,non in omnibus ſequimur,ſed deteriori , & animali ſuccumbentes efferimur. Qui verò hoc non aduertunt , neque verā perturbationum cauſam aſſignare , neque rectam de felicitate , & conſenſu ſententiā poſſunt habere.non enim vident primum eſſe,vt ab irrationali,& infelici , omniq́ue diuinitatis experte animæ facultate,nulla in parte agamur. Hic Poſidonius quàm errent Chryſippei,non modo in diſputatione de affectionibus , verum etiam de fine, aperte demonſtrat. non enim finis eſt, vt illi dicunt,ſed vt Plato,naturæ conſentiēs vita. Nam cùm in nobis duæ animæ partes ſint , vna potior , deterior altera , qui

melio

meliorem ſequitur, is conſentienter naturæ viuere merito dicendus eſt. ille contra diſſentiẽter, qui à peiore regitur, & gubernatur. atque hic ex perturbatione, ille ex ratione, vitam inſtituit ſuam. Non contentus his Poſidonius apertius etiam, & vehementius in Chryſippeos inuehitur, quippe qui finem non bene exponant. eius oratio in hunc modum habet. Quibus nonnulli omiſſis, conſentienter naturæ, in omne illud contrahunt quod cauſa primorũ naturalium fieri poteſt. quod nihil aliud eſt, quàm finem voluptatem, aut tranquillitatem, aut tale quippiam conſtituere. at hoc in ipſa ſtatim pronũciatione repugnantiã præ ſe fert, honeſtatis, aut beatitudinis in ſe continens, nihil. conſequitur enim neceſſario finem, non autem eſt finis. ſed fine recte definito vti, etiam ad infringendas dubitationes poſſumus, quas ſophiſtæ proponere conſueuerunt. Non tamen ita eſt, cum hoc modo interpretamur viuere, ex peritia omnium quæ ſecundum totam naturam accidunt, vt eandẽ vim habeat, perinde ac ſi dicamus, conſentienter naturæ viuere. cùm non hoc humiliter neque abiecte ad differentias conſequendas faciat. Hoc profecto ſufficiebat, ad oſtendendam

abſur

abſurditatem dictorũ Chryſippi de fine agẽtis,illudq́; exponẽtis, quo modo aſſequi poſsimus, vt cõſentiẽter naturæ viuamus. ſatius tamẽ eſſe exiſtimo, ea quæ ſequuntur à Poſidonio ſcripta ſubiũgere, hoc modo: Cauſa verò perturbationũ inuenta, abſurditatem hanc ſuſtulit. principia peruerſitatis,in appetẽdis fugiẽdisq́; rebus patefecit.modos exercitationis diſtinxit.dubitationes de perturbationũ appetitione, oẽs explanauit. Nã parua inquit, neque triuialia,ex perturbationũ cauſæ inuentione nos eſſe conſecuturos. Nam ex hac, quid ſit conſentire naturæ, exactè intelligimus. qui enim ex perturbatione viuit, non conſentit naturæ. ſed ille conſentienter naturæ viuit,qui perturbationibus vacuam traducit vitam.quippe cùm hic rationalem,& diuinam, ille irrationalem,brutamq́ue animæ partem ſequatur. principia item peruerſitatis, in appetendis fugiendiſq́ue rebus, cauſa perturbationum inuenta, edocuit. ſi quidem quæ propria irrationalibus animæ facultatibus ſunt, ea quaſi abſolute propria hallucinantes nonnulli opinantur, non aduertentes lætari, & ſuperare alios, brutæ animæ partis tantũ eſſe appetibilia. ſapere autem & cætera, quæ bona

ſimul

ſimul & honeſta ſunt, rationalis, & diuinæ. modos quoque exercitationis, reperta perturbationum cauſa nobis præſcripſit. hac etenim cognita, curabimus ex Platonis diſciplina aut alii, certis quibuſdã rhythmis, concentibusq́ue & ſtudiis, alii in aliis degant. obtuſos, & ſegnes, demiſſiq́ue atq; infracti animi homines in rectis in rythmis, vehementerq́ue animum mouentibus harmoniis, huiuſcemodiq́ue ſtudiis: in contrariis animoſiores, ferociusq́ue exultantes educabimus. Nam qua de cauſa affectum eſt obſecro, ita enim Chryſippeos percontabor, vt ſimul ac Damon muſicus tibicinæ, quæ adoleſcentibus quibuſdam temulẽtis, inſanaq́ue agentibus, phrygium canebat, mutare modum in dorium iuſſit continuo illi à temerario illo impetu deſtiterint? nõ enim rationalis facultatis opiniones, dedocere ac mutare cantilenis valemus. ſed affectibus obnoxia animæ pars, cum ſit irrationalis, ipſa ſanè motibus quibuſdam irrationalibꝰ & excitari, & ſedari poteſt. ita enim natura comparatum eſt, vt irrationale ab irrationalibus, rationale à ſcientia, & inſcitia & vtilitatem & detrimentum adipiſcatur. Atque hoc ex agnita perturbationum cauſa, emolumentum eſſe ait Poſidonius.

inſup

Inſuper etiam dubitationes, inquit, de appetitione perturbationum, omnes explanauit, quæ cuiuſmodi ſint, ipſe ſubſequendo ita declarat. Exiſtimo enim iam dudum vos videre eos, qui ratione perſuaſi, vel iã adeſſe ſibi aliquod malum credunt, vel impendere, non ob id tamen timere, aut mœſtitia affici, prius quàm viſionem quandã illorum animo perceperint. Nam qui poteſt irrationale à ratione affici, niſi imagine quadam ſenſibus expoſitæ picturæ, per quam ſimili obiecta pulſetur? Ita fit vt ex narratione audientes nonnulli, in cupiditatem incidant. alii moniti paulo euidẽtius, vt leonẽ fugiant, antequàm ipſum videãt, terreantur. Recte ſanè & hæc à Poſidonio dicta ſunt, vt ſequentia etiam, vbi cauſas omnes Chryſippi dubitationum perſequitur. de quibus in calce ſuperioris libri, ſatis à me diſſertatum fuit. Vnde recte præſenti ſermoni finem impoſiturus mihi videor, vbi vnam tantum eius orationem aſcripſero, quæ ita ait. Veruntamen profectum facientes, cum magna mala ſibi impendere opinentur, non timent, non enim ab irrationali tunc animæ parte, ſed à rationali feruntur.

ARGVMENTVM CAP. XI.

Affectus inueterati debilitantur, cum pars animæ affectibus obnoxia vel ſaturatur proprijs cupiditatibus, vel fatigatur diutinis motibus. Sic enim inualeſcit rationis imperium. Hæc nō intelligens. Chryſippus, diſſentit à Zenone & Cleanthe. Idemque arbitratus, nihil intereſſe inter rationalem animi partem, & eam quæ affectibus ſubiecta eſt, brutis eripit affectus, quæ manifeſto cupiditate & ira reguntur Abſoluitur diſputatio cum Chryſippo.

DEinde idem, quamobrē inueteratæ perturbationes quietiores imbecillioresq́; efficiant, cauſam reddit quā Chryſippus in ſecūdo de perturbationibus ignorare ſe cōfeſſus eſt. de qua quidem, in fine quarti libri iā diximus, & nūc etiā dicem⁹ breuibus, quaſi in cōpendiū, Poſidonii longā orationē contrahētes. Affectibus obnoxia animæ pars, mora tēporis, partim ſaturatur ꝓpriis cupiditatibus, partim diuturnis motibus defatigatur. adeo vt cū duab⁹ his de cauſis quieſcat, moderatiorq́; fiat affectionis motus rationis imperiū inualeſcere iā poſſit. nō ſecus, ac ſi equus aliquis excurrens ſeſſorē ſecū rapiat, deinde partim curſu defatigatus, patim expleta cupiditate ſubſiſtat, vt rurſus eques, in dominium re

Perturbationes animi quō ſedentur.

reſtituat ſuũ. id quod ſæpenumero fieri videmus. adde ꝙ qui iuuenilis ætatis animalia erudiũt, permittere illis ſolent, vt fatigentur. effuſisq́; etiã curſibus atq; effrenatis ſaturentur, poſtea inuadunt ac coercẽt. De his atq; huiuſcemodi anceps Chryſippus hæſitauit, vt pote qui nec poſsit horũ cauſas in affectibus obnoxiam partem referre, & præterea, quod idem in ſequẽtibus Poſidonius manifeſtat, non modo ab is q̃ ſenſu pcipiuntur, ſed à Zenone, & à Cleãthe etiã ipſo diſſentiat. Nã Cleãthis ſentẽtiã de affectibus obnoxia animæ parte ait, ex his verſibus conſtare. Ratio. Quidnam ſit ira, quod velis mihi explica. Ira. Ego facere quod volo profecto eſt regiũ.
Rõ. Effare tamen id clarius.
Ira. Vt ſicut appeto eueniat, eſt qđ volo.

Hæc alterna carmina, Cleanthis eſſe inquit Poſidonius, in quibus cum introducat rationem cum ira, quaſi diuerſa quadã parte colloqui, ſentẽtiam de affectibus obnoxia animi parte, perſpicue oſtendit. Chryſippus verò perturbationibus obnoxiam à rationali nihil differre arbitratus, perturbationes, brutis animalibus nõ veretur eripere. quæ cupiditate & ira gubernari, nemini dubium eſt, vt Poſidonius

etiam pluribus demonſtrat. animalia enim quę immobilia penè ſunt, ſaxisq́ue ſtirpiũ modo, aliisq; huiuſcemodi inhærẽt, cupiditate ſola, regi aſſerit irrationalia oĩa, vtriſq; facultatibus cõcupiſcibili iraſcibili vti. hominẽ ſolũ, aſſumpto præter illa duo rationali principio, tres adeptũ eſſe partes. Hæc atque alia permulta in toto de perturbationibus tractatu, recte à Poſidonio dicta habẽtur. Nã ſicut Chryſippus in ipſis, vt ita dicã, elementis huiuſce de perturbationibus contẽplationis lapſus, quãplurima poſtea cogitur falſa ſubiicere: ita qui veris principiis vtitur, hisq; ipſis conſentanea vſquequaq; ſubiungit, cũ recte dicere, ſin minus ad vnguem in omnibus, ſaltẽ in pleriſq; neceſſarium eſt. Atq; hic præſens diſſertatio, finẽ accipiat. nã conſiderare quæ ſit hac de re Zenonis ſentẽtia, eſſet ab inſtituto noſtro alienum: qui eã ob cauſam diximus, aliis omnibus Stoicis omiſſis, quæ à Chryſippo dicta fuerant, tantũ nos velle diſcutere, ne nimis longa ac verboſa, noſtra euaderet oratio. Id enim in his libris, diſſerere polliciti ſumus, nõ quid quiſq; philoſophus de anima ſentiat, ſed quàm vera Platonis & Hippocratis decreta habeantur. cuius gratia etiã cõtra Chry

ſip

ſippum,tota hæc nobis eſt ſuſcepta digladiatio.Zeno itaq;,ſi idem cum Chryſippo ſentit,iiſdem quoq; criminibus,affinis cenſebitur. ſi Platonis principia vnà cũ Cleãthe & Poſidonio ſequitur noſtræ philoſophiæ partibꝰ ſtabit.ſed ſi(q̃d ego credo)p̄turbationes iudiciis ſuccedere opinat̃, medius erit inter peſsimã Chryſippi ſectam, & optimam quã Hippocrates & Platonis, primi omniũ conſtituerũt.quãquã Poſidonius,etiam Pythagorã facit auctorem: nõ ex ipſius operibus coniectura ſumpta, quę nulla ad nos peruenere,ſed ex iis quę à diſcipulis eius,literis mãdata poſtea fuerũt. ſed quod etiã paulo antè dixi,non hiſtoriã veterum dogmatũ recenſere, ſed ſola Hippocratis & Platonis dicta.diſpicere noſtra hæc promittit oratio. quod ipſum quã breuiſsimè poteſt,nũc agit. neque in hoc multitudo librorũ ſpectanda eſt,quæ copiæ, & magnitudini rerum de quibus eſt ſermo, merito aſcribi debet.ſed illud attendendũ, videndumq́ue,breuius ne de his iiſdem dici potuerit, vt tamen nihil quod neceſſarium eſſet,prætermitteretur.id quod ex iis quæ Chryſippus de affectibus ſcripſit, videre licet. nam cum ille quatuor libros,atque eos adeo magnos compoſuerit, vt ſingu

guli noſtris duplo maiores euaſerint, nos tamen in duob.ne integris quidem, & ſententiã ei⁹ perturbationibus ſtatim penſitauimus,& quę contra hanc à Poſidonio ſcripta fuerant,etiam adduximus.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Tres eſſe animæ facultates iuxta Platonem; quibus ad motum voluntarium inclinamur,& vita noſtra regitur. rationalis,iraſcibilis, concupiſcibilis, quæ ſedibus, ſubſtantia, viribus & actionibus diſiunguntur.

NOſtra igitur aduerſus Chryſippum diſceptatio hic cõcludat. ſi quis bene his quæ à me dicta ſunt,animũ aduerterit, eũ exiſtimo facile cætera omnia errata illis in libris, ſigillatim inuenturum. Qui verò hæc nõ aduertit, neq; ſi plura adhuc dicantur,attendet. Iam ad Platonis demõſtrationẽ in quarto Reip. libro poſitã deſcendam,qua ille, animæ partes quibus ad motũ volutarium inclinamur,tres eſſe cõfirmat. ſciendũ tamen hic tres eſſe inter ſe differẽtes partes nõ neceſſariò probari, nõ enim magis partes, q̃ facultates aſtruuntur. tres verò eſſe ſiue partes, ſiue facultates appelles, à quibus vita noſtra adminiſtratur, orationem in eo vim afferre, nullamq; cõtradictionẽ admittere. Vnde fiet,

vt his quæ dicemus, & Chryſippi improbetur opinio,& cõmune Ariſtotelis, Platonis, & Poſidonii decretum ſtabiliatur. aliã nempe qua ratiocinamur,aliam qua iraſcimur, qua cupimus itẽ diuerſam eſſe facultatem. ꝙ tamẽ ſubſtantia inter ſeſe hæ differant,differentibusq́; in locis ſitæ ſint,nullam hinc demonſtrationẽ, quæ ſcientiam afferat,poſſumus habere.ſed in ſequenti cõmentario qui vniuerſi huius operis ſextus ſcribetur,iuxta Hippocratis & Platonis doctrinam euidentibus ſumptionibus id probabitur.Harum quidem quas ſubiungam, demonſtrationum vim, neque ipſe Plato ignorat qui eas aggreſſurus ita præfatur. Et ſcias ò Glauce, mea quidem ſententia, nunquam ex his rationibus quibus nunc vtimur, exacte iſtud colligemus.alia ſi quidem longior, amplior q́ue via eſt.Qua vtique ad probandam tres eſſe animæ noſtræ partes, progredimur, quæ non ſedibus tantum corporis, verum etiam ſubſtantiis,naturis q́ue,facultatibus itẽ,& functionibus differunt.vt in ſequenti libro oſtendemus. vbi etiam rationem, eam quã hic innuit, ſumus explicaturi. Cur verò licet demonſtrationi quam dicturus eſt non magnopere confidat,ea tamen vtatur

in præſentia,ſiquis modo à me dicta aduerterit,facile cognoſcet. hac videlicet ratione,tres eſſe quæ vitam noſtram gubernãt, facultates, aperte id quidem demonſtrari. ſubſtantia verò inter ſe differre non item. .atis enim ad propoſitum faciebat in Rep. f bi de iuſtitia,aliiſq; virtutibus,de omnivus enim in ſequentibus diſſerit, negotiũ bſt,ſi tres diuerſas facultates eſſe conſtitiſeet. Ita ſiquidem etiam Poſidonius opinaſtus, Chryſippo relicto Ariſtotelem & Platonem magis ſecutus eſt. magis propterea dixi,quia tres hi homines, de virtutum differentia nonnihil diſcrepantes, in concluſione tamen inter ſe cõueniunt.Quod etiã ipſum planum faciam, vbi de virtutibus mihi erit diſſerendum.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Ex *hac Platonis demonſtratione docere conatur concupiſcibilẽ facultatẽ à ratiocinanti diſtinctam eſſe. Appetẽs animæ pars irrationalis eſt,quæ ad voluptatẽ pecudes, infantes, & qui pecudũ more viuũt, allicit et impellit. Rationalis contra intempeſtiuum impetu coercet. vnde in nobis frequenter acris inſurgit pugna.quæ vel ſola duas in nobis eſſe diuerſas facultates abũde arguit. Ideo ſi tollatur concupiſcibilis facultas, nulla amplius erit continentia & temperã*

tia.Deinde poſt digreſsionem factam contra eos qui de verbis quæſtionem mouerunt,oſtendit facultatem concupiſcibilem diuerſam eſſe à ratiocinãte, exemplo eius qui potum ex ſiti appetit, & ex ratione non aſſumit. Idem non poteſt eandem rem auerſari ſimul & capere.

NVnc Platonis demonſtrationes, in quarto de Rep. poſitas cõmemorabo.verbaq; ipſa vnde hanc exorditur orationem,aſcribã.quæ ad hunc modum ſe habent. So. Idẽ proculdubio, nunq̃ in eodem & ad idem cõtraria vel facere vel pati ſimul volet. Deinde cũ hoc cõfirmaſſet, cæteraq; quæ aduerſari videbãtur, diſcuſſiſſet.ſubiũgi. So. Quid verò?annuere,& renuere,appetere aliquid & recuſare,attrahere & reiicere, aliaq; id genus omnia nõne cõtraria inter ſe cõſtitues, ſiue effectiones,ſiue affectiones fuerint?nihil enim hoc refert.Gla.nimirũ cõtraria. So. quid igitur ſitire,& eſurire,& demũ cupere,& velle,& eligere,:nõne hæc omnia ad eas quas modo dixi ſpecies referenda putas? verbi cauſa,cupiẽtis animã nonne vel appetere dices illud qđ cupit,vel attrahere qđ elegerit,vel ad illud annuere qđ ſibi ſuppeditari velit,amantis alicuius more expetentẽ,vt id ſibi contingat? Glau.Ego quidem.

So. Quid?non eligere, nolle, nõn cupere nõne ad reiiciẽdi,expellendiq́; à ſe,omniũ q̃ue illis contrariorũ ſpeciẽ reponemus? Glau.q̃dni? Hac orõne Plato.cæteriſq́; ſequentibus,aliã eſſe cupientẽ animæ partẽ oſtendit,aliã ratiocinantem. Quonam modo?dum eſurimus quidem cibis,dum ſitimus, potione expleri cupimus,in pueritia tamen inſtar brutorũ, rationeq́; carentium animaliũ ſaturitati vacamus, neque vtilitatis, neq; læſionis vlla habita ratione. in ætate verò, & ratione conſtituti, ſi ex potione detrimentum aliquod nobis euenturũ credimus,ſæpenumero nihil prorſus bibimus: ſæpe etiam minus quàm appetamus. cum inde quoque læſio aliqua timetur, aquam interdum, licet vinum cupiamus, in potu ſumimus. quandoque frigidam appetentes, calidam aſſumimus. at inſipientes, quiq́ue ratione non vtuntur homines,perinde ac infantes,& beſtię, neque opportunitatem expectant, neque quantum, aut quale eſſe debeat,quod ſumendum ſit, conſiderant. beſtias quidem, & infantes ratione minime vti, etiã Chryſippi omnes conſentiunt. incitari verò à facultate diuerſa, à ratione ad fruitionem earum rerum quas cupiunt, modo faten-

tur,

tur modo hinc inde oratione perplexa negant. Atqui poterant, vt amatores veritatis decet, promptè ratiocinando colligere, vim quandam eſſe irrationalē, quæ ad corporis voluptatem, non pecudes tantum, & pueros impelleret, ſed etiam eos homines, qui pecudum more vitam traducunt. ad quamprimam demōſtrationem, ipſa ratio ex quadam ſequela nos duxit ad Platonis demonſtrationes non parum facientē. Cū verò in viros perfectos, non tam ętate quā ratione euaſerimus, ratione ipſa, ſpectabimus pugnam ratiocinantis animæ partis, cum concupiſcibili in morbis, aliisq́; multis cōditionibus, in quibus videtur nōdum eſſe tempeſtiuum, vt vel ſitiens potionem, vel eſuriens cibum ſumat, vel qui friget caleſiat, vel qui caleſcit refrigeretur, vel qui in venerē turget, venereis vtatur. Irrationalis ſiquidē quæ in nobis eſt facultas, ad ſingula quæ appetimus, nos trahit, ratio cōtra retrahit intempeſtiuū impetum, & coercet. pugnaq́; inde ſæpenumero valida inſurgit. quæ geminam eſſe naturam in nobis diſsidentium inter ſe facultatum, facile declaret. Nā ſi vna tātum quemadmodū in pueris eſſet, nihil prohiberet, quo minꝰ appetitis reb. intēpeſtiuè frueremur. ſic etiāſi

ſolā

ſici quicquam poſsit, ad ſingula verba inſtare atque occurrere conſueuerunt. ſi expetere potionem dicamus ſitientem, negāt ita dici debere. cauſam enim quandam eſſe expetitionem, ita enim appello orexin, ad ſolumq́; ſapientem pertinere aiunt. quamquam ita definiunt, appetitionem dicentes eſſe rationalem, ad iucundum aliquid, quatenus decet, incitatam. ſi etiam concupiſcere dicas, neque id concedent. ſitim quippe non tam ſtultis, quàm prudētibus accidere concupiſcentiam ipſam & prauā eſſe, & in ſtultis prauisq́; hominibus, tantum exiſtere, quod ex definitione colligatur, quæ ait, concupiſcentiam expetitionem eſſe, effuſe ad potiendum inclinatā. vel ſi breuius definiant, expetitionem irrationalem. Atq; ita egregie admodum, ſi diis placet, increpabūt ſæpenumero, non modo in rerum ſcientia, verū etiam in verborum vſu, hominē aliis multis longe præſtantem. Cuius generis, nonnulli etiam ex veteribus, vt inquit Plato, extiterunt, qui vocabula noue tranſumpta vſurpabant. Quorum cauſa, in ea quā ſuperius adduximus oratione, Platonē nō vnum abſolute ſcripſiſſe, ſed omnibus verbis, quibus eadem res ſignificari poſſe videbatur, vſum eſſe exiſtimo. expetere ſiquidē

concupiſcere, appetere, annuere, velle, eligere, attrahere, & horum contraria nolle, non eligere, pro vna eadéq; re videtur ſum pſiſſe. propoſuit enim quid ſibi vellet ea res exprimere, aperteq́; explanare, demonſtrationi vacans. ſtudensq́; rem per verba interpretari, non circa ſyllabas, nouas commentitiasq́; effutias excogitare. ſupradicta igitur oratione diuerſam à ratiocinante eſſe concupiſcibilem demonſtrauit. nã licet cuilibet volenti, totum illius libri ſequentẽ locum legere: lõgum enim nimis, ſi omnes eius orationes aſcripſiſſem, eſſe iudicaui.

Quod ſi ea quæ in diſputationis huius calce eſt, recenſeri debet, vt planior quẽadmodum mihi videtur, ad ſecundum caput trãſitus efficiatur, neq; ipſam reticebo, ad hũc
,, modum ſcriptam: So. nónne ſitientis ani-
,, ma, quatenus ſitit, nihil aliud quàm bibere
,, vult? nónne hoc expetit? nónne ad hoc ap-
,, petendum incitatur? Glau. planè verò. So.
,, ſi autem aliquid eſt, quod ipſam ſitientem
,, retrahat, nónne aliud quid in ipſa erit, di-
,, uerſum ab eo quod ſitit, ad bibendumq́ue
,, ipſam vt beſtiam impellit? neque enim di-
,, cere poſſemus idem eadem parte ſui, circa
,, idem ſimul contraria facere. Glau. minime
,, quidem. So. Perinde atque de ſagitario nõ
eſt

eſt dicendum manus eius attrahere ſimul, & impellere arcũ,ſed alterã eſſe quæ attrahat,quæ impellat alteram.Gla.prorſus illud quidem.So.dicemusne aliquos interdũ eſſe qui, cum ſitiant, nolint tamen bibere? Glau.multos ſanè ac ſæpe.So.Quid igitur de his dicendum eſt?nónne in anima ipſorum partem ineſſe quandam quę iubeat bibere,quandam quę prohibeat?quippe cum diuerſum à iubente eſſe id quod cohibeat, neceſſe ſit.Glau.mihi quidem videtur.So. nónne id quod iſta prohibet,cum ſit,à ratione proficiſci, ea verò quæ impellunt, & trahunt,à perturbationibus,& ægrotationibus oriri aſſerendum eſt? Glau.cõſtat. So. haud igitur abſurde duas has partes,diuerſasq́; inter ſe eſſe ſtatuemus.eamq́; qua ratiocinamur rationalẽ, illam qua amamus, eſurimus,ſitimus,aliisq́; cupiditatibus,libidinibusq́; afficimur,irrationalem,repletionumq́; quarundam,& voluptatum aliarũ concupiſcibilem appellabimus. His verbis diuerſam eſſe ratiocinantem animæ partẽ à concupiſcibili oſtendit. Verum,vt prius etiam dixi, nondum id mihi propoſitũ eſt demonſtrare, diuerſas ſcilicet ſpecie has duas animæ partes eſſe. ſed ſatis ad rem illud eſt,quod ſine vlla dubitatione conclu-

di

ditur,ratiocinari,& cibos,potiones, venereaq́ concupiſcere,eiuſdem facultatis minime eſſe.id quod Chryſippus, vnà cũ pleriſq; ſtoicis , neſcio quo modo ignorauit. quanquam vt ſuperius quoq; à me dictum eſt,quod ignoratione cõmittimus,ignoſcẽdũ.ſed illud nullo modo venia dignũ cenſeri debet,ꝙ in diſputatione tractãda ita peccat,vt ad tanti dogmatis confirmationẽ ea adducat,quæ comicis,vel tragicis poetis dicta fuerint:hominib.ſanè qui nihil demonſtratione probare conſtituunt, ſed id tantum ꝙ decenti perſonę conuenire videatur ornatu orationis adhibito explicare cõſueuerunt.Quæ vero à Platone ad demonſtrationem huiuſce rei ſcripta ſunt,neque cõmemoret, neq; conetur refutare, ſed ſemper abſolute id ſumat, vbi affectus animæ ſunt,ibidem partem ratiocinantem eſſe.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Ex Platonis ſentẽtia,tria hic docentur.1. Iraſcibilis facultas diuerſa ad concupiſcibili.2. Iraſcens diuerſa à ratiocinante.3. Ita facultate ratiocinanti opitulatrix addita, ad impetum appetitus coercendum,qui ſemper contra rationem nititur,& ſuperat nonnunquam.ratione& ira abſentibus.Inde exemplo duorum virorum,probat irã rationi opitulari.Iraſcibilis animæ pars

dum

dum in naturali præſtat ſtatu, ſemper rationi ſequitur opinioni deprauata autẽ, contra rationẽ inſurgit.

CHryſippus ſanè ſemper talis eſt. At Plato vbi in ſupra citata oratione, cõcupiſcibilem à rationali ſatis diſtinxit, conatur poſtea ab his ipſis iraſcibilem quoq; ſegregare. cuius orationis principium huiuſmodi eſt: So. atq; hæ duæ in anima ſpecies definitæ ſint, illa verò iracundiæ qua iraſcimur. nunquid tertia, an alteri ex his cognata eſt exiſtimanda? Gl. alteri fortaſſe hoc eſt concupiſcibili. So. At verò audiui ego neſcio quid, quod credo, Leontiũ olim Aglaionis filium, cum ex Piræo ſub boreali muro rediiſſet, ſenſiſſetq; intus apud carnificem iacere proſtrata cadauera, ſimul & ſpectare cupiiſſe, & ægre affectum ſeipſum auertiſſe, tantiſperq; ſecum pugnaſſe, faciemq; obtexiſſe, donec cupiditate ſuperatus oculos diduxit, ac patefecit, atque ad cadauera accurrens. en, inquit, miſeri pulchro ſpectaculo ſaturemini. Glau. ipſe quoq; audiui. So. hæc tamen oratio iram cum cupiditatibus interdũ pugnare ſignificat, quaſi diuerſum quiddam ab illis. Glau. ſignificat quidem. Hac oratione Plato concupiſcibi-

lem, diuerſam ab iraſcente eſſe probat, eo quod à principio poſuit,vſus pronũciato, fieri nõ poſſe,inquã, vt aliquid vnum planè,& ſimplex.& incõpoſitum eandem rem ſimul & appetat,& abhorreat, eadẽ & gaudeat,&moleſtetur.neceſſe enim eſt aliud eſſe quod cupiebat ſpectare mortuos, aliud quod prohibebat:cum ex ſpectaculo cupiens voluptatem,prohibens moleſtiã,& dolorem eſſet concepturum.nam iraſci cõtra cupientem,& appetitionib. eius indignari, & prohibere,& increpare,& accuſare,cæteraq; huiuſmodi,alterius partis animæ,proculdubio nõ ipſius cupientis:ſin minus partis,facultatis ſaltẽ alterius officia ſunt.non dum enim hoc in libro,ſicut ſæpius à me iã dictum eſt,certamen nobis cum Ariſtotele & Poſidonio inſtitutũ eſt.qui fatentur quidem diuerſa inter ſeſe eſſe ea quib.ratiocinamur,iraſcimur,&concupiſcimus.non tamen ſpecies,aut partes animæ, ſed facultates tantum eſſe affirmant. Nos in ſequentibus libris,non facultates tantum,verum etiam partes ſpecie inter ſe diſcrepantes eſſe demõſtrabimus.ſufficit in præſentia, cõtra Chryſippum hæc ſolũ probaſſe,vt hominis negligentiam in his oſtẽdamus, qui validas has Platonis interrogationes, ad

qu

quæſiti decreti confirmationem, neq; recẽſuerit, neq; ſit conatus labefactare: cũ tamẽ totum primum librum De anima, in quo de principatu agit, inſipientium ſermonibus, poeticisq́; carminibus repleuiſſet. Neque verò, in eo tantũ libro, Platonis rationes prorſus reticuit, ſed etiam in commẽtariis de affectibus, & tribus rationalib. & in illis, quos ſeorſum à cauſis ſeparatim conſcripſit, curatorio, & morali, idẽ feciſſe deprehenditur. Sed iam reliqua Platonis prô ſequamur: So. nonne inquit etiam alibi ſæpe animaduertimus, aliquos cum à cupiditatibus præter rationẽ trahũtur, cõuiciari, atq; indignari illi quod in ſe eſt, à quo trahuntur. & quaſi duo ſint quę diſsideant, irã adiutricem rationi in huiuſcemodi hominibus effici. Nã cupiditatibus ipſam adhærere, ita vt ratio nihil reluctari velit, neq; in te, neq; in alio, puto, vnquã animaduertiſti. Glau. nunquam mehercule. In priore oratione Plato, in qua illius mentionem fecit, qui ſpectare cadauera cupiebat; aperte quidem demonſtrauit, iraſcentem à cupiente diuerſam eſſe facultatem, non tamen ratiocinantem, ab vtriſq; his differre perſpicue dixit. ſed quodam modo etiam ibi rationẽ indicare viſus eſt. Hic verò ſatis

abſolute id pertractat. Cum enim aliquem præter rationem trahit cupiditas, vt ſuperius adductum Leontium, ira tũc inſurgit. rationiq́; opitulatur. ac frequenter vnà cũ ratione, immoderatæ motioni intemperãtis animæ partis dominatur: cohibetq́; ipſam, ac vetat, impetũq́; appetitionis reprimit. Quemadmodũ verbi gratia, ipſe Leõtius poterat increpita ſua ſpectandorũ cadauerum incontinentia præterire, neq; aſpicere. interdum fit, vt vtriſque his partibus præmentibus, atq; obiurgantibus, renitentibusq́;, ac retrahentib. concupiſcibilis tamẽ, ſuperior euadat. id quod in hoc qui ſpectare mortuos cupiebat, eueniſſe Plato cõmemorat, plura ſimul vna hac oratione oſtendens. iraſcibilem nempe à concupiſcibili, atq; ab vtriſq; diuerſam eſſe ratiocinãtem partẽ. iraſcibilem item nunquam concupiſcibili ſuppetias ferre, vno hoc propoſitꝯ exẽplo declarauit. Nullus eĩm ſeſe obiurgat, ſibiq́; iraſcitur, ꝙ ab importunis libidinibus, deſiſtere propoſuerit. quis enim eſt, qui in morbo cõſtitutus, nõ mediocriq́; feruore oppreſsꝰ, cũ frigidã vehemẽter appetat, ratione tamẽ collegerit, mortem ſibi aut læſionem extremã allaturum potũ illum, atq; ita impetum refrenauerit ſuum,

ſe poſtea reprendat,atq; indignetur, quòd bene rem cõſiderauerit?nullus profecto ex omnibus.ſed cũ ratio,ſponte cõcupiſcibilem ſequitur,vna cum ratione etiã iraſcibilis accedit.illi ſiquidẽ iracundiã in miniſteriũ,& auxilium cõtra tertiã animæ ſpeciem natura,quaſi canẽ venatori, tradidit. cum verò aduerſatur ratio, diſſidetque, ac pugnat,cum ratione.iracundia etiam ſtat, eamq́; tuetur ac defendit.iracundiã autem ſemper rationi cõtra concupiſcentiã opitulari,ex ſequenti etiã oratione perſpicuũ facit Plato ita ſcribens. So. Quid vero? cũ aliquis iniuriã inferre ſe putat, nõne quo generoſior fuerit,eo minus poteſt indignari,ſi famẽ,ſi frigus, ſi tale quippiã aliud ab eo patiatur, quẽ iuſte ea facere exiſtimet? & hoc quod dico hoc eſt. Ira ipſius aduerſus hũc exitari non poteſt. Glau. verũ eſt. So.quid?cũ iniuria quis affici ſe putat,nõne ad hoc efferueſcit & indignatur, & auxiliũ fert ei,quod iuſtũ eſſe videtur. Et propterea ꝙ famẽ & frigus,& omnia huiuſmodi patitur,etiã ſuſtines vincit,neq; prius à generoſo incepto deſiſtit, quã vel trãſegerit,vel res finẽ conſequatur, vel ipſa à ſocia ratione,tanquam à paſtore canis,reuocata mitigetur? Hic Plato duos homines

introducit, q ambo qdē iiſdē malis affecti, à principe aliquo & potēte, eſuriant, ſitiāt, & frigeāt. alter tamen ſibi perſuadeat iuſte, alter iniuſte id pati. Deinde ait eū qui iure ſe id pati exiſtimat, propterea quòd prior ipſe offendit, æquo animo perferre omnia, neq; contra eum qui iuſte pœnam infligit, indignari. atque hoc quidē eo magis, quo generoſior fuerit. Quod dictū eſt, de eo qui ſupplicie afficitur. nam is quāto generoſior natura eſt, tāto fert patientius punitionē alter autem, qui ſe iniuria affici putat, iraſcitur, atq; indignatur. defenditque id, quod ſibi videtur eſſe ius. Quæ quotidie in ſeruis contigere videmus. nam qui vel furti, vel talis alicuius criminis, conuicti fuerint, ſi cædantur, ſi inedia aut ignominia caſtigentur ab heris, non iraſcūtur. at illi qui vel pati, vel paſſos eſſe tale quippiam iniuria ſe arbitrantur, ſemper ſæuiētem iram in animo, ad ſumendas iniuriarū pœnas habēt. quibus vtriſq; exemplis, planum nobis fit, iracūdiam à natura, nobis eſſe datā, vt rationi opitularetur. rationi autem opitulari tūc cernitur, cùm ab aliquo vel intrinſecus vel extrinſecus, offendi ſe ac violari opinatur. atqui opinari ſe offendi rationis, opem afferre contra vim illa-

tam,

tam, iracundię propriũ eſt. Cùm igitur immoderate ad aliquid labitur cupiditas, ſecumq; rationem violenter trahit, iracũdia contra ipſam rationi adiutrix, accurrit. cũ extrinſecus aliquis offendit, vlciſci illũ conatur. ſed ſi ratio à nullo ſe iniuria affici opinetur, quãuis maximos cruciatus iuſte patiatur corpus, frigore, fame, ſiti coërcitum, nequaquã excandeſcit iracũdia. Qua ex re, patet iraſcibilẽ partẽ, quoad naturalem ſtatũ ſeruauerit, ſemper rationalis opiniones ſequi. fieri enim poteſt, vt aliquãdo deprauata cõtumaciter cõtra rationẽ etiã ipſa moueatur, id quod non multo poſt etiã Plato ipſe manifeſtat. An quemadmodũ, inquit, in ciuitate, tria ſunt genera hominũ quæ ipſam cõtinẽt, quæſtuariũ, auxiliare, conſultoriũ, ita etiã in anima, tertia hæc eſt iraſcibilis vis, q̃ natura rationi auxiliat, niſi mala educatiõe fuerit corrupta.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Duplici argumẽto probatur iraſcibilis facultas, diuerſa à ratione priori à ſubiecto. In quibuſdã enim eſt ira & nõ ratio, poſteriori à teſtimoniis Homere, Thencydidis & Demoſthenis. Admonet vtiliter de vſu teſtimoniorũ, vt nõ adhibeãt niſi res demonſtrata ſit prius: aut ita ſit clara, vt de illa nemo ambigat.

QVænam ſint iraſcibilis partis deprauationes,explicandi nunc non eſt tēpus.nam in ſequenti libro,id mihi tractandū propoſui,vbi de perturbationibus animæ,ex Platonis ſententia,morbiſque omnibus ipſius,& peccatis, vitiisq́; quomodo & exiſtāt,& vbi extiterint,curētur, de pulchitudine item,& ſanitate,omnibusq́; virtutibus diſſeremus.In quibus omnibus,nō parum neq; leuiter lapſum fuiſſe Chryſippum conſtat. Nunc vnam adhuc Platonis orationē ſubiungam, vbi diuerſam à ratione,iracundiā eſſe oſtendit, ſtatim poſt ſupradicta in quarto Reip.in hūc modū ſcribens.Glau.Nam & in infantib.hoc videre quiuis poteſt. ſtatim enim vbi nati ſunt, iracundia pleni conſpiciūtur. rationis verò nonnulli,vt mihi videntur,nunquā cōpotes fiūt,pleriq; ſero tandē.So.Rectę mediusfidius loqueris. in beſtiis etiā id quod dico,intueri potes. præterea quæ ſuperius adduximus,Homeri carmina atteſtantur. Pectora percutiēs,cordis ſic increpat irā. Aperte ſiquidē hic Homerus partē de meliori & peiori ratiocinantē, obiurgare alteram irrationalem quæ indignabatur,quaſi diuerſam,inducit. In his Plato euidenter iraſcibilē à rationali diuerſam eſſe oſtēdit.

Pueri

Pueri enim ſicut & beſtiæ,iracundia pleni ſunt.rationis verò , minimum participes, quanquā beſtias nōnulli audēt dicere,neq; iracundiā,neq; concupiſcentiam in animo habere.qui de pueris,quid dicturi ſint,non video.nō enim horum perturbatiōes, ratione colligendæ ac probandæ ſunt. ſed ſatis eſt id tantū dicere,nos nō aliter nūc iraſci,quā cum pueri eramus.cū & facultas eadem ſit,& modus etiā,quo oritur affectus, ſimilis.in vno tantū differimus, quod adulti viri.cū in perturbatione cōſtituti nō ſumus,ſed ratione ducimur , iracundiā, ſicut canē paſtor,ferocius in alienos incitatum, multis in actionibus cohibemus.pueri cùm ſumus,nihil tale facimus.quemadmodū neque beſtiæ,propterea quia in his nunquā, in pueris nondū , appetitionibus ratio dominatur. Recte quidē à Platone cū hæc dicta ſunt,tū illud,quod in fine orationis poſitum eſt , vbi Homeri teſtimoniū adducit ita ſcribentis.Pectora percutiēs, cordis ſic increpat iram. Nam hic inquit induxiſſe Homerū partem, quæ de meliori & peiori ratiocinatur,obiurgare alterā irrationalē, quæ indignabatur,quaſi diuerſam. Vellem profecto,locū hūc legiſſet Chryſippus,atque animaduertiſſet.Prorſus vtile illi erat

futurum didiciſſet enim hinc,quãdo,& quibus de rebus Homerus in teſtimonium debeat citari.neq; enim in principio orationis,ſed vbi ſatis propoſita res,fuerit demōſtrata,tunc iam veterũ etiam teſtimonia, citari cõuenit.neq; in certis penitus rebus id faciendũ.ſed vel in peſpicue euidẽtibus, vel in iis quæ expoſitam ſenſibus,notitiam habuerint.quales ſunt animæ affectus,qui non longis rationibus,exquiſitisq; demōſtrationibus,ſed ſola eorũ q̃ patimur monitione animaduerſioneq́ue indigent, vt à Poſidonio quoq; dictũ eſt.Etenim ad confirmandum in cerebro eſſe rationẽ, vel in corde iracundiã, non magnum momentũ ex teſtibus affertur, ſed totũ negocium demonſtrationi cõmittendum eſt.At verò,ad probandũ diuerſam eſſe ab iraſcente rationalem,neq; longa aliqua opus eſt demonſtratione,neq; teſtibus,admodũ ſapientibus.ſed ſatis eſt Homerus,his ſuperius modo citatis verſibus, ſatis Thucydides, qui ait.Et q̃ minimũ ratione & conſilio utuntur,ii plerunq; ira in res gerẽdas,præliũq; incidũt. Satis Demoſthenes,à quo ita ſcriptum eſt. Veruntamen ſiquis repente conſideratione anteuertens efferatur,cum inſolenter agere neceſſe eſt. Quod iracunde

face

facere Plato dixit. Reliquit præterea omnes, tam oratores, quã poetæ, & fabulatores erũt ad faciendam huic rei fidẽ idonei, idcirco quia ob euidentiam rei, qui ita non ſentiat, reperitur nemo. Animaduertenda igitur eſt ſupraſcripta Platonis oratio, cũ ob alia, tum vt videamus caute eũ produxiſſe Homerũ, nõ vt rationem in cerebro, iram in corde eſſe confirmaret, ſed vt iracundiam à rationali parte, tantum differre teſtaretur. id quod ob rei perſpicuitatem, notum omnibus eſt. Illud verò non itẽ omnibus patet, ſed demõſtratione indiget. Quo circa etiã ego recte iam, vt mihi videor, præſenti libro finem imponam, atq; in ſequenti tres has animæ partes, etiam locis diſtinctas eſſe demonſtrabo.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER VI.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Galeno propoſitum eſt hoc libro docere, iecur fontem eſſe venarum, ſanguinis vniuerſum cor

nutr

nutrientis, & facultatis concupiſcibilis: præmittit de varia ſignificatione vocum operationis & affectionis. Sequitur tripartita facultatum animæ partitio iuxta Platonem: in rationalem concupiſcibilem & iraſcibilem. quas modo ſpecies modo partes appellat. Poſidonius & Ariſtoteles tantum facultates nominant. Chryſippus vnicam duntaxat facit animæ facultatem. His præmiſſis, Galenus oſtendit, in iecore ſedem eſſe cōcupiſcibilis facultatis. Id quoniam non poteſt tā euidenti demonſtratione ad oculos euinci, vt declaratur cor eſſe arteriarum & cerebrum neruorum principium. cogitur ante de venarum & ſanguinis origine certi quippiam determinare. Itaque vt doceat, ita iecur eſſe venarum fontē, vt eſt cor arteriarum, & cerebrum neruorum, aperit modum generationis ſtirpium. Ex qua per venuſtam collationem ad partes animantis, declarat maiore minorum eſſe principia. iis confutatis, qui contra minora maiorum initia ſtatuerunt. His abunde comprobatis, concludit, in iecore venarum eſſe radicationem, vt in cerebro neruorum, & in corde arteriarum. Confutantur inde, qui arbitrati ſunt cor ſubminiſtrare facultatem venis: & iecur duntaxat cordi additum miniſtri inſtar ad ſanguinis generationem, & eius per animantis membra digeſtionē: cum in ipſo iecore hæc omnia abſolute peragantur.

tur. Vena caua ex iecoris tantum ſubſtantia, nō dextro cordis ſinu, originem ducit. Refelluntur etiam, qui non diffitebantur initium docendi de venis, commodiſsime ſumi à iecore: negabant tamen, iecur illarum eſſe principium, ſed ad dextrū cordis ventriculum referebāt. inter quos Eraſiſtratus. Cuius ſententia diligenter excuſſa, concludit, quouis modo iecur omnium venarum fontem eſſe & principium. Capitibus inde 14 & 15. oſtenditur ſanguinis principium eſſe ex iecore, non venarum tunicis aut corde. Eſt quidem in corde ſanguis ſed flauus & ſpirituoſus, nō qui corpori alimentum ſubminiſtrat. Hic cordis & hepatis venarum & arteriarum diſcrimina ac ſimilitudines breuiter perſtringit. poſtremis capitibus duobus, quod imprimis probare inſtituerat attingit, puta in iecore concupiſcibilis animæ fontem exiſtere. quod authoritate Platonis & Homeri teſtimonio confirmat.

ARGVMENTVM CAP. I.

Libri huius primariæ quæſtioni præmittitur duplex ſignificatio vocum, operationis & affectionis. proprius cordis pulſus operatio eſt primo ſignificatu & eius palpitatio, affectio. Si pulſus ille modum excedat, affectio erit in ſecunda ſignificatione, & operatio in priori ſignifi-

catione. Simile indicium in iræ aliorumque aſfectuum motibus. Aliis inſuper modis harum vocum diſcrimina exponit.

PROPOSITVM nobis à principio fuerat, de iis quæ nos gubernant facultatibus conſiderare, omnéſne ex corde ſolo proficiſcerētur, vt Ariſtoteles & Theoph. exiſtimarunt, an tria principia, quemadmodum Hippoc. & Plato opinati ſunt, potius eſſent ſtatuenda. Veruntamen quia Chryſippus, non ſolum de principiis, ſed etiam de facultatibus ipſis, controuerſiam cum veteribus inſtituit, & neque iraſcentem, neque concupiſcentem eſſe conceſſit, opus eſſe duxi, vt prius diſcuſſa eius opinione, ita ad propoſitam à principio quæſtionē reuerteremur, probaremusq́;, cerebrum, cor, & iecur tria eſſe regentium nos facultatum principia. Nunc verò, iam ad hoc noſtra deuenit oratio. Cuius exordiū, ſumetur à nominum quorundam expoſitione, quibus & ſuperius iam vſi ſumus, & in reliqua diſſertatione ſæpius vtemur. ne enim quicquam aliorſum ac dictum fuerit, accipiatur, ſed omnia in promptu ſint

defin

definita , atque explicata , maxime neceſſarium videtur eſſe , vt accurate ſingula nomina, qua de re dicantur , in præſentia definiamus. præſertim , cùm ex hoc etiam contigat , vt nonnullæ quas diſtuleramus quæſtiones, facile enodentur. qualis ſcilicet ea eſt. vtrum cupiditas & iracundia, operationes an affectus appellãdi ſint, reliquaq́ue id genus. operatio itaque motio eſt effectiua. affectiuam dico , quæ ex ſe proficiſcitur. Affectio eſt motio ex alio in alio. Quò fit, vt neceſſe ſit, frequenter operationem & affectionem in vno eodemq́; ſubiecto conuenire , neque eo quicquam, ſed ratione tantum diſtare. Nam quæ ab incidente in re inciſa, diuiſio efficitur, cum vnum & idem ſit, incidentis operatio, inciſi affectio eſt. Eodẽ pacto , ira operatio eſt iracundiæ , reliquarum verò duarum partium , adde etiam totius corporis noſtri, cum vtique ab ira ad actiones violenter impellitur, affectio eſt. Atque hæc vnum eſt, vtrorumque horum nominum ſignificatum. alterum illud , cum operationem ſecundum naturam , affectionem contra naturam, motum eſſe intelligimus.

Sed cum ſecundũ naturã multis modis

dica

dicatur,in eum ſenſum accipiendum nunc eſt, vt ſignificetur, quod prima ratione à natura fit. prima verò ratione illa à natura fieri dicemus, quæ quaſi ſcopi ac fines, ab ea coniectantur,non quæ ex conſecutione quadam,aliis ſuccedere conſueuerũt. talis motus ſecundum naturam eſt, ſiue ex ſe aliquid,ſiue ab alio moueatur. Patere iam arbitror quod dico.melius tamẽ eſt,vt exẽplo rem adhuc euidẽtius expoliamus.Motus cordis,qui in pulſibus fit, eſt operatio, qui in palpitationibus,eſt affectio. Ex corde quidem, eſt etiam quæ ex palpitatione fit motio,non tamen ſecundum naturam. Ex eodem eſt pulſuum agitatio,ſed ſecundum naturã,pulſus verò nomen,ita in præſentia accipi velim,ſicut Praxagoras,&Herophilus, atq; omnes ferè poſteriores, ad noſtram vſque ætatem vſi ſunt. Nam antiquior huiuſce vocabuli vſus, vt in Eraſiſtrati & Hippocratis ſcriptis videre licet, diuerſus quidam eſt, de quo nonnulla poſtea dicemus. Cum igitur proprium cordis motum,nos pulſum appellemus,palpitatio affectus in ſecundo ſignificato nominabitur,neque tamẽ pulſus omnis eſt operatio. maiorem enim aut minorem,quàm naturalis cõſtitutio patiatur,velociorem aut tar-

diore

diorem frequentiorem aut rariorem, aut quouis alio modo exturbatum pulſum nullo modo appellare operationē poteris, in ſecunda operationis ſignificatiōe. Nā quāuis in eiuſmodi pulſibus, cor ex ſeipſo moueatur, ſecundū naturā tamen non mouetur. vt ſi ita contingat, nihil mirum eſſe debeat, vnā eandemq; rem, & operationē nominare, & affectionē. verbi cauſa, minor naturali pulſus, non eodem quidem ſignificato, ſed priori tantum, operatio eſt. motio enim huius, quoque eſt effectrix. ſecunda autem ſignificatione non operatio, ſed affectus, quia contra naturā moueatur, dicēdus eſt, eodem modo in ira, & reliquis affectibus, ſe habet res. omnes ſiquidem ſi ad primū operationis ſignificatū ſpectemus, ſunt operationes, affectibus obnoxiæ animæ partis: quatenus verò effuſi, & immoderati motus ſunt, neq; ſecundū naturam, non operationes, ſed affectiones, dicentur, in ſecunda ſignificatione ſumpto vocabulo. Qualis enim eſt in motu, arteriarū magnus pulſus, talis in motu iracundiæ ira. qualis itē paruus pulſus talis eſt lētitudo, quæ nihil aliud eſt, quàm defecta quædam iracūdiæ motio. at quæ in ira fit, modū excedit, nimiſque vehemens ac redundās eſt.

atq; hac ratione ira, mœror, timor, libido, excandeſcentia, & eiuſdem generis reliqua ſimul & operationes, & affectiones dicentur. Quinetiam quatenus totum corpus, vnà cum anima ab iiſdem his rapitur, motio ea animalis affectio in vtroq; ſignificato erit. ſæpe enim fit, vt iracundiā, ſæpe vt cupiditatē, reliquæ duæ partes ſequantur tractę, ac raptæ, non ſecus atq; in bigis euenire interdū ſolet. alter enim equus, vehementiori impetu proruēs, alterum vnà cū toto curru & rectore ſecum trahit. alter ob imbecillitatem, trepidus ſequitur, & ipſe quoque auriga violenter fertur. Tūc porrò effrenati equi motio, dici & operatio & affectio ipſius poterit. operatio in primo ſignificato, quia motio ex ſeipſo eſt. in ſecūdo verò, cum motus contra naturā ipſi ſit. non operatio amplius, ſed affectio. at aurigæ motus neutra ſignificatione operatio eſt, ſed vtrobiq; affectio. ſiquidem neq; ex ſeipſo, neq; ſecundum naturā ipſi eſt. multæ enim motiones, licet neque effectrices, neque ex ſe fuerint, quia tamen ſecundum naturam ſunt, operationes dicuntur, qualis cruris aut totius manus motio eſt. aliūde enim nō ex ſe, ſicut cor, principium agitationis habent: & tamen ingreſſio ipſa

Operatio & affectio mixta.

crurum, operatio & eſt & dicitur in ſecundo ſignificato. quãquam nonnulli harum ſignificationũ imperiti, ingreſſum nõ crurum, ſed per crura operationem eſſe affirmant. vere illud quidem, quantũ ad priorẽ præcipuamq́ue vocabuli ſignificationem: in eo tamen non recte, quòd ita tantum dicendum eſſe cẽſent, neque dant, vt alio modo poſsimus interpretari. Sic itaque iraſcentia & cupiditas, & operationes, & affectiones dicentur. Nam cum ſint facultatũ animæ, commotiones quædam immoderatæ, neque ſecundum naturam; eo quòd ex ſe mouentur, operationes, quia immoderate mouentur, erunt facultatum ipſarum affectiones. Adde, quòd animæ etiam totius non facultatũ tantũ ambarũ agitatarum affectiones, contra naturã erunt iidem illi motus facultatum, quia immoderatæ; animæ totius, quia contra naturam mouentur: non enim à motionibus affectibus obnoxiæ partis, ſed à rationis iudiciis regi, adminiſtrariq́; vitam noſtram conuenit. Quòd ſi econtrario fiat; contra naturam illud eſt. atque ob id, ex perturbatione etiã, vita talis traducitur: his igitur de cauſis; ſiquis iram, ait libidinẽ, aut aliquã que in his exiſtit perturbatio, vel operationem, vel

affectionem appellarit, is ſane minime eſt reprehendendus prius q̃ ab eo vocabuli ſignificatum requiſiueris,ad quod ſpectans, ita appellauit. Nã Plato etiã ipſe famẽ, & ſitim libidinẽ denique, & irã modo operationes,modo affectiones inuenitur nominare: nihilq́; ad propoſitum negotium attinere,ſiue hoc, ſiue illo modo dicas,ĩ quarto Reipu.oſtendit,ita ſcribens. Sò. Quid verò annuere & renuere, appetere aliquid & recuſare,trahere & reiicere,aliaq́; id genus omnia,nõne cõtraria inter cõſtitues,ſiue effectiones,ſiue affectiones fuerint? Deinde exemplis planius id facere volens,ita ſubiicit. Soc.quid igitur? ſitire,eſurire, & demum cupere, & velle, & eligere, nonne hęc omnia ad eas quas modo diximus ſpecies referenda putas? verbi cauſa cupientis animã, nonne vel appetere illud quod cupit, vel attrahere quod elegerit, vel ad illud annuere quod ſibi ſuppeditari velit, amantis alicuius more expetentẽ, vt id ſibi contingat? Glau. Ego quidem. Soc. Quid? nõ eligere,nolle,nõ cupere,nonne ad reiiciendi,expellendiq́; à ſe omniũque his contrariorum ſpecies reponemus? Hæc ſunt Platonis verba: quę nõ modo,vt dixi,aperte probãt,nihil intereſſe,ſiquis eſurire, ſiti

re,cupere omnino aliquid,vel appetere,& declinare effectiones, ſiue affectiones, hoc eſt,operationes, ſiue affectus appellauerit, ſed etiam de animæ partibus docent. Vnde rectius profecto erit,ſi eas non prætermittamus,ſed totũ illũ ſermonẽ, quẽ in quarto Reipub.diſſerit,tres eſſe affirmans animæ noſtræ ſpecies,repetamus.

ARGVMENTVM CAP. II.

Tres animæ facultates, Plato partes & ſpecies appellat. Ariſtoteles & Poſidonius,facultates vnius ſubſtantiæ ex corde proficiſcẽtis. Chryſippus in vnam ſubſtantiam ac facultatem iram & cupiditatem cogit. Recitantur Platonis verba,in quibus eas cum partes, tum animæ ſpecies nominat.

SEd animaduertendum hic eſt, ipſiſq́ue etiã nominibus attendendum,neq; exiſtimare debemus Platonẽ, cum dixerit animã noſtrã,tres habere ſpecies,ac deinde in tres partes,eandem diſtribuat,eorum quæ dixerat,fuiſſe oblitum.nam rationem,iracundiam,cupiditatẽ, recte poſſumus & ſpecies,& partes animæ appellare.perinde, ac ſi quis cũ venas,arterias,neruos,oſſa, chartilagines,carnes, reliqua eiuſdem generis, corporis ſpecies vocauerit, mox de iiſdem agat,quaſi de partibus. Etenim & partes,

re vera corporis noſtri hæc ſunt, quippe cum ex ipſis totum perficiatur, & ſpecies item nihilominus. in ſolis enim ſimilarib. diuerſa ſpecies non eſt, ſiue ſit carnis, ſeu venæ, ſeu adipis pars. neq; verum eſt, ſi de his intelligentes dicamus ex tot, talibusq́; quibuſdam ſpeciebus, totum conſtitui. Sed in diſsimilaribus id fit, vt ſpecierũ formarumq́; differentia, numerum partibus præſcribat. ſimilem quendã rem eſſe animã noſtram ait Plato, ex tribus compoſitam partibus, quas ita effingit. vt concupiſcibilem variæ cuidam, multorumq́; capitũ beluæ, iraſcibilem leoni, homini rationalem comparet. hæc quippe imago aptior conueniẽtiorque ea eſt, quã in Phędro poſuit, vbi duas partes equiformi animali, tertiã aurigæ ſimilẽ facit. Quanquam prioris illius imaginis, in nono quoq; de Rep. meminit, quaſi euidentius, qualis vnaquæq; animæ ſpecies ſit, per eam oſtendatur. Plato quidem. quippe qui & ſedibus eas ſeparatas, & naturis longe inter ſe diſcrepantes opinetur, merito ſpecies, & partes appellat. Ariſtoteles & Poſidonius, non ſpecies aut partes eſſe ſed vnius ſubſtantiæ è corde ꝓficiſcentis, facultates dicunt. At Chryſippus, ſicut in vnam ſubſtantiam, ita etiam

in

in vnam facultatem, & iram & cupiditatē cogit, qui quātū à veritate diuerſus abeat, ſatis ſuperq́ue monſtratum iam arbitror. De Ariſtotelis verò errore, qui tres vnius naturæ potentias & facultates eſſe exiſtimat, tametſi abunde diximus, nihilo ſecius tamen, in ſequenti libro etiā dicemus. Cæterum prius Platonē rationē, iraſcentiā, & cupiditatē tum partes, tum ſpecies animæ appellare, ex ipſius verbis ꝓbabimus. qui in Timæo, de concupiſcentia animæ diſſerens, cuius etiā ſtirpes ait eſſe participes, ita ſcriptū reliquit. Hoc tamē quod nūc dicimus, tertiæ animæ ſpeciei eſt particeps, quæ inter præcordia & vmbilicū collocata eſt. Item in eodem hoc libro, in hūc modum De rationali anima inquit: Hoc iam de præcipua in nobis animæ ſpecie conſiderādum ita eſt, vt dicamus genium à deo in ipſa ſingulis conceſſum eſſe. quē quidē genium, in ſuprema corporis noſtri parte habitare. & nos à terra ad cœleſtem cognationē attollere aſſerimus. Rurſus in eodē libro, cupiditatem & iracundiam ſimul vtraſque animæ ſpeciem appellauit, his verbis. Aliam quandam in ipſo animæ ſpeciem aſtruxerunt mortalem, quæ vehementes, ac neceſſarias in ſe affectio-

nes haberet. In eodem quoq; Timæo, tres animæ noſtræ partes, ſpecies vocat hac oratione. Eſt enim id quod ſæpenumero diximus;tres videlicet animæ ſpecies in nobis fuiſſe conſtitutas. Simili modo in Repu.in quarto,cum iraſcentiam diuerſam à concupiſcentia eſſe docuiſſet,quærit deinceps,nunquid à ratiocinante etiã differat, atq; ita ſubnectit. Num diuerſum quid eſt, an ratiocinãtis ſpecies quædã: vt non tres, ſed duæ ſint in anima ſpecies,ratiocinans nimirũ,& concupiſcens? Nec ſecus etiam in nono his verbis ſcribit. Sed vbi duas animæ ſpecies ſedaueris,tertiamq́; in qua prudẽtia eſt indita,agitaueris & moueris. His etiã. Quemadmodũ igitur dixi, altercantur vniuſcuiuſq; ſpeciei voluptates, atque ipſa vità,nõ modo ad honeſtius & turpius aut peius & melius,ſed etiã iucundius aut in iucũdius viuendum. qua ratione fiet, vt quænam ex his veriſsimè dicat,cognoſcamus? Quid amplius opus eſt verba Platonis aſcribere? Satis planè vel hæ orationes eſſe debent, quibus hominis ſententia innoteſcit, tres vtiq; animæ ſpecies has eſſe,rationalẽ,concupiſcibilẽ,& iraſcibilem. Adde,ꝙ ſolas has duas ſeparatim inueniri inquit,cõcupiſcibilẽ in ſtirpibus,in diis ra-

tionalem. cur verò ſola iracundia in nullo corpore eſſe poſsit,procedendo noſtra declarabit oratio, illis ex Timæo aſſumptis verbis,quibus generationis eius,neceſsitatem docet.vt ſcilicet aduerſus concupiſcentiam multorum capitũ, & feram illam beſtiã, ratio ipſam veludcanẽ quendã adiutricẽ haberet.merito igitur ſpecies animæ has appellat Plato & in his quæ ſuperius aſcripſimus dictis,& aliis multis,quæ, quoniã euidenter ſatis hominis opinio, ex his patet,non eſt neceſſe in præſentia commemorare. Quòd ſi partes etiã iſtæ, ab eodẽ nominantur,nemini id mirũ eſſe debet. ex ipſius enim doctrina habemus,primũ quicquid ſpecies fuerit,poſſe etiã partẽ appellari.non tamen quicquid pars eſt, eſſe id continuo etiam ſpeciem. Deinde illud, fieri non poſſe, vt quippiã cõpoſitum ſimilare dicamus.totũ enim cum ſibimetipſi continuatum ſit,ex certis quibuſdam,numeroque definitis, compoſitum eſt partibus: at in ſimilaribus ,partium multitudo nullo poteſt numero circunſcribi.

quicquid ſpecies eſt poſſe etiã p rs appellari.

ARGVMENTVM CAP. III.

Facultas concupiſcibilis. ab Ariſtotele altrix & vegetabilis appellata, in iecore collocatur.quod non poteſt eadẽ doceri perſpicuitate de

monſtrationum, quæ ſuperius oſtenſum eſt, cor ira ſedem eſſe, & principium motus pulſatilis, cerebrum rationis eſſe locum, & fontem ſenſitiui atque voluntarij motus. Siquidem iecur nō eſt euidentis alicuius motus initium: nec ſi lædatur, repente interit animal.

NEq; mihi, in hoc longiore puto opus eſſe oratione, vt probem has merito à Platone tū ſpecies, tum partes fuiſſe nuncupatas. Sed aliā in capite, aliā in corde, aliā in iocinore collocatam eſſe, illud verò nobis propoſitum à principio fuerat. De quarū duabus partibus, in ſuperioribus libris demōſtratū cū ſit, reſtat, vt de concupiſcibili in hoc peculiari quadā demōſtratione tractem⁹. Prius tamē illud mihi præmonēdū cēſeo, nō ex ita ꝑſpicuis, exq; ipſa ꝓrſus q̄ſitæ rei natura ductis argumētis, ſicut in ſuꝑioribus, hic quoq; noſtrā futurā cōfirmationē: ſed ab iis tamen quæ ꝓpriè rei accidūt. Nā ibi, ſiue nerui laqueo intercludebātur, ſiue pręcidebātur, ſtatim cernebamus, cōtinuas cū cerebro partes functiones ſuas priſtinas conſeruare, reliqua quæ vltra laqueum aut ſectionem erant, & ſenſum, & motum continuo amittere. Simili modo, arterias quæ cordi eſſent annexæ, pulſare velut antea, quæ vinculo diſclu-

cluderentur, pulſu omnino carere videbamus. perturbationes itẽ animæ, quæ in ira, & terroribus contingunt, cor ipſum, è naturali ſua conſtitutione exturbare, manifeſte conſpiciebantur. Necnon illud addideramus, ſi colliſum fuiſſet cerebrum, aut ad ventriculos vſque vulneratum, totum corpus lædi. Hocq́; eſſe ſatis euidens argumentum, ꝙ ipſum & motionis, & ſenſus initiũ eſſet ſtatuendum. At in iecore, ſiue ipſum nudatum collidamus, ſiue laqueo venas cõſtringamus, nihil oſtendere eiuſmodi poſſumus. quippe cum neque euidentis alicuius motus, ſicuti cor pulſatorii, cerebrum ſenſiui, & voluntarii, principium ſit, neque vt vtrunq; illorum repentinam noxã corpori afferat. iecore enim debilitato, ſenſim animal, moraq́; temporis, læſionem in alimento, & colore contrahit. itidem & pars ea in quam vena vel laqueo comprehenſa, vel penitus reciſa pertingit, diutino quodam interuallo, tum maceſcere, tum decoloraſcere cernitur. non tamen illico quicquam, quod quidem æſtimatione dignum ſit, oſtenditur. talis enim cuiuſdam facultatis origo, iecur eſt, qualem in plantis eſſe conſtat. vocetur enim in præſentia facultas, poſtea exactius multarum facultatum

tum,non minus originē eſſe iecur demōſtrabimus.Quin rectius ſubſtantia animæ, quā facultas appellabitur ea, quæ in ſingulis viſceribus continetur.in cerebro rationalis,in corde iraſcibilis,in iecore concupiſcibilis,aut naturalis,ſiue vt Ariſtoteles,altrix,aut vegetabilis, aut generatrix, vt ab vno ex his nomē ſortiatur.à vegetando vegetabilis,ab alendo altrix,à generando generatrix.Plato verò, à cupiditatum multitudine,concupiſcibilem nūcupauit.At ſtoici, ne animam quidem prorſus quæ plātas diſpenſet,ac procuret, ſed naturā appellandam cēſent. ſed appellet ſanè quo voluerit vnuſquiſq; nomine,modo in manifeſta rei diſcrepantia,demonſtratione vtantur:perinde vt nos,& ſuperius de cerebro,& corde fecimus,& nūc de iecinore diſſerere aggredimur.ab euidentioribus autē exordiemur: quo in his exercitati,tum facilius obſcuriora indagare,tum propoſitiones ad ea probanda in promptu habere valeamus. Euidentius ſanè illud fuerit,ſi à venis incipiētes, diſcutiendum proponamus, vtrū ſicut arteriarum eſt cor, & neruorum cerebrū, ita harū origo iecur ſit.an,nonnullorū ſententia eſt,non arteriis tantū,ſed etiam venis, à corde naturales facultates mittātur.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Ad euidentiorem oſtẽſionem, ex iecore ſolo venas naſci, pulchre exponit modum generationis ſtirpium. Semen emollitum & cortice ab interno aere rupto, germen quoddam emitti tenue, in vtramque partem protruſum: ſuperiorem aeris, vnde fit truncus & rami: & inferiorem terræ, vnde radix. Vtriuſque vero partis, vnũ eſt principium, ipſa nempe radicatio. Itidem ſe res habet in animali. Maxima arteria à corde ceu trunco exorta ſinditur in duos ramos, quorũ alter minor tendit ad caput, alter qui maior, per ſpinam explicatur. Altera eſt arteria in eodem cordis ſinu, in pulmonem diffuſa, radicibus arboris reſpõdens. Vtraque hæc arteria, ſuis propaginibus maior eſt, earumque medium eſt cor.

VErum antequam hæc agamus, de plãtarum generatione, & diſpenſatione, conſiderandum videtur, par enim eſt. vt facultas hæc de qua quærimus, cum in his ſola inſit, partis eius clara nobis indicia exhibeat, vnde emanet. Semẽ igitur quodcunq; cum iactum in terram fuerit, ſi aridus ſit ager & ſiccaneus, nihil amplius ad plantæ procreationem, ſemen ipſum elaborabit, cum terra ad ſeſe totum innatum ipſius humorem, attrahat. Quod ſi moderate rigua gleba fuerit, tunc emollitur primum ſemẽ,

&

& tegumẽtum & cortex, quo quaſi cute circundatur, intumeſcit, mox humore inſito, in aerem cõuerſo rumpitur. Inde ex illa ruptura, germinatio quædam, tenuis illa quidem, ac mollis egrediens, in vtranq; partẽ protenditur: in ſuperiorem aerem verſus, & inferiorem, in terrę profunditatem. quã quidem & continuum incrementum accipere, & ferri ſemper, quò ſemel incepit, cõſpicimus. proceſſu verò temporis, ſi arboris alicuius magnę, ſemen id fuerit, pars ea quæ in aerem ſubiicitur, truncus, quæ deorſum in terrã penetrat, radix efficitur. atq; vtraq; ſi multifida arbor eſt, in multas ſcinditur particulas. vt vnũ & ortus & incremẽti omnibus plantæ partibus, principiũ locum illum eſſe appareat. vnde & ſupra trũci, & infra radicationis origo effluxerit, videaturq; inde, quaſi è larib. quibuſdam, ea quæ arborem regit virtus & facultas proficiſci. quam quidem, contrario agitari motu ſatis conſtat, deorſum in terrã, dum primas radices tum ſcindendo diffundit, tũ augẽdo producit: ſurſum, dum ſtirpes nouas, & ramos progerminat, atq; eos ſubinde in alios, in ſumma vſque & minutiſſima tenuiſſimaque flagella, ac virgulta diffindit. Atque hanc ſuperiorem partem, quæ ca-

dem

dem arbor eſt, tum ſua, tum fructuum cauſa, videtur ad hunc modum formare. inferiorem, quo alimenti ſuppeditatio non deſit: cum eodem ſcilicet munere fungatur in plantis radicum extremitas, quo in animalibus os, ac planè fibris quaſi oſculis multis, nutrimentum à natura fabricatum ac præparatum è terra illæ attrahant. Age vero ſimilitudinem hanc in animali contemplemur. ac primum mihi maximam arteriam ſpecta, quæ quaſi truncus à corde exorta, in duos ramos diſcinditur, quorum alter qui minor eſt, ad caput aſcendit, qui maior ad ſpinam explicatur. Intuere etiam omnes eius, eo modo quo in primo libro diſſeruimus, per totum corpus diſperſas pullulationes. alteram inſuper arteriam, obſerua ex eodem cordis ſinu exeuntem, quæ parti illi plantarum, quæ in terram radices agit, perquàm ſimilis, in pulmones ſciſſa diſpertitur. Eodem enim modo, cor è pulmonib. aërem per has arterias attrahit, quo per radices plantæ ex humo alimentum omne cõcipiunt. atq; hæ duæ quidem è corde emanantes arteriæ, maiores vtræque ſuis pullulationib. exiſtunt, ac quẽadmodum in plantis, pars ea quę è terra eminet, truncus eſt, omniumque aliarum

ſupe

ſuperiorum craſsiſsima cernitur. quæ in radices diſpertitur, omnium itidem inferiorum, quæ vero media inter vtraſq; eſt, totius plantæ principium eſſe conſtat: eodem modo, illa arteria, quaſi ſtirps omniũ quæ per totum corpus ſparguntur, maxima eſt item quæ ad pulmones permeat, omniũ earum, quæ in pulmone ſunt, latiſsima conſpicitur. cor verò ipſum, vtrarumq; mediũ cum ſit, merito ipſas gubernantium facultatum initium cenſendum erit.

ARGVMENTVM CAP. V.

Confutantur qui in animalium corpore vaſa minora maiorum initia ſtatuerunt cum cuiuis naturæ perito pateat maiora minorum eſſe principia. Tales coguntur vel omnes venarum fibras vocare principia, vel hypotheſin nulla munitam demonſtratione ſtatuere. Multa in Hippocratis ſcriptis ſuppoſititia ſũt, veluti id de quatuor partibus venarum, quæ à capite deferũtur.

QVanquã naturæ haud inexperto homini, abſq; his etiã quæ dixim⁹, ſatis liquet, minora minorũ eſſe principia, quẽmodũ fontẽ, omnium in quos diſtribuitur, riuulorum initiũ eſſe non dubitamus. Non deſunt tamen, qui adeo abſurde opinẽtur, vt quæ ſubſequuntur maiora, originibus ſuis

ſuis eſſe contendant, fluuiorum videlicet abundantia ac copia decepti, qui parui admodum iuxta fontes cũ ſint, in receſſu augentur: cum tamen non ſemper id neceſſario eueniat. nonnulla enim ſunt flumina, quæ alia multa alueo ſuo excipiunt. atque inde non immerito augeſcunt. nõnulla cõtra quæ in riuos diducta, priſtinam magnitudinem amittunt. nullus enim fluuius vnquam reperietur, qui ex vno tantum fonte ortus caput ſuum exilius reliquo corpore habeat. Sed ſi ex pluribus fontibus colligatur, nemini dubiũ, quin tota illa collectio, ſingulis fontibus maior appareat. Veruntamen omiſſo hoc exemplo, ſi in animaliũ corpore, minora vaſa maiorũ eſſe initia ſtatuem', efficietur vt ratio ſecũ ipſa pugnet, dum in quodlibet corporis membro, originem eſſe aliorum trium inſtrumentorum, arteriæ inquam, nerui, & venæ cogimur affirmare. vt digitum aut calcaneum maximæ arteriæ, & cauę venę, & ſpinalis medullæ principium eſſe. tria enim hæc arteriarum venarum, & neruorum, quaſi trunci quidã ſunt. Vnde fortaſſe, qui rationẽ iſtã introducit, is neq; arborum cacumina verebitur, neq; extremas radicum fibras, principia plantæ appellare. Quo quid abſurdius

eſſe poſsit,non video. Nam radicum extremitates,dici quidem poſſent arborei alimẽti principia,perinde ac venæ, quæ in ventrem pertingunt, necnon arteriæ, quæ in pulmonem numeroſa pullulatione diffunduntur. Ita vero abſolute omnes venarum fibras, principia vocare abſurdiſsimũ eſt. quippe cum neq; alimenti, neq; diſpenſantis facultatis,quippiam aliud, niſi id quod diximus,eſſe principium poſsit.at iſto modo, quodlibet membrum principium erit. Quòd ſi aliquas fibras eſſe principia, aliquas non eſſe dixerint,improbatũ dubiũq; fundamentũ ſtatuent.Qui enim magis hęc quàm illa?ſcilicet quæ in cerebro,quã quæ in pulmon ? quæ in iecore aut liene, quàm quæ in cerebro?quæq; in alio quopiã mẽbro aut viſcere,quàm quæ in iecore aut liene principia ſunt exiſtimanda?Equidẽ rationem hanc cũ ex Pelope præcepto meo, qui probare vaſorum omnium originẽ cerebrum eſſe nitebatur,adoleſcentulus audiuiſſem,nec tunc ex tempore admiſi, neque poſtea re conſiderata,approbaui. Nã quæ à capite quatuor illa venarum paria ferri dicuntur,inſerta in Hippocratis operibus, ibique ab alio manifeſte mihi videntur cõcinnata,cum nuſpiam oſtendi queant,aliaq;

enim

enim quæ de venis dixit Hippocrates, quę omnia in tractatione de diſſectione Hippocratis ſcripſi, conueniunt cum anatomicis aliis, monſtrãturq́; etiam à nobis. quatuor vero illa paria, pręterquam ꝙ à nullo alio diſſectionis ſcilicet profeſſore commemorantur, neq; oſtendi quidem poſſunt ab aliquo. ſed nonnulli, qui ea ponunt, quamuis monſtrare non valeant, credere ſe Hippocrati aiunt. quaſi de re, ratione contemplabili, non ſenſibus expoſita agatur. Alii monſtraturos quidem ſe promittunt, ſed tamen id nunquàm præſtant. Quanquam ſi in aliquo alio ex iis qui aſcriptitii ſunt libri Hippocratis, quatuor hæc venarum paria reperirentur, minus mirum eſſet. ſed in eo etiã ſunt, qui de natura hominis inſcribitur iuxta finem. & ante ſecundum librum, qui eſt De victus ratione, cui venarum diſſectionem inſeruerunt, quum tamen nulla ratio ſit, cur ad hæc victus rationem adiungatur.

Longe enim probabilius eſſet, non huic parti, ſed priori ipſam annectere. Verum ille qui hoc concinnauit, ita magis latere poſſe fraudem ſuam arbitratus eſt, quã ſi ad finem aſcripſiſſet. Quàm tamen, neque rationem vllam habere, qua priori opuſculo adiungi queat, cuilibet qui mo-

do librum eum legerit, perſpicuum eſſe debet. de natura enim hominis, ibi agitur, quę ex elementis conſtat, non quæ ex diſſectione apparet. At vero de diſſectione harum venarum. eum neque Hippocratis, neq; Polybi tractatum eſſe, & ante nos alij demonſtrarunt, & nos etiã, ſi deus aliquando conceſſerit, vt de germanis verisq́; Hip. libris, commentarium ſcribamus, pluribus oſtendemus. explicabimusq́;, quæ nam ſit Hippocratis De venarum origine ſententia, quam tum ex lib. De oſsium natura, tũ ex ſecundo vulgarium morborum, colligere poſſumus.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Si minorum ſemper ſunt maiora principia, in corde principium arteriarũ, in cerebro neruorũ, in iecore autem venarũ fuerit radicatio, quarum vna in ventrem, altera in vniuerſum corpus ſpargitur.

SEd hoc alias aliudq́; in tempus differendum. nunc ad id, à quo digreſſus fueram probandum reuertar. Quemadmodum inquam in plantis, maiora corpora ſunt minorum & ortus, & diſpẽſationis principia, eodẽ modo in animalibus quoq; eſſe. Redeo enim rurſus ad Pelopem, qui cerebrum neruorum omniũ originem eſſe cõcedebat

ſat

fatetur quippe etiam ipſe, à cerebro oriri duos neruos, atq; ex vno, craſſioreq́; exortu in multas, tenueſq́; particulas diſciſſos, in oculorū muſculos diſtribui. Quin etiā, ſequentem neruorum coniugationem craſſiſſimam eſſe ait, in exortu, deinde in quā plurimas ſectā particulas, in faciei, & oris partes diſtribui, perinde, atq; illa quæ ſequuntur paria. Sed ne multis morer, dorſi medullā, aſſerit è cerebro progerminare, atq; inde quaſi è trunco, numeroſam ſobolem neruorū exiſtere, qui veluti rami, ex ipſa epullulant. Hæc ſanè vera ſunt, cunq́; iis quæ euidenter apparent, conſentiunt at illud, parua ſcilicet magnorum eſſe principia, partim iis quæ in neruis liquido perſpiciuntur, repugnat. ſemper enim in his, maiora minorum eſſe originē patet. partim, vt ſuprà dictū eſt, etiā iis aduerſatur, quæ in plantis, quæq́ue in arteriis, & corde animaduertuntur. ſumma quippe impudētia eſt, velle aliud viſcus, quā cor arteriarū principium conſtituere. Nam cernuntur manifeſte arteriæ, ante etiā quàm excidantur, ſi laqueo interceptæ tantum fuerint, animalis motionē interimere, nedū ſi recidantur, ac penitus ſepararentur. at cor ſolum ex omnibus animalis viſceribus exem

ptum, etiam aliquandiu naturalem ſuam functionem ſeruare conſpicitur. quippe quod & ſibimetipſi, & aliis omnibus, q̄ ab ipſo emanant, agitationis origo ſit. arteriæ verò, ab ipſo corde, vel laqueis, vel ſectionibus ſeparatæ, vbi noxam eam ſenſerint, motū continuo amittunt. Quod ſi affirmare aliunde originē arteriarū exiſtere, ſummæ impudentiæ cenſetur, reſtabit, vt maximas arteriarū partes, minimarū eſſe principia ſtatuamus. at maximæ latiſſimæq; ex omnibus animalis arteriis, illæ proculdubio ſunt, quæ ex corde prodeūt, neruorum etiam origines craſſiſſimæ, ſicut in plantis quoq; videmus, quarum & truncus, ramis omnibus, & radicatio, radicibus ipſis & fibris longe maior craſſiorq; eſt. radicationem appello, partem eam inferiorem, quā paulo ante plantæ originem eſſe demonſtraui. Quin etiam Hippocrates ipſe, mihi videtur hinc, ad animalia nomē hoc trāſtuliſſe, cum inquit, ſicut arteriarū cor, ita venarum iecur, radicationē eſſe. nam quemadmodum è plantarum radicatione, radices deorſum aguntur, & ſtirps ſurſum oritur: eodem pacto è corde arteriæ, altera in pulmones, altera in totum corpus animalis, diſperguntur. è iecinore item venæ, altera in

ventrem; altera in corpus vniuerſum diſtribuũtur. atque illæ radicibus perſimiles ſunt venæ, quæ in ventrem pertingunt. Quod etiam idem Hippocrat. declarat, ita ſcribens. Quod arboribus eſt terra, id animalibus venter eſt. caua vena eſt quæ trũci vice fungitur. quæ ex gibo iecoris exorta, inde in vtranque animalis partem, tam ſuperiorem quàm inferiorem recta protẽditur. latiſſima tamen ea eſt pars, quæ infra iecur eſt, minus lata quæ per ſeptum tranſuerſum extenditur. Minor autem vtriſq; eſt ea pars, quæ cordi continua eſt. Atqui ſi cor eſſet cauæ etiã venæ, ſicut eſt arteriæ magnæ principiũ, nullo modo non maxima ea pars quæ cordi continua eſt, conſpiceretur.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Refelluntur qui putant venis ſuppeditari facultatem à corde, & ſanguinem à iecore; ideoque ſolum inferiorem cauæ venæ partem ſuperiore latiorẽ eſſe: quòd ĩfra iecur plura ſint mẽbra quibus alimentũ ſubminiſtrari debeat. Sed iecur eſſe vnicũ ac plenũ altricis facultatis principiũ patet ex multis. primò q̃a materiã idoneã toti proſpicit corpori. deinde, iecur fruſtra dediſſet natura. Nec tãquã miniſter addit̃ cordi; ſed dñs eſt poteſtatẽ habẽs diſtribuẽdi. poſtremo una

tantum ex iecore oritur vena, ad cor ſanguinē deferens, nec alia eſt cordis quæ ſuccum conco-ctum in totum corpus traducat. Ex alijs inde probatur, dextrum cordis ventriculum, non eſſe venarum originem.

SI verò aliquis in eam opinionem venit, vt credat, facultatem venis à corde, materiā à iocinore, à quo ſcilicet ſanguis emanat, ſuppeditari, atq; idcirco cauæ venæ partē inferiorem, ſuperiore eſſe latiorem dicat, eo ꝙ infra iecur, plura ſint mēbra, quā ſupra, quibus omnib. alimenta ſu miniſtrari neceſſe ſit: is ſanè illis iiſdem quæ ipſe ſtatuit, ea quæ non vult, mihi videtur cōcedere. Nam ſanguinem è iecore emanere cùm dicimus, quid aliud ſtatuimus, quā ſanguinis procreatricem facultatem in eo viſcere cōtineri? ſi igitur vt alatur animal, ſanguinis generatio eſt, atque ea in iecore fit, viſcꝰ hoc nō cor altricis facultatis principiū erit exiſtimandū. Quod enim membrū, materiā ad alimentum toti corpori idoneā procurat, id veriſimile eſt, eſſe altricis, & vegetabilis facultatis principium. ſicut videlicet in plantis, eam partē eſſe diximus, quæ radicatio nuncupatur. illa ſi quidem per numeroſas radicum fibras, nutrimentum è terra eliciendo in ſe

colligit, atq; inde in totã plantam, per ſtipitem elaboratum iam tranſmittit. Nam ſi huiuſce facultatis, perinde atque pulſatilis cor, principium eſſe poſuerimus, ſuperuacaneum iecur, eam quæ nihil temere operatur, naturã feciſſe conſtabit. quippe cum in corde, cibi illa in ſanguinem mutatio fieri potuiſſet. Quod ſi dicas iecur, quaſi miniſtrum ad magnũ quoddam opus, à natura cordi adiunctũ fuiſſe, quo videlicet ipſi materiã præpararet, ſicut ipſum à ventre præparatam accipit, veriſimilis quidem erit ratio, non tamen vera. apparet enim: non tanquã miniſtrũ, principe iecur cordi materiam idoneam præparare, ſed ipſum eſſe principẽ, qui diſtribuẽdi habeat poteſtatẽ. cuius rei euidẽtia exempla, in ipſo animalis corpore licet conſiderare. omnia enim mẽbra, quæ materias aliis præparãt, totas eas atq; integras illis ipſis quibus præparant, ſolent reſeruare. neq; alius quiſpiam meatus, à pulmone aliorſum tẽdit, quã vnus ad cor: neque è vẽtriculo & inteſtinis, præter quã ad iecur aliquod permeat foramen. neq; ex reticulari contextu niſi in cerebrum, neq; ex ſemen præparantibus cõceptaculis, niſi ad teſtes exitus aliquis patet. ita etiã qui bilioſum humorẽ colligũt

meatus, omnes in vnum demum vas deferuntur, iecori ſcilicet annexum folliculum; indeq́; in ieiunum inteſtinum illum emittunt. Non ſecus renes, vrinã in vnam tantum veſicã tranſmittunt. Si itaq; iecur eo conſilio natura fabricaſſet, vt cordi ſanguinem præpararet, nequaquam ei dimidium tantum ſuppeditandi munus iniunxiſſet. Hoc enim, neq; miniſtri, ſed ducis, ac principis opus eſt, neq; materiæ, quæ non tota præparata fuerit, affectus eſt. ſed miniſtri eſt præparare tantum materiæ; niſi prius integræ fuerit digeſta, non diſtribui. Verũ perſpicuum eſt, iecori neque vt miniſtro, ſed velut principi, neque defectuoſam materiam, ſed ſanguinem diſtribuere concreditum eſſe. nam mẽbra, quæ infra ſeptum tranſuerſum, in animali reperiuntur, quæ ſupra dimidium eſſe cõſtat, nemini dubiũ eſt, quin omnia à iecinore, ſanguinẽ accipiant. Imo verò ex diſſectione, diſcamus non modo hæc, ſed & ſeptum ipſum, & quę cor circuit membranam, vna cum aliis omnibus vicinis, tum quæ thoracem ſepiũt, tum quæ pulmonem leniter ambiunt, alimentum ex caua, prius quam ad cor deferatur, ſumere. atque ita cognoſcamus, plura ex animalis membris manifeſte, ſineq́;

vlla dubitatione,ex iecore nutricari : paulo poſt ſanè etiam totam eam partem,quę ſupra cor eſt, alimentum ex iecore habere demonſtrabo.Sed nunc illud tantum,quod minime eſt cõtrouerſum,ſumamus.ea quæ infra cor ſunt,à iecore ali, imo etiam thoracis ipſius duas,atq; eaſdem integras partes.cui rei argumento eſſe poſſũt, cũ alia vniuerſa,quæ in diſſectionibus conſpiciũtur atque extant, tum præcipue ipſa ſanguinis excrementorum purgatio. natura quippe,quaſi perfecta atque abſoluta iam eſſet,formamq; conuenientẽ adepta humoris generatio, ipſi excremẽtorũ expurgatoria inſtrumẽta,renes,lienem, bilisque receptricem veſicam præparauit.quartum verò excrementum cibi,aut materiæ cuiuſlibet,quæ à calore immutetur, ne excogitare quidem licet. ſed ad ſummum tria numero ſunt.id quod & ibi aliis iam tractatibus,demonſtratum eſt,& rurſus hic procedente diſputatione, etiam demõſtrabitur. Sed nunc dictum eſt,vt veri nihil prætermiſſum eſſe videretur,nõ quòd ad præſentem rem probandã quicquam faciat. conſenſu enim omnium, renum, & fellis receptaculi, functione ſanguinem expurgari conſtat.at in corde, neq; aliud purgatoriũ

inſtr

inſtrumentum natura præparauit, neque humorem ipſum diuerſum alioqui reddit nam qui in dextro cordis ventriculo ſanguis eſt, non diſſimilis ab eo reperitur, qui per omnes venas in toto animalis corpore diffunditur. ſicut illũ qui per arterias fert ab eo qui in ſiniſtro ſinu cõſpicitur, nõ eſſe diuerſum manifeſtũ eſt. Quanquam hic ſiniſtri vẽtriculi tenuior & flauior plerunque, quandoq; econtrario craſſior, nigriorque apparet, calidior verò ſemper. Qui in dextro eſt ſinu, eandem ſpeciẽ habet, quam cum alius omnis, tum qui in iecore, vtpote qui nihil eximium ex ea in ventriculo dextro, mora acquiſiuerit. iecur verò, nullũ humorem in alimentum membrorum animalis cordi præparare, ſed ipſum totũ humoris formam perficere, inde argumentũ maximum habere poſſumus, quod vna tantum vena cernitur à iecore, ad cor exoriri, neque alia quæpiã ex alia parte cordis extat, quæ humorẽ ipſum, & ſuccum iám concoctum, in totum corpus ſemel traducat. cùm tamen ex arteriis altera ſit, quę intro ducat ſpiritũ. altera quæ educat. Videtur enim natura, non iiſdẽ vaſis, neq; iiſdẽ meatibus ad materias ſemicoctas, & plene confectas vti. quippe cum neq; fieri poſſit, vt

ex iecore, ſimul & ad cor ſemicoctū alimentum ſurſum emittatur, & iam perfecte concoctū, eadem via feratur deorſum. ſed debuerat profecto eſſe altera vena, quæ ſemicoctā materiā induceret, altera quæ exquiſite confectam educeret. nūc verò vna inducit, educit nulla, præter eam quæ ad pulmoné pertingit. de qua quidé accuratiꝰ in libris de vſu membrorū diſſeruimus, cauſamq́; inueſtigauimus, cur è corde, & non è caua vena produxerit natura venā hanc, quæ viſceri alimentū præſtaret. Verū hæc quæ in manibus eſt materia, diſſectionum euidentiis, maxime omniū indigere videtur. nullā enim è corde venā, neq; in inferiores partes, niſi quæ è iecore ſanguinem defert, neq; in ſuperiores tendere conſpicimus. ſed caua vena, è iecore recta ad iugula vſque aſcendit, vt ſuum quendā ramum cordi applicare, nō ipſa è corde, ortū habere videatur. cuius rei manifeſtū indicium eſſe debet, id quod in magna arteria videre licet. Quod quidem expectare, vnumquenque vellem, atq; ita demum ad cauā venā conſiderandam deſcendere. vna enim maxima arteria, è ſiniſtro cordis ventriculo egreſſa, in vtraſque arterias tum eam quæ ad caput tēdit, tum eam quæ ad ſpinā in-

feri

ſerius deuoluitur, euidenti ſciſſione partitur. ita etiam debebat ea, ſi è dextro ſinu exoritur vena, manifeſtam in vtraſq; partes diſtributionem exhibere. Quod cum nō ita appareat, imo ex ea, quæ ex iecore ad cor aſcendit, diuidi videatur, qui fieri poteſt, vt quemadmodū ſiniſter cordis ſinus arteriarum eſt, ita dextrum venarum originem eſſe exiſtimemus? ex diſſimilibus enim indiciis, diſſimilis quoque fiat indicatio neceſſe eſt.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Euincitur multis argumentis, cauam venam in dextro cordis ventriculo ortum non habere. 1. Multis ineſt iecur cum vena caua, qui dextro cordis ventriculo deſtituuntur. 2. In volucribus omnibus, reptilibus atque pedeſtrium nō paucis, quibus adeſt dexter cordis ſinus caua vena in duos magnos ramos diffinditur, priuſquam ad cor perueniat. 3. Vena portæ nulla ſui parte cor contingit. Conſequens igitur, vt iecur ſit venarum radicatio, ſicut arteriarum cor.

QVod ſi quis argumentum hoc, quod ex vaſorum exortu ſumitur, leue eſſe opinetur, quanquā leue id minime eſt, illud ſaltem, certo ſcio, leue eſſe non dicet, ꝙ multa animalia, dextrum cordis ventriculum nō habere inueniantur. Nam ſi in ple-

riſque

riſque animalium generibus iecur eſſe, & cauam venam perſpicuum eſt, dexter vero cordis ventriculus non cernitur, nulla ratione poſſumus arbitrari, ex eo ventriculo, cauam venã ortum habere. Quæ vero ſint & quot eorum animaliũ genera, in quibus dexter ſinus deſit, numero quidẽ cõprehendere non valeo, ſed tamen cõmune hoc reperi in multis quæ diſſecui, licet in aliis nõ conuenirent. adde ꝙ eadem præcipuum illud ſortita ſunt, quod omnibus aquaticis ineſt, vt ex aere nõ reſpirẽt, neq; pulmonẽ habeãt. Hoc enim hucuſq; in omnibus animaliũ generibus obſeruatũ eſt, vnà cũ pulmone, dextrum cordis ventriculũ & interire, & generari. cuius cauſam ego multum diuq; indagaui, ſcripſique in libris De vſu membrorum, quæ mihi ea de re probabilia viſa ſunt. culices quidem, muſcas, vermes, apes, formicas neq; diſſecui, neq; diſſecare vnquã aggrediar. nam cũ in magnorũ animalium inſectione multos falli, fruſtrariq; videã, nónne in minoribus, debemus id magis euenturum ſperare? Ex omnibus igitur quæcunque ad hunc vſque diem, à me diſſecta ſunt, nullum fuit quod cor & iecur, & cauam venam, & arteriam magnã non haberet: apparetq́ue, ſicut arteria è corde, ita

Arteriã à corde & venã à iecore exoriri.

vena à iecore, etiã ſi nullus prorſus ſit cordis dexter ſinus, exoriri. atque ideo ſcindi etiã conſpicitur infra cor, poſtea quàm ſeptum tranſuerſum traiecit, non ſecus atq; in aliis, cũ prope iugúla acceſſerit. in aliis verò animalibus non paucis, illis quidem dexter cordis ventriculus extat, venã tamẽ caua, nihilominus priuſquã cor attingat, in duas magnas partes cernitur diſcindi. id quod in volucribus omnibus, & reptilibus, greſsilibus itẽ nõ paucis, intueri licet. vt manifeſte pateat in pleriſque animalibus, cauam hanc venã à iecore originẽ habere. vas quippe quod è viſcere hoc egreditur, proculdubio latius duplo inuenitur, vtriſq; ſciſsionibus, quaſi nimirũ hoc loco bifariã vena ipſa ſcindatur. quamuis autẽ interdum aliquo in animali, latior altera ex his partibus conſpiciatur, vtræque tamen ſimul cauæ venæ, æquales ſine vlla cõtrouerſia reperiũtur, vt quaſi locutione declarent, illã tanq̃ truncũ eſſe, ſe ab illa diſciſſa tanq̃ ramos, & flagella fuiſſe productas. neq; tantũ caua è iecoris gibboſis exit partibus, ſed altera etiã, è concauis promanat, quæ à nõnullis porta iecoris, ab aliis vena in porta nuncupatur. nõ enim totam illam venam, portam eſſe aiunt, ſed partẽ

tantū eius,illam quæ primum è iecore extare cernitur. quæ etiā omnium latiſsima eſt, ex qua in vtraſq; partes ſcinditur vas, diſtribuiturq́; tum in omnes ſimas iecoris partes,tum in ventré,ad id quod omentum vocant.Cumq́; in his omnibus, quāplurimæ venæ ſint,nulla eſt,quæ cōtinuata cordi ſpectetur. Quo circa contingit,vt nonnulli veritatis ſcilicet ſtudioſi,cum hæc audiſſent,ac demirarentur,nec crederét, vellentq́; ſibi omnia monſtrari,vbi viderunt, maxime eorum ſententiam damnauerint, qui cor, venarum originem eſſe contendunt. Nam quemadmodum ſi vnam quam libet in toto animalis corpore, venā adeo ſeparatam inueniſſemus, vt neque iecori ipſi,neque alicui ex venis, quæ è iecore oriuntur,coniungeretur,nequaquam dixiſſemus, venæ illius originem iecur eſſe: ita quoniam non vnam, neque duas,ſed innumerabilem venarum multitudinem reperimus,quæ nullam cum corde habent connexionem,merito venarum illarum,à corde non eſſe principium fatendum eſt. Nō ab re igitur, iecur venarum radicatio,arteriarum cor appellatum fuit: in arbore verò is locus, vbi depoſitum ſemen fuerat. In his enim omnibus radicatio, origo to-

tius rei,nõ tam in generatione q̃ in diſpenſatione etiam dicitur.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Taxantur illi qui cum faterentur à iecore cõmodum initium ſumi de venis docere volenti, negarunt tamen vel dubitarunt illud venarum facere principiũ quaſi aliud doctrinæ aliud naturæ principium haberi debeat. Quod à natura principium conſtitutum eſt,id à ſe fieri doctrinam cogit.

Pelopis abſurditas.

QVod autem ea quæ in diſſectionib⁹ euidenter patent, vel cõtraria opinãtes inuitos cogãt verum fateri,inde vel maxime colligere poſſes, ꝙ nullus ex anatomicis,qui ſcriptis mãdare venarũ diſſectionẽ aggreſſus fuerit, principiũ aliud doctrinæ idoneũ,præter iecur facere potuit. ſed ſiue ambigere de principio dixit,vt Herophilus,ſiue vt alii multi, & noſter etiam Pelops,ſatis ſe cõpertũ habere oẽs tamẽ ſe rè de iecore tractauerũt.Pelops verò,in mirabilẽ quãdã, & incredibilẽ abſurditatẽ incidit, cũ in vno libro,venarũ principium, cerebrũ eſſe cõſtituat, in alio diſſectionẽ venarũ deſcribens,à iecore incipiat. In ſecundo quidẽ Hippocraticarũ introductionum libro, acre admodum certamen inſtituit,vt cerebrum nõ tam neruorum, q̃ vena

na

nãrum, & arteriarũ principiũ eſſe demonſtret, in tertio De diſſectione venarũ, à iecore, perinde, vt alii ferè omnes anatomici, exorditur: ad docẽdi eñ rationẽ idoneũ eſſe, conuenienſq; aſſerunt, vt hoc viſcus principiũ ſtatuatur. Quorũ ſanè prudentiam deſidero, ſi ſine cauſa aliqua naturali, cõſentaneũ eſſe ipſum ad docẽdi rationem putãt. Ego equidẽ certo ſcio, id quod inter oẽs cõſtat, nihil quod vel factũ ſit, vel fiat, ſine cauſa exiſtere. Nã ſi de omnibus abditis & obſcuris, ſicut Empirici, dubitare ſe fateant, nulla mihi cũ iſtis erit diſputatio, cũ neq; originẽ ipſarum ſcrutaturi, neq; corpora inciſuri ſint. Sin rationẽ ſe habere affirment, qua ea quæ ſenſum effugiunt inuenire poſsint, quamobrẽ prius huiuſce rei quã dicunt, cauſam nõ cõſiderarũt? cõſentaneũ eſt & idoneũ ad docẽdũ, venarũ diſſectionẽ principiũ iecur conſtituere? ſine cauſáne ô ſapiẽtiſsimi? an quia naturalem quandam præeminentiam prorſus habet, ideo etiam, ad doctrinæ principium conuenientius eſt? quæ igitur præeminentia ea ſit, quærendum, non otioſe ita, & negligenter prætereundum. atque hoc ipſum principium inuentionis nobis exhibebit, quod ab omnibus diſſectionis

profeſſoribus cōceſſum eſt. eſſe id ſcilicet ad doctrinam idoneū. nā ſi nullius alterius rei, huius ſaltē ipſius, rationē reddere nobis poterunt, cur eſſe ad doctrinæ principiū idoneum aſſerant. nō ſanè quia colore rubrū ſit, aut fibris diſtinctū, aut quia vni ex ipſis bilis cōceptaculum appenſum cernatur, neque ob aliud quippiam huiuſmodi: ſed propterea, quòd omnes venæ continuatæ cū ipſo eſſe conſpiciuntur. id quod nullius, niſi principii indiciū eſt. nulla eñ alia de cauſa, in neruorū diſſectione principium doctrinæ aliud prætermiſſo cerebro, facere poſſumus, niſi quia horū principium eſt cerebrum. quòd ſi minime conceditur, nulla alia excogitari cauſa amplius poteſt. neq; aliā ob cauſam, ſimiliter principiū in arteriarū doctrina cor ſtatuimus, niſi quia re vera eſt. quod enim à natura principiū conſtitutū eſt, id à ſe fieri doctrinam etiā cogit. Nam ſiquis aquæ alicuius inductitiæ in vrbē exponere diſtributionē vellet, is non aliunde, q̄ à primo aquæ ingreſſu, narrationis exordiū ſumeret, neceſſeq́; omnino eſſet, vt loco prius explicato, vbi aqua in principio intrò influxit, ab eo omnē narrationem contexeret. Quo circa ſtultū eſt, velle aliud naturæ rei, aliud do-

ctri

ctrinæ inuenire principiũ. doctrina enim quę ſecundũ rei naturā fit, idem principiũ cum rē ipſa habet. neque poteſt quiſpiam, qui rectè exponere vel generationem, & ortum, vel gubernationē alicuius velit, initiũ q̃ id quod verũ eſt, conuenientius inuenire. ortus quippe domus, de fundamentis cogēt, ortus nauis, de carina primam mentiōnē facere: eodē modo, ſi volueris ciuitatis alicuius, aut gentis, aut exercitus, adminiſtrationem explicare, prima in vnoquoq; origo, tibi erit repetenda. Demirari igitur conuenit eos, qui rectā doctrinā nullo modo fieri poſſe arbitrantur, ſumpto aliunde principio, & tamē affirmare nō dubitant, ſe verā originē venarum ignorare: cũ vtraque hæc, id eſt, rectũ doctrinæ, & verũ rei principiũ, ita inter ſe mutuo cōnexa ſint, vt nulla ratiōe, diuelli à ſe inuicē poſsint. Nā qui recto docēdi modo vtitur, is à principio naturali incipit: qui verũ rei principiũ nouit, idē rectum doctrinæ initium minimè ignorat.

Doctrina quæ ſecundũ rei naturam fit, idem principiũ cũ re ipſa habet.

ARGVMENTVM CAP. X.

Iecur non cor, principium eſt ſanguinis vniuerſum corpus nutrientis, & inſtrumentorum eius. Eraſiſtratei membranas orificijs vaſorum adhærere tradunt, quibus cor vtitur ad miniſte-

rium cum admittendæ, tum emittẽdæ materiæ. Non negat Galenus, in orificio cauæ venæ membranas eſſe tres. quæ à forma tricuſpides appellantur. item alias duas in arteria venoſa, ſimili forma quarum vna ſanguinem in pulmonem, altera ſpiritum in totum corpus educit. Sed vas in corde oſtendi non poteſt, quod vniuerſo corpori ſanguinem diſtribuat: quare venarum principium non erit. Nec vere dicitur, ex iecore oriri quidem ſanguinem, ſed cor principiũ eſſe facultatis venas gubernantis. falſum etiam iſtud in cor venas omnes pertingere.

Atque hæc quidem, ad originis venarum demonſtrationem ſufficerent. Quæ tamen ſubiungam, nihilominus erũt firma argumenta, cor neque ſanguinis corpus totum alentis, neque receptaculorum eius, procreatricem originem eſſe. vtrunq; autem ſeparatim probabo. ac prius, nõ eſſe id alentis ſanguinis principium: alentis dico, propterea quia, vt alibi oſtẽdi, alterius cuiuſdam ſanguinis, qui aliũm animalibus vſum exhibet generationem, cor eſſe non negauerim. nunc quod propoſitum eſt, eũ ſanguinem à quo vniuerſa animalis membra nutriuntur, è iecore, non è corde proficiſci: illud verò demonſtrare aggrediar, ab euidentibus, quæ in diſſectione apparẽt

Cor non eſſe alẽtis ſanguinis principiũ

ini

initio ſumpto. id quod Eraſiſtrateis maxime repugnat, qui nunc profectò nobis abſurda ſe,& vana confirmare fatebūtur, Expoſitum eſt euidens hoc in tractatu, De febribus ab Eraſiſtrato. mēbranas quaſdā eſſe ait, orificiis inſertas receptaculorum, quibus ad materiæ tum admittendæ, tū amandandæ miniſterium, cor vtatur. atque has quidem membranas, nonnulli auſi ſunt negare, dixeruntq; ab Eraſiſtrato, vt dogma confirmaret ſuū, fuiſſe confictas. Cæterū adeo notæ omnibus medicis ſunt, vt qui eas ignoret, rudis planè eſſe cenſeatur. in orificio cauæ venæ, tres ſunt huiuſcemodi membranulæ, cuſpidum aciebus ſtructura quàm ſimillimæ, vnde, vt puto, nonnulli Eraſiſtratei. tricuſpides eas appellarunt. in arteria venoſa (ita voco eam, quæ ex leuo cordis ventriculo, in pulmonem diſpergitur) ſunt item forma ſimiles, numero verò diſpares membranæ. ſoli enim huic orificio, duæ adhærent, reliqua tres vtraque habent Σίγμα, literam Græcam, effigie imitantes, quorum vtrumque, vt hāc Eraſiſtratus inquit, explanas euidētiā educit, alterū ſanguinē ī pulmonē, ſpiritū alterū ī totū corpꝰ. atq; ita fit, vt mēbranę

In orificio caua venæ tres membranulæ.

iſtæ, opportunis vicisſitudinibus alternatæ, contraria miniſteria cordi exhibeant, vt eidem placet. quæ intromittentibus materias vaſis inhærent, de foris introrſum vergunt, vt à materiarũ introeuntiũ ĩpetu ĩpulſę, reclinẽtur, atq; in cordis cauitatib⁹ reſupinatæ, ora ipſa aperiant, expeditũq́; aditũ materiis, quæ attrahuntur præſtẽt. neq; enim ſponte materias influere, tanq̃ in inanimatam aliquam ciſternam, ſed cor ipſum diſtendi, ac perinde vt fabrorũ folles attrahere, atq; ita repleri inquit. in vaſis verò, quę materias educunt, contrario modo inſertantur membranæ, ab interiori parte foras verſus. vt reiectæ ab exeuntibus, quo tempore ſcilicet cor materias ſuppeditauerit, ora patefaciant, alias ſemper diligenter claudant: neq; quippiam quod egreſſum fuerit, regredi ſinant. Sic verò etiã hæ, quæ intromittentibus vaſis incumbunt, vbi cor cõtrahitur, vt ora claudant, & nihil ex attractis ab illo rũrſus foras recurrere ſinant. Si igitur ita ſe habet res ò Eraſiſtratei, reliqua vaſa omittamus, atq; id tantũ quod in cõtrouerſia eſt, cõſideremus. caua vena quæ è iecore ſanguinem in cor inuehit, vtro tandẽ modo inſertas mẽbranas habet? ab interiori parte foras verſus.

ſus.

ſus, an econtrario, deforis introrſum tendétes? Sed fortaſſe neq; hoc magnū aliquod momentū affert, aduerſus hoc quod dicitis ita eſſe affectū, vt in iecore ſanguis præparetur, atq; inde in cor deferatur, ibi poſtea reliquā proprię formæ, abſolutā recepturus perfectioné, quod profecto ratione vacare non videtur. nullum enim perfectum, & magnū opus, repente vnaq́; aggreſsione fieri, totamq́; ſuam expolitionem ab vno naturali inſtrumēto; acquirere pōt. Quod ſi ita eſt, oſtendite nobis vas aliud, quod è corde ſanguiné abſolute perfectum educat. atq; ipſum vt arteria ſpiritū, in totū corpus diſpenſet. atqui orificia omnia ſunt numero quatuor. duo in vtroq; ventriculo, in ſiniſtro vnū quod ſpiritū è pulmone immittit, alterū quod educit. reliqua duo in dextro, alterum quod in pulmoné ſanguiné immittit, alterum, quod è iecore admittit. de quo tota hæc noſtra diſputatio eſt. neque vllū aliud quintum os, in corde poſſumus inuenire, quo è iecore, admiſſum, ſanguinem in totum corpus diſtribuat. ne igitur dicatis, vniuerſo corpori à corde & ſanguinem, & ſpiritum tranſmitti, ac principium eſſe & arteriarum & venarum idé viſcus. Cū nequeatis vas vllum aliud oſté

Nullū perfectū opus repēte vnaque agreſsione fieri.

dere, quod è corde exoriatur, neque aliunde, q̃ ex membranis, quas quidem, ea quæ nihil temere operatur natura, nequaq̃, in præſtantiſsimo viſcere conſtituiſſet, niſi maximum aliquod miniſterium illi fuiſſent exhibituræ, Vnde maxime omnium Eraſiſtrati prudẽtiam deſidero, qui in vno eodẽq; libro, qui eſt primus De febribus, cor eſſe & arteriarum, & venarum originẽ aſſerit, & receptaculis introducentibus mẽbranas deforis introrſum vergentes inſertas eſſe, non veretur affirmare. neq; enim illud dicere poteſt, ſanguinis quidẽ, iecur eſſe principiũ, ſed venas gubernantis cor facultatis. nam cum neque arteriis vim immitti ex corde, per tunicas fateatur, nunquid venis fatebitur? ſi igitur mẽbrũ illud principium eſſe dicimus, quod iis quæ ex ſe oriuntur, vel vim, vel materiam ſaltem ommino ſuppeditat, cor principium venarum ſtatuere, nullo modo poſſumus: facultatẽ enim ipſis iuxta Eraſiſtratũ, nõ ſuppeditat, quoniã neq; arteriis ſanguinis verò materia, à iecore manifeſte prodire cognoſcitur: neq; etiã quia omnes in cor pertingunt venæ, poſſumus cor venarũ principium exiſtimare. non enim pertingunt, vt ſuperius demonſtratum eſt.

Arg

ARGVMENTVM CAP. XI.

Non recte dicit Eraſiſtratus, ideo ſe cor venarum principium appellaſſe, quòd in prima formatione è corde ipſarum ortus exiſtat. quia propoſitum illi fuit, tantum docere originem diſſenſationis in animali abſolute formato. Adhæc, obſcura eſt eius ſententia de venis, qui nihil de ſanguinis generatione dixerit, cum ea ſit magis neceſſaria quã uentriculi operatio. Idem de nutritione tractans, nullam facit alterationis mentionem.

NVm vero, quoniam in prima formatione è corde, ortus ipſarũ generatioque extitit, idcirco cor venarum principiũ eſt appellandum? ſed nõ de huiuſcemodi origine quæſtio fuerat, ſicut in primo libro, ſtatim in principio diſſeruimus. Adde ꝙ quia generationis ipſarũ, non quærebatur initiũ, neq; ipſe Eraſiſtratus, demõſtrationẽ vllã afferre conatus eſt, qua pbaret, naturã in formãdo fœtu, è corde venarũ genus produxiſſe, neq; in neruis, neq; in arteriis, tale prĩcipiũ cõſideraui. ſed ſoliꝰ diſpẽſatiõis, in animali abſolute formato, originẽ ſtatuit, arteriarũ cor, neruorũ caput. Vt neq; venarũ cor, alio mõ q̃ hoc eſſe originẽ dixiſſe, eũ credẽdũ ſit. Merito verò, hominis de venis ẽ obſcura ſẽtẽtia, q̃ nihil de ſã-

guinis generatione dixit,ſed totã hanc functionem,inconſideratam prætermiſit.cum multo magis neceſſaria animalibus, quàm vẽtriculi operatio ſit.Quod vel inde patet ꝙ licet ventriculus,cibos conterere non valeat, modo ſuccos aliquos aſſumamus, vt multis in nationibus,lac ſumi ſolet, viuere poſſumus. ſi ſanguinis generatio tollatur, vitam quoq; tolli neceſſe eſt.cuius quidem ſanguinis procreationis munus iecorine, an venis,an cordi demandatum ſit, manifeſte non eſt auſus explicare,tãtum abeſt, vt demonſtrationem aliquam attulerit: neq; tantum de hac functione,quæ cibos in qualitate immutat & alterat,diſſerere neglexit verum etiam, cum de nutritione quæ eodẽ modo fit,aggreſſus eſſet tractare,aliorũ omnium potius,quàm alterationis immutationiſq́; mentionem fecit.At ſi feciſſet, nõ dubito, quin illud ſtatim ſimul intellexiſſet, omnibus quæ ab aliquo alterantur, in alterantium ſpeciem,mutationem fieri.Nã quemadmodum ignis ex ligno, in ſimilem ſibi formam mutato & generationẽ ſimul, & alimentum accipit: ita etiam plantæ, & animalia, ſibi ipſis ſimile alimentum reddere cõſpiciuntur.quod vel ex ſemicoctis excremẽtis licet colligere.quæ ſimilia ſubin-

de

de fiunt corporibus, quæ aluntur, quorum ſcilicet ſunt excrementa.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Venæ in prima fœtuum formatione, ex corde non oriuntur. nec eas fœtus à prægnantis accipiunt vulua, ſed in ſe illarum principia habe͂t. Porrò in iecore venarum principium eſſe, duobus euincit argumentis. Priori, in quod omnes venæ terminantur, id illarum eſt principium. Tendu͂t autem in iecur: illarum igitur principium erit. Altero, Si venæ à corde ducerent originem, pulſu non deſtituerentur. Non pulſant, ergo à corde non ſunt. Pulſant autem arteriæ ſolæ, motum à corde ſortitæ, non, vt Praxagoras & Philotimus arbitrantur, ex ſeipſis. qui hic refelluntur.

VEruntame͂, paulo naturalior hæc eſt diſſertatio. auditoribusq́; indiget, qui in naturalium facultatu͂ rationibus, prius fuerint exercitati. de quibus alibi peculiari tractatu egi. Hic etiam paulo poſt, nonnulla dicam. prius tamen volo totam de Eraſiſtrati ſententia orationem, abſoluere, qua demo͂ſtratur, venas etiam in prima fœtus in vtero formatione, ex corde origine͂ non habere. omnes enim venæ, quæ in inuolu- *Chorion.* cro conceptus exteriore, quod chorion nominant, vtero coniuguntur, ſunt maximæ illius à iecore exeuntis progerminationes,

illa

illa verò, veluti ſtirps ac truncus cum ramis multis, hoc eſt vaſculis iis quæ ex ipſa in inuolucrum exterius oriuntur, aliquandiu indiuiſa. atque vna permanens, magnũ id interuallũ, quod ab ipſo eſt viſcere, traiicit. foras verò, iam exorta, in duas diſcinditur, magnumque alterum interuallum penetrat, quod ipſum duobus etiam finibus terminatur. vno quem modo dixi, cùm extra cutem primum emergit. altero cùm ex amnio, hoc eſt, interiore exit inuolucro. totus enim hic tranſitus, venam à iecore ad vmbilicum pertingentem, in duas diuiſam partes continet. tertius alius locus, in inuolucro ſcilicet exteriore, duas has venas excipit. quæ tamen non amplius duæ permanent, ſed multifariam vtræque ſcinduntur, in multas alias, aliorſum per inuolucrum diſperſas. ab his item aliæ. atque inde rurſus aliæ, quemadmodum è ramis, virgæ, oriuntur venulæ, quouſque in tenuiſſima conceptaculi deſinant. quæ extremas plantarum fibras imitari videantur. Imo conuenientius fuerat, vt neque venam è iecore prodeuntem, trunco in multos ramos diuiſo, neque extremas partes germinibus compararemus, ſed has radicum fibris in terra defixis, illam toti radicationis prin-

 cipi

cipio, ſimilem diceremus. videntur enim quodammodo venarum extremitates, in vtero radicatæ inde alimentum, id eſt ſanguinem ad iecur, vtpote principium totius plantæ referre. Quod ſi iecur, principium nolueris conſtituere, cor certe nullo modo poteris. ſed cogeris omnia illa, quæ in vterum pertinent exilia capita, venarũ principia ponere. Quod ſi feceris arteriarum, quoque extremitantes, in vuluam penetrãtes, prætermiſſo corde, ipſarum originem dicere neceſſe erit. At neruis quid facies? oſtendéſne originem etiam ipſorum, ex iiſdem his locis emanare? ſed nullus apparet neruus, neque ex vtero, in ſecundas peruenire, neque in ipſis ſecundis, neque in vmbilico, aut deforis intrò ſubire, aut de interiori ſede extra prominere. quod ipcirco factum eſſe conſtat, quia nulla omnino neceſsitas fuit, vt origo neruorum concepti fœtus, quemadmodum arteriarum & venarum, matri coniũgeretur. illæ enim prægnantis corporis, materiis indigent. neruorum verò origo non ita. Quin etiam ſuperius demonſtratum eſt, maxima conceptacula, minorũ eſſe principia. Vnde etiã quæ è iecore exoritur vena, omnibus quæ circa ſecundas inueniuntur, origo eſſe cẽſebitur.

ſicu

ſicut etiam arteriis, illa quæ è corde exit, omnibus enim quæ in inuolucro conſpiciuntur, propria virtus ex ea prouenit, nõ ex his, in illã deuehitur. ſiquidem fœtibus ex ſemine, non ex vulua facultatum ipſos adminiſtrantium origo eſt. cuius rei argumẽtum id erit. ſi arterias quæ circa vmbilicũ ſunt, vel laqueo conſtringas, vel digitis cõprimas, omnes continuo, quæ in ſecũdis videntur, pulſu omni atq; agitatione vacare conſpicies. at ſi motionis principium, vterus exhiberet, cõtrarium fieri neceſſe erat, At vero videor diutius quam par erat immoratus eſſe in re aperta, ab omnibusq́ue fere diſſectionis profeſſoribus, conceſſa. nam quo modo ventrem prægnantis incidere debemus, atq; ita fœtum vtero adhuc inhærentem denudare, non noſtra eſt inuẽtio, ſed à multis antiquioribus, traditã obſeruauimus. à quibus etiam id concedi perſpicuum eſt. fœtum facultatum ipſum gubernantium, origines in ſe ſitas habere. Quocirca ab hac quæſtione, vtrum fœtus in ſe principium venarũ habeat, an à pręgnantis vulua accipiat, recedendũ iam videtur, idq́ue indagandum, ex quo viſcere venæ exoriantur. Quod ipſum etiam facile admodum ex diſſectionibus inueniri po

terit.Quò enim omnes,quę in ſecũdis ſunt conueniunt,inde proculdubio exoriuntur. At hoc omnibus qui modo oculis præditi ſunt,euidenter patet,in vnam quæ è iecore oritur,concurrere omnes. ſicut arterias, in magnã arteriam quæ eſt ad ſpinam,coire manifeſtum eſt. Quanquam illic, ſicut ab exteriore parte, fœtus tranſmeat arteria in totum interius inuolucrũ, quod amnium appellant,ita vſq; ad arteriam, quæ eſt ad ſpinam duæ permanentes procedũt. Hic vero venæ duæ,quæ ab vmbilico progrediuntur,in vnam tantum venam coeũt quæ recta ad iecur pertẽdit. ſed duæ illæ arteriæ, neq; cordi ipſi penitus, neq; magnæ arteriæ committuntur. veſicam enim vtrinque complexæ deorſum tendunt, donec illis quæ ſunt in cruribus, concepti fœtus iũgantur. quæ quoniam ſunt ab ea quæ eſt in lumbis magna arteria deriuatæ,ea de cauſa nõnulli anatomici, ad magnam coire duas illas dicere non dubitarunt. nõ vere,ſi rem exacte exquiras, ſed ſi ita intelligas, vt à me dictum eſt,neq; exacte id quod euidens eſt exponunt,neq; admodũ aberrant.Quapropter, demirari huiuſcemodi homines, ſatis non poſſum, qui cum arterias omnes quę in chorio & vmbilico ſunt, è corde exo

riri aſſerant, quamuis neq; ex illo, neq; ex magna in lumbis arteria oriantur, ſed ex his quæ ab illa ad crura procedunt: venas tamen non ex iecore oriri cēſent. Atqui iuſtum erat, vt arbitror, ſicut arteriarum omnium, cor principium ſtatuimus, ita venarum omnium & vmbilici & inuolucri, iecur ſtatuamus. nā vaſa quæ à deriuatis ab alio deriuantur, eandem originem, quam illa à quibus deriuantur, habere neceſſe eſt. quantum igitur ex diſſectione conſpicitur, cum euidentiora originis indicia iecur habeat, multo magis ipſum venarū, quā cor arteriarum, principium ſtatuendū eſt. neque præterea illud te lateat, venas, ſi originem à corde traherent, pulſum habituras fuiſſe. Ac non iā cum Eraſiſtrato, aut Eraſiſtrateis mihi ſermo eſt, ſed cū illis, qui non quia replentur ſpiritu arteriæ, propterea diſtendi & pulſare, ſed econtrario, quia diſtenduntur & pulſant, ideo repleri opinantur. quæ eſt multorū eruditorumq; hominum ſententia. perinde atq; illud, quod tunicæ arteriarū vim illam, qua diſtendūtur & cōtrahuntur, à corde accipiant, à quibus tamē neſcio, quo modo mihi videtur diſcrepare Praxagoras & Philotimus. qui cū in aliis conſentiant, illud peculiare ſibi vēdi-

Vaſa deriuata, eandē originē, quā à quib. deriuātur habere.

caru

carũt.vt ex ſeipſis omnino pulſare arterias dicãt. ac ſi quis carnẽ ab animalis corpore reciſam,humi palpitãtẽ depoſuerit,perſpicue ibi arteriarum motum animaduerti poſſe.nollẽ profecto adeo ab euidentia,aberraſſe tãtos viros.vt palpitationẽ à pulſu diſtinguere non valuerint. Qui ſanè ſicut hoc cognoſcere,ita illud quoq;,debent non ignorare.ſi arteria ſola præſecta fuerit,nõ agitari amplius.ſicuti cũ vinculo intercluditur,licet à cordis cõiunctione minime ſeparata ſit,hoc idem pati manifeſte perſpicitur.At enim iſtud, quo modo admiratione dignum non eſt? ſi cum eſt extra animalis corpus,neq; tantum à corde, ſed ab aliorum omnium membrorum connexione,cõſpirationeq́ue diuiſa , libere pulſat: pulſu verò omni priuatur, cum adhuc iũcta cum omnibus eſt, ſi tantum laqueo comprehendatur? Verum neq; extra corporis compagem,ò egregie Praxagora palpitat, ſi penitus ab animali abſcindatur. Sed quid amplius ipſum hac in re conor refellere? ſatis quippe eſt oſtẽdiſſe,ſolas arterias, cum ab animali fuerint reciſæ,motu omni,ac pulſu prorſus vacare.à corde igitur motũ habẽt.ꝙ recte ab Eraſiſtrato etiã dictũ eſt. ꝗ tũ nõ recte poſtea motionis ortũ expoſuit.

neque enim vtris inſtar inflati,ita è corde ſpiritum exprimente replétur arteriæ. ſed quia cordi coniunctæ ſunt, ex eoq́; originem habent,ideo eiuſdem facultatis,cū toto viſcere participes efficiuntur.Quód vero totum cordis ipſius corpus,diſtentum ac contractum ex ſeipſo pulſet,fortaſſe etiam ex diſſectionib.ipſis hoc agnoſcere poteris ſi dexteram eius partem aperueris. nudari enim cor debet,ſine vlla thoracis inciſione gladiali chartilagine extracta, iuxta quam inuolucrum cordis annexum eſt. tertia ſiquidem hæc eſt thoracis in medio pectore, à duabus reliquis diuerſa inanitas & amplitudo.ſi igitur ita feceris,& in rectum,dextram thoracis partem, vt dictum eſt,diſſecueris, euidenter dextri cordis ventriculi, pulſum videbis. neque te fugiet vas illud, quod cordi cōnectitur,à caua vena progerminatum, etiam ipſum quemadmodum arteriæ pulſare. An verò id accidat ex eo, ꝙ vim & facultatem ſuſcipiat à corde, adeo vehementer influentem, vt illuc vſque ebulliat & redundet, an ex ſanguinis agitatione,in partes contrarias illi,quæ ad dextram auriculam fit, an alio quopiam modo,caua vena motionem illam adipiſcatur ſuperuacaneum eſt in præſentia conſiderare.

re. Satis ad propoſitum illud eſſe debet, quòd patet, venam hanc nõ ſicut magnam arteriam, vna cum aliis omnibus, quæ per totum corpus diſcurrunt, omnino pulſare. Aperte igitur, neque primæ generationis venarum, neque poſt primum ortum diſpenſationis, cor originem eſſe demonſtratum eſt.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Confutantur, qui ſic venarum principiũ dici volebant, vt viæ principium, quod etiam ſinis appellatur. Deinde ſummatim colligens *omnia, concludit omni modo iecur venarum principium habendum.*

REſtat verò, vt quod opinati nõnulli fuere, valde abſurdum illud quidem, ſed tamẽ à quibuſdã ex illuſtribus medicis approbatũ, prius explicemus, deinde qua in re id peccet, oſtendamus. Aiũt, ſicut viæ principium dicimus, eadẽ ratione poſſe fieri, vt aliquod principiũ venarum ſit: & nihilominus id nõ obſtet, quin finis quoque recte appellari queat. in ratione enim ad aliquid, Athenas principiũ tale eſſe poſſe & finem. Atqui hoc modo, non tã cor quã omnia alia membra, conceptaculorum ad ipſa pertinentium, & principium & finis dici poterunt. Sic igitur & cor venæ cauæ

nihilo magis principium quàm finis exiſtimabitur. at venæ in porta nullo pacto, quippe cum neque ipſa cordi committatur: neq; aliqua ex iis quæ ab illius ſciſſione diſperguntur. Quare, neq; alicuius quæ per totum corpus cõmeat, aut principiũ, aut finis eſſe cenſebitur. Vnde fruſtrantur iam puto illi qui, quod minime omniũ ad rem facit, viarum mentionem attulerunt, cum talis quæſtio, vtilem futuram eſſe ſperantibus, inutilis euaſerit. Iecur itaq; principium ſimul & finis vniuerſarum venarũ, & nullum aliud neq; viſcus, neq; membrũ propterea erit ſtatuendũ, quia cum nullo alio membro, venæ per totum corpus diffuſæ, continuari cõſpiciuntur. Rurſus verò à principio ſummatim colligamus orationem, atq; ita dicamus. Si primæ generationis venarũ originẽ requiris, iecur eſt. ſi diſpenſationis materiæ, qua totum corpus alitur, & facultatis principiũ ſpectas, neq; ita aliud quodpiam viſcus inuenies, quod principium iudicari aptius poſſit. ad do etiam, licet de naturali origine nihil agamus, ſed ad doctrinam tantum, aut velut viam, aut vtcunq; demũ principiũ cõſideres, nihil aliud, niſi iecur magis cõſentanee principii rationẽ ſuſcipiet. Nam cum verum

rum

rum ſit,& naturale venarum principium, quocunque modo etiam inueniri principium,mirandum non eſt.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Sanguinē creat,iecur non venarū tunicæ.nā ſubſtantia ſunt neruoſa & membrana. humorē viſcoſum & candidum procreant ex quo ipſis generatio,incremētum & nutricio eſt. At quod nutrit,in nutriti abit ſubſtantiam immutatū: & quod nutritur in nutrientis ſimilem abit ſpeciem. Iecoris autem caro proxime accedit ad ſanguinem,ſola congelatione ab ipſo diſtans. Vnum quodque etiam membrum propriam habet functionem,cum nullo alio communem. Iecori itaque ſanguinis procreandi facultatem tribuemus.

NVnquid igit. finiēda noſtra hic eſt diſputatio?an illud ſubiungendū, quod ſuperius diſtulimus? cū diceremus videlicet neminē, qui in rationibus de potentiis aut facultatibus naturalib⁹ eſſet exercitat⁹ aliud vllū viſcus,quam iecur generationis ſanguinis aptiorē cauſa eſſe conſtituturū? Melius fortaſſe eſt, quamuis quod ab initio propoſueramus, optime abſoluteq́; demonſtratum ſit, vt hoc quoque, ne quidpiam videamur omiſiſſe,non ſubticeamus. Quod nutrit,in eius quod nutritur,naturā

ſubſtantiamq́ue immutatum abire, cum à nobis alibi, tum ab optimis ferè quibuſq; & medicis & philoſophis, confirmatũ eſt. an vero, licet è ventre in iecur redditus ſuccus ſanguis ſeruatur effici, omnino neceſſe ſit immutationem illam, à iecinore procurari, in hoc non omnes conſentiunt. ſed nõnulli, ipſas venarum tunicas, ſanguinis eſſe creatrices arbitrantur. quàm vere, non video. nam ſi ipſas exinaniueris, nihil prorſus à membranea, aut neruea natura, diſtare conſpicies. iſti igitur merito damnandi ſunt, qui venarum tunicis, ſecundum naturam ipſarum, ſanguinis creãdi munus deferunt. non ſecus ac ſi quis à neruis, aut mẽbranis, aut lacertis, aut chartilaginibus, aut adipe. aut denique ab exangui corpore, ſanguinem contendat generari. neq; enim rubrum tunicæ humorem. ſed candidũ, & viſcoſum procreare conſueuerunt. ex quo nimirũ, & ipſæ procreatæ ſunt, & augentur, & aluntur. Qua de re, in priore de ſemine libro, ſatis demonſtrauimus. Atqui ſi id q̃d mutatur, in mutantis ſimilem ſpeciem euadit, quid iecoris carne couenictius, ad ſanguinis generatiõe reperias: ſi conſpiſſetur enim ſanguis, caro iecinoris, prorſus effecta erit. ſed rerum naturalium, cum alia-

rum,

rum,tum earum præcipue, quæ in tractatu de naturalibus facultatibus fuerunt explicatæ,ignoratione fit, vt plerique nobis negotium faceſſant. Conſtringitur enim venter ad cibos,accommodatum ſibi ſuccũ ex illis eliciẽs,quo ad,ſaturatus,ac perfecte repletus,quicquid ſuperat excrementi, in ieiunum inteſtinum expellat.attrahit inde etiã iecur ſuccum,in ventre prius elaboratum.qui non ea quidẽ cauſa, à ventre immutatur , vt iecori ſuppeditetur, ſed quia nõ datur,vt cum ſimul duo corpora in mutuum congreſſum venerint,non mutuo agant,& patiantur.id quod etiã in eodẽ tractatur,à nobis probatum fuit.natura enim comparatũ eſt, vt fortius & validius alterũ quod imbecillius fuerit,vincat, atq; immutet.ſicut igitur vẽtris reliquiæ,iecinori accommodæ ſunt,eodẽ modo,quod à iecoris alimẽto ſuperuacaneũ eſt, reliquis omnibus,vtile efficitur.neq; tamen illorum cauſa iecur nutrimẽtum immutauerat: ſed eo quo dixi modo,res ceſſit.dum immutatur,& alteratur,habilius ad alia mẽbra alẽda euadit.Quemadmodum enim ipſum iecur,tum ex vẽtre, tum ex inteſtinis per venas alimoniã attraxit: ita quæ poſt ipſum conſtituta ſunt,per alias venas in ſe illam

candem è iecore exugunt,tum deinceps ex his alia.atq; hoc tantiſper, vſq; dum in omnia animalis membra,alimentũ digerat. atq; ita fit, vt frequenti cõtinuaq́; illa ſucceſſione,vnum quodq; membrum,alteri ſequenti materiam præparare ac præcoquere videatur. Eodẽ modo iecur, redditum à ventre ſuccũ,ſibiipſi ſimilẽ efficit, hoc eſt. carni,ſubſtãtiæq́; ſuæ, quæ videlicet à quibuſdã medicis, parenchyma nuncupatur, quaſi interfuſionẽ dixeris. nã vnũquodq; inſtrumentarium animalis membrũ,compoſitum cũ ſit ex aliis ſimplicioribus partĩbus,proprium quiddã in ſubſtantia ita adeptũ eſt,vt nihil aliud in vniuerſo animalis corpore ſimile reperiatur. ſic vẽtris corpus proprium quoddam diuerſum ab aliis omnibus habet.ſic lienis,ſic cerebrũ,ſic renes.lingua etiam, necnon oculi, & veſicæ, & vteri ſimili modo ſe habẽt.arteriæ verò, nerui,& venæ cõmunis vtilitatis cauſa,inſtrumentis inſerũtur.ſicut nõnullis membranæ,& ligamenta. At ſine his tamen,vniuſcuiuſq; corporis proprietatis cõſiſtit. Vnde præcipuã quãdã, præter alia omnia functionẽ adipiſcuntur.nã in cõmuni, cõmunis ſit functio neceſſe eſt.neq; enim fieri poteſt,vt ex corporis locis aut venę,aut

A

arter

arteriæ, aut nerui functio immutetur. ſed ſiue in calce, ſiue in cerebro arteriam conſideres, continuo etiã communem omnium arteriarum functionem, ſimul cõcipis. idẽ in neruo, vena, oſſe, chartilagine, membrana, ligamẽto & adipe facis. Ex propria igitur ſpecie ſubſtãtiæ, propriã eſſe functionẽ oportet. Porrò qualis eſt pulmonis ſubſtantia, talem nullam aliã inuenies. cerebri item corpus, id eſt, quale nullũ aliud. cordis ſubſtãtiæ ſimile, nullum membrũ aliud reperiri poteſt: renũ, lienisq́; natura, ab omnibus aliis diuerſa habetur. Quocirca, in ſingulis ex ſubſtãtiæ proprietate, propria quædã functio conſequitur. ſingulorũ quoque horum caro, præter alias omnes, præcipuam quandam nacta eſt proprietatem. de oculo quid dicam? quàm eximius eſt, quã nulli, ne minimum quidem ſimilis glacialis humor? nempe neque ſimilis cuiquam, eius eſt functio. nihil itaque mirandum, ſi iecoris etiam corpus, ex propria ſua natura, functionem propriam conſecutum eſt. maxime rubrum enim cernitur, perinde ac ſanguis, qui congelatione ſolum ab ipſo differt. Congelatio enim ſanguinis, ex aëre ambiente contingit, qui & calorem ipſius extinguit, & pro-

pter

pter frigiditatem ipſum denigrat. Id quod non ita in iecore fit, ſed ex calore innato, qui ornat magis ipſum, quã corrumpit. Vtroq; enim modo, ſiue coagulatio, ſiue iecoris caro fiat, ſanguis immutatur, ſed quæ in coagulationem fit mutatio, via eſt quædã ad corruptionem, quæ in iecoris ſubſtantiam, naturę operatio. Adeo nihil quicquã, tam ſimile ſanguini inuenire poſſumus, q̃ iecoris ſpecies eſt. neq; bene id à nonnullis dictum eſt, cum affirmant ſanguinem, ſi in tepidam aquam inſtillaueris, carni quę primum recenti concretione conſtiterit, eſſe perquam ſimilem. cum longe maiorem efficaciã ingeniti caloris congruentia, ad exacte abſoluteq́; ſanguinis naturam excolẽdam, ſortita ſit.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Vnaquæque corporis pars ex ſucco quamſimillimo ſuæ ſubſtãtiæ nutritur. Iecur igitur ſanguinem procreat illi exiſtens quamſimillimum. Subiicitur cordis & hepatis diſcrimen. Inde concludit, in iecore primam eſſe ſanguinis temperamento humidi, & colore rubri generationem, qui per venas in totum corpus diſtribuitur. Sanguinis autem flaui & ſpirituoſi in læuo cordis ventriculo ortus eſt. quem in totum corpus de-

ueh

uehunt arteriæ. Exponitur diſcrimen arteriæ & venæ. & quomodo confundantur apud Hippocratem & Platonem.

SI igitur vnumquodq; membrum, ſucco ſubſtantiæ ſuæ quã ſimillimo nutricatũ, eumq́; ſibi alterando, & immutando præparat, ſanguinis generationẽ nihil aliud, niſi caro iecoris procurabit. quæ quidẽ caro, ſicut ſupra demonſtrauimus, propriũ corpus iecoris eſt. propterea ab aliis omnibus ſegregatũ, vnicũ quoddam viſcus, atq; vniforme extitit. hoc eodẽ colore, cor etiã præditum eſt, ſed non adeo, vt iecur, quod humidius corde, atq; ob eam cauſam rubicũdius, molliusq́; euaſit: at cor ſiccius, calidiusq́; iecore ideo effectũ eſt, vt & eſſet durius, & quemadmodũ arteriæ, duplici motione poſſet agitari. atq; ita ex ea agitatione, inſiti caloris proportio æquabilis cõſeruaretur. vt in libro de vtilitate pulſuum, à nobis dictum eſt. ex duritia verò, firmitas viſceri compararetur, qua aſſiduam illam motionem quæ interdum vehementer admodum à natura incitatur, tolleraret. Proinde neque proprius eius ſanguis, iecoris ſanguini ſimilis eſt. ſed quo calidius viſcus viſcere, eo flauior ſanguis conſpicitur, quẽ calorem ſiccioris ſanguinis, ſicut humidio

ris

ris ruborē, proprium eſſe conſtat. De quibus quidem caloribus, etiam Plato in Timæo ſcriptum reliquit. Nos verò eius orationem explanantes, vera omnia eſſe demōſtrauimus alio in libro, quem de ipſis peculiariter compoſuimus. ſed nūc, rem propoſitam abſoluamus. Sanguinis temperatura humidi, colore vero rubri, prima in iecore generatio eſt. cuius vehicula à quibus deriuatur, diſtribuiturq; in totum corpus, venæ habentur. at flaui, & tenuis, ſubtilisq́ue ſubſtantiæ ſanguinis alterius, & ſpirituoſi, in læuo cordis ventriculo, ortum eſſe non dubitamus. Quod quidē genus ſanguinis, in totum corpus poſtea deuehūt arteriæ, ac diſpenſant. id quod diffuſius in cōmentariis de facultatibus naturalibus, oſtendim⁹. Ita effectū eſt, vt & quod ſuperi⁹ diſtulerā de ſanguine qui eſt in corde, iam dixerim, & ſimul quā errent, qui cor originem venarum eſſe opinantur, demonſtrauerim. nam quia ſanguinis cuiuſdam eſt principium, continuo venarum etiam originem exiſtimarunt eſſe. quaſi arteriæ, ſanguinē quendam tenuiſſimum, & calidiſſimū non habeant. Igitur ſicut arteriarum, ita etiam ſpirituoſi, & feruētis ſanguinis, in animalibus cor eſt principium, & fons. vt ex hoc

iracun

ĩracundiæ quoque ſedem, in eo collocatam eſſe facile cognoſcamus. atq; idcirco Plato, cor eius ſanguinis fontem eſſe dixit, qui p̱ omnia membra vehementer circunfertur. Porrò non idem eſt, ſi dicamus ſanguinis fontem abſolute, & addamus, qui vehementer circunfertur. qui enim è iecore proficiſcitur, non vehementer fertur, quippe cum neque ſpirituoſus ſit, neque quæ eum continent venæ, quicquam pulſent. At qui è ſiniſtro iecoris ventriculo prouenit, & calidior, & ſpirituoſus admodum eſt, vt etiã conceptacula eius, pulſare conſpiciantur. quanquã hoc genus conceptaculorũ, à vetuſtiſsimis tum medicis, tum philoſophis perinde atq; alterũ, venã appellari video. ſed ab aliis quæ pulſat arteria, quæ pulſu vacat, vena nuncupatur. De veteri illa nõmenclatura, cum & multi prius, & nos alibi teſtati fuerimus, nunc ſaltem, quatenus præſens negotium exigit, pauca quædam ſubiungam. ac de arteria illa loquar, quæ ad cubitum præſertim ſiniſtrum cõmeat. Cuius agitatio cũ ex natiuitate velox, & magna, & valida reperiẽ validã in corde iraſcibilẽ vim eſſe ſignificat, ac vegetum ac feruidũ in ipſo calorẽ, quẽ furiorum, &

ira

iracundum appellare conſueuerunt. Hippocrates arteriam hanc in ſecundo vulgarium morborum libro, venam vocat, his verbis. Cui vena quæ eſt in cubito pulſauerit, furioſus ille, & iracundus euadit: cui quieuerit, ſtupidus. Paulſare, & pulſus de adeo vehementi arteriarum agitatione accipi ab antiquis, vt prius quàm tactu prehenſauerimus, oculis ſubiiciatur, cum ex aliis, tum ex his vel maxime patere poteſt, cum pulſui quietem, & ſtupidum furioſo, & iracundo, quaſi ira vacuum oppoſuerit. atque ita obiter, non paruum quid à nobis effectum eſt, cum in explanatione venarũ vocabuli, Hippocratem oſtenderimus ante Platonem iraſcibilis facultatis originẽ in corde poſuiſſe. Qua de re, paulo poſt etiam nonnulla dicemus. Nunc ad Platonis verba redeo, quibus arterias venas appellat, quæ ſunt hæc. Cor verò ſimul & venarum fontem, & eius ſanguinis qui per omnia membra vehementer circunfertur. Nã cum conceptacula pulſantia, nondum vt nunc arteriæ vocitarentur, ſed tantum illas ſic veteres appellarent, quæ ad pulmonem ſitæ, à recentioribus aſperæ nominantur, merito Plato, vt diſtingueret, quarum venarum cor eſſe originem vellet, ita ad-

iunx

iunxit.& eius ſanguinis qui per omnia mē bra vehementer circunfertur.de cuius vtilitate,alias dicemus,ille verò, qui à iecore proficiſcitur, in alimentum omnibus corporis partibus præparatus eſt. Vnde opinor & Plato de illo differens,in hunc modū ait:in toto hoc loco quaſi præſepe quoddam corporis alimenti fabricati. Iam verò cum dicat eam quæ in iecore animæ ſpecies ſita eſt,cibos & potus concupiſcere,neque de corde quicquā huiuſcemodi addat, perſpicuū facit,quid ſentiat: è ventre vtique in iecur alimentum deferri, atq; inde, ad cor partem quandam tranſmitti, ad ſanguinis illius generationem.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Iecur non tantum venarum vt ſanguinis, ſed etiam animæ concupiſcibilis fons eſt.Hippocrates ex ſectione docet iecur venarum eſſe principium. Plato autem,animæ concupiſcibilis eſſe fontem.

VErū tamē cū in libris de naturalibus facultatibus,ſatis ſupq; declaratū ſit nō è ſedibus vētris ſtatim ad cor, ſed ad iecur prius cibi digeſtionē fieri nō opus eſt in pręſentia pluribus id agere, Sed illud tā tū addendū videt.ſumme calidū iracūdiæ viſcus eſſe,neceſſe eſt. cōcupiſcētiæ nō eſt

Viſcus iracūdiæ ſumme calidū eſſe neceſſariò.

B ne

riri aſſerant, quamuis neq; ex illo, neq; ex magna in lumbis arteria oriantur, ſed ex his quæ ab illa ad crura procedunt: venas tamen non ex iecore oriri cēſent. Atqui iuſtum erat, vt arbitror, ſicut arteriarum omnium, cor principium ſtatuimus, ita venarum omnium & vmbilici & inuolucri, iecur ſtatuamus. nā vaſa quæ à deriuatis ab alio deriuantur, eandem originem, quam illa à quibus deriuantur, habere neceſſe eſt. quantum igitur ex diſſectione conſpicitur, cum euidentiora originis indicia iecur habeat, multo magis ipſum venarū, quā cor arteriarum, principium ſtatuendū eſt. neque præterea illud te lateat, venas, ſi originem à corde traherent, pulſum habituras fuiſſe. Ac non iā cum Eraſiſtrato, aut Eraſiſtrateis mihi ſermo eſt, ſed cū illis, qui non quia replentur ſpiritu arteriæ, propterea diſtendi & pulſare, ſed econtrario, quia diſtenduntur & pulſant, ideo repleri opinantur. quæ eſt multorū eruditorumq; hominum ſententia. perinde atq; illud, quod tunicæ arteriarū vim illam, qua diſtendūtur & cōtrahuntur, à corde accipiant, à quibus tamē neſcio, quo modo mihi vidētur diſcrepare Praxagoras & Philotimus. qui cū in aliis conſentiant, illud peculiare ſibi vēdi-

Vaſa deriuata, eandē originē, quā à quib. deriuātur habere.

caru

carũt. vt ex ſeipſis omnino pulſare arterias dicãt. ac ſi quis carnẽ ab animalis corpore reciſam, humi palpitãtẽ depoſuerit, perſpicue ibi arteriarum motum animaduerti poſſe. nollẽ profecto adeo ab euidentia, aberraſſe tãtos viros. vt palpitationẽ à pulſu diſtinguere non valuerint. Qui ſanè ſicut hoc cognoſcere, ita illud quoq;, debent non ignorare. ſi arteria ſola præſecta fuerit, nõ agitari amplius. ſicuti cũ vinculo intercluditur, licet à cordis cõiunctione minime ſeparata ſit, hoc idem pati manifeſte perſpicitur. At enim iſtud, quo modo admiratione dignum non eſt? ſi cum eſt extra animalis corpus, neq; tantum à corde, ſed ab aliorum omnium membrorum connexione, cõſpirationeq́ue diuiſa, libere pulſat: pulſu verò omni priuatur, cum adhuc iũcta cum omnibus eſt, ſi tantum laqueo comprehendatur? Verum neq; extra corporis compagem, ò egregie Praxagora palpitat, ſi penitus ab animali abſcindatur. Sed quid amplius ipſum hac in re conor refellere? ſatis quippe eſt oſtẽdiſſe, ſolas arterias, cum ab animali fuerint reciſæ, motu omni, ac pulſu prorſus vacarę. à corde igitur motũ habẽt. ꝙ recte ab Eraſiſtrato etiã dictũ eſt. q̃ tũ nõ rectę poſtea motionis ortũ expoſuit

neque enim vtris inſtar inflati,ita è corde ſpiritum exprimente replétur arteriæ. ſed quia cordi coniunctæ ſunt, ex eoq́; originem habent,ideo eiuſdem facultatis,cū toto viſcere participes efficiuntur.Quòd vero totum cordis ipſius corpus,diſtentum ac contractum ex ſeipſo pulſet,fortaſſe etiam ex diſſectionib.ipſis hoc agnoſcere poteris ſi dexteram eius partem aperueris . nudari enim cor debet,ſine vlla thoracis inciſione gladiali chartilagine extracta, iuxta quam inuolucrum cordis annexum eſt . tertia ſiquidem hæc eſt thoracis in medio pectore, à duabus reliquis diuerſa inanitas & amplitudo.ſi igitur ita feceris,& in rectam,dextram thoracis partem, vt dictum eſt,diſſecueris , euidenter dextri cordis ventriculi, pulſum videbis . neque te fugiet vas illud, quod cordi cōnectitur,à caua vena progerminatum, etiam ipſum quemadmodum arteriæ pulſare. An verò id accidat ex eo, ꝙ vim & facultatem ſuſcipiat à corde, adeo vehementer influentem , vt illuc vſque ebulliat & redundet , an ex ſanguinis agitatione,in partes contrarias illi,quæ ad dextram auriculam fit , an alio quopiam modo,caua vena motionem illam adipiſcatur ſuperuacaneum eſt in præſentia conſiderare.

re. Satis ad propoſitum illud eſſe debet, quòd patet, venam hanc nõ ſicut magnam arteriam, vna cum aliis omnibus, quæ per totum corpus diſcurrunt, omnino pulſare. Aperte igitur, neque primæ generationis venarum, neque poſt primum ortum diſpenſationis, cor originem eſſe demonſtratum eſt.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Confutantur, qui ſic venarum principiũ dici volebant, vt viæ principium, quod etiam finis appellatur. Deinde ſummatim colligens omnia, concludit omni modo iecur venarum principium habendum.

RESTAT verò, vt quod opinati nõnulli fuere, valde abſurdum illud quidem, ſed tamẽ à quibuſdã ex illuſtribus medicis approbatũ, prius explicemus, deinde qua in re id peccet, oſtendamus. Aiũt, ſicut viæ principium dicimus, eadẽ ratione poſſe fieri, vt aliquod principiũ venarum ſit: & nihilominus id nõ obſtet, quin finis quoque recte appellari queat. in ratione enim ad aliquid, Athenas principiũ tale eſſe poſſe & finem. Atqui hoc modo, non tã cor quã omnia alia membra, conceptaculorum ad ipſa pertinentium, & principium & finis dici poterunt. Sic igitur & cor venæ cauæ

nihilo magis principium quàm finis exiſtimabitur. at venæ in porta nullo pacto, quippe cum neque ipſa cordi committatur: neq; aliqua ex iis quæ ab illius ſciſſione diſperguntur. Quare, neq; alicuius quæ per totum corpus cõmeat, aut principiũ, aut finis eſſe cenſebitur. Vnde fruſtrantur iam puto illi qui, quod minime omniũ ad rem facit, viarum mentionem attulerunt, cùm talis quæſtio, vtilem futuram eſſe ſperantibus, inutilis euaſerit. Iecur itaq; principium ſimul & finis vniuerſarum venarũ, & nullum aliud neq; viſcus, neq; membrũ propterea erit ſtatuendũ, quia cum nullo alio membro, venæ per totum corpus diffuſæ, continuari cõſpiciuntur. Rurſus verò à principio ſummatim colligamus orationem, atq; ita dicamus. Si primæ generationis venarũ originẽ requiris, iecur eſt. ſi diſpenſationis materiæ, qua totum corpus alitur, & facultatis principiũ ſpectas, neq; ita aliud quodpiam viſcus inuenies, quod principium iudicari aptius poſſit. addo etiam, licet de naturali origine nihil agamus, ſed ad doctrinam tantum, aut velut viam, aut vtcunq; demũ principiũ cõſideres, nihil aliud, niſi iecur magis cõſentanee principii rationẽ ſuſcipiet. Nam cùm verum

rum ſit,& naturale venarum principium, quocunque modo etiam inueniri principium,mirandum non eſt.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Sanguinē creat,iecur non venarū tunicæ.nā ſubſtantia ſunt neruoſa & membrana. humorē viſcoſum & candidum procreant ex quo ipſis generatio,incremētum & nutricio eſt. At quod nutrit,in nutriti abit ſubſtantiam immutatū: & quod nutritur in nutrientis ſimilem abit ſpeciem. Iecoris autem caro proxime accedit ad ſanguinem,ſola congelatione ab ipſo diſtans. Vnum quodque etiam membrum propriam habet functionem,cum nullo alio communem. Iecori itaque ſanguinis procreandi facultatem tribuemus.

NVnquid igit. finiēda noſtra hic eſt diſputatio?an illud ſubiungendū, quod ſuperius diſtulimus? cū diceremus videlicet neminē, qui in rationibus de potentiis aut facultatibus naturalibꝰ eſſet exercitatꝰ aliud vllū viſcus,quam iecur generationis ſanguinis aptiorē cauſa eſſe conſtituturū? Melius fortaſſe eſt, quamuis quod ab initio propoſueramus, optime abſoluteq́; demonſtratum ſit, vt hoc quoque, ne quidpiam videamur omiſiſſe,non ſubticeamus. Quod nutrit,in eius quod nutritur,naturā

ſubſtantiamq́ue immutatum abire, cum à nobis alibi, tum ab optimis ferè quibuſq; & medicis & philoſophis, confirmatũ eſt. an vero,licet è ventre in iecur redditus ſuccus ſanguis ſeruatur effici,omnino neceſſe ſit immutationem illam,à iecinore procurari,in hoc non omnes conſentiunt. ſed nõnulli,ipſas venarum tunicas,ſanguinis eſſe creatrices arbitrantur. quàm vere, non video.nam ſi ipſas exinaniueris,nihil prorſus à membranea,aut neruea natura,diſtare conſpicies.iſti igitur merito damnandi ſunt,qui venarum tunicis, ſecundum naturam ipſarum,ſanguinis creãdi munus deferunt.non ſecus ac ſi quis à neruis,aut mẽbranis,aut lacertis,aut chartilaginibus, aut adipe.aut denique ab exangui corpore,ſanguinem contendat generari.neq; enim rubrum tunicæ humorem.ſed candidũ,& viſcoſum procreare conſueuerunt.ex quo nimirũ,& ipſæ procreatæ ſunt, & augentur, & aluntur. Qua de re,in priore de ſemine libro,ſatis demonſtrauimus.Atqui ſi id qđ mutatur,in mutantis ſimilem ſpeciem euadit,quid iecoris carne coueniẽtius, ad ſanguinis generationẽ reperias:ſi conſpiſſetur enim ſanguis,caro iecinoris,prorſus effecta erit.ſed rerum naturalium,cum aliarum,

rum,tum earum præcipue, quæ in tractatu de naturalibus facultatibus fuerunt explicatæ,ignoratione fit, vt plerique nobis negotium faceſſant. Conſtringitur enim venter ad cibos,accommodatum ſibi ſuccũ ex illis eliciẽs,quo ad,ſaturatus,ac perfecte repletus,quicquid ſuperat excrementi, in ieiunum inteſtinum expellat.attrahit inde etiã iecur ſuccum,in ventre prius elaboratum.qui non ea quidẽ cauſa, à ventre immutatur , vt iecori ſuppeditetur, ſed quia nõ datur,vt cum ſimul duo corpora in mutuum congreſſum venerint,non mutuo agant,& patiantur.id quod etiã in eodẽ tractatur,à nobis probatum fuit.natura enim comparatũ eſt , vt fortius & validius alterũ quod imbecillius fuerit,vincat, atq; immutet.ſicut igitur vẽtris reliquiæ,iecinori accommodæ ſunt,eodẽ modo,quod à iecoris alimento ſuperuacaneũ eſt, reliquis omnibus,vtile efficitur.neq; tamen illorum cauſa iecur nutrimẽtum immutauerat: ſed eo quo dixi modo,res ceſſit.dum immutatur,& alteratur,habilius ad alia mẽbra alẽda euadit.Quemadmodum enim ipſum iecur,tum ex vẽtre, tum ex inteſtinis per venas alimoniã attraxit: ita quæ poſt ipſum conſtituta ſunt,per alias venas in ſe illam

eandem è iecore exugunt,tum deinceps ex his alia.atq; hoc tantiſper, vſq; dum in omnia animalis membra,alimentũ digerat. atq; ita fit, vt frequenti cõtinuaq́; illa ſucceſſione,vnum quodq; membrum,alteri ſequenti materiam præparare ac præcoquere videatur. Eodẽ modò iecur, redditum à ventre ſuccũ,ſibiipſi ſimilẽ efficit, hoc eſt. carni,ſubſtãtiæq́; ſuæ, quæ videlicet à quibuſdã medicis, parenchyma nuncupatur, quaſi interfuſionẽ dixeris. nã vnũquodq; inſtrumentarium animalis membrũ,compoſitum cũ ſit ex aliis ſimplicioribus partibus,proprium quiddã in ſubſtantia ita adeptũ eſt,vt nihil aliud in vniuerſo animalis corpore ſimile reperiatur. ſic vẽtris corpus proprium quoddam diuerſum ab aliis omnibus habet.ſic lienis,ſic cerebrũ,ſic renes.lingua etiam, necnon oculi, & veſicæ, & vteri ſimili modo ſe habẽt.arteriæ verò, nerui,& venæ cõmunis vtilitatis cauſa,inſtrumentis inſerũtur.ſicut nõnullis membranæ,& ligamenta. At ſine his tamen,vniuſcuiuſq; corporis proprietatis cõſiſtit. Vnde præcipuã quãdã, præter alia omnia functionẽ adipiſcuntur.nã in cõmuni, cõmunis ſit functio neceſſe eſt.neq; enim fieri poteſt,vt ex corporis locis aut venę,aut

arteriæ, aut nerui functio immutetur. ſed ſiue in calce, ſiue in cerebro arteriam conſi deres, continuo etiã communem omnium arteriarum functionem, ſimul cõcipis. idẽ in neruo, vena, oſſe, chartilagine, membrana, ligamẽto & adipe facis. Ex propria ĩgitur ſpecie ſubſtãtiæ, propriã eſſe functionẽ oportet. Porrò qualis eſt pulmonis ſub ſtantia, talem nullam aliã inuenies. cerebri item corpus, id eſt, quale nullũ aliud. cordis ſubſtãtiæ ſimile, nullum membrũ aliud reperiri poteſt: renũ, lienisq́; natura, ab omnibus aliis diuerſa habetur. Quocirca, in ſingulis ex ſubſtãtiæ proprietate, propria quædã functio conſequitur. ſingulorũ quo que horum caro, præter alias omnes, præci puam quandam nacta eſt proprietatem. de oculo quid dicam? quàm eximius eſt, quã nulli, ne minimum quidem ſimilis glacialis humor? nempe neque ſimilis cuiquam, eius eſt functio. nihil itaque mirandum, ſi iecoris etiam corpus, ex propria ſua natura, functionem propriam conſecutum eſt. maxime rubrum enim cernitur, perinde ac ſanguis, qui congelatione ſolum ab ipſo differt. Congelatio enim ſanguinis, ex aëre ambiente contingit, qui & calorem ipſius extinguit, & pro-

pter

pter frigiditatem ipſum denigrat. Id quod non ita in iecore fit, ſed ex calore innato, qui ornat magis ipſum, quã corrumpit. vtroq; enim modo, ſiue coagulatio, ſiue iecoris caro fiat, ſanguis immutatur, ſed quæ in coagulationem fit mutatio, via eſt quædã ad corruptionem, quæ in iecoris ſubſtantiam, naturę operatio. Adeo nihil quicquã, tam ſimile ſanguini inuenire poſſumus, q̃ iecoris ſpecies eſt. neq; bene id à nonnullis dictum eſt, cum affirmant ſanguinem, ſi in tepidam aquam inſtillaueris, carni quę primum recenti concretione conſtiterit, eſſe perquam ſimilem. cum longe maiorem efficaciã ingeniti caloris congruentia, ad exacte abſoluteq́; ſanguinis naturam excolẽdam, ſortita ſit.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Vnaquæque corporis pars ex ſucco quamſimillimo ſuæ ſubſtãtiæ nutritur. Iecur igitur ſanguinem procreat illi exiſtens quamſimillimum. Subiicitur cordis & hepatis diſcrimen. Inde concludit, in iecore primam eſſe ſanguinis temperamento humidi, & colore rubri generationem, qui per venas in totum corpus diſtribuitur. Sanguinis autem flaui & ſpirituoſi in læuo cordis ventriculo ortus eſt, quem in totum corpus de-

ueh

uehunt arteriæ. Exponitur diſcrimen arteriæ & venæ. & quomodo confundantur apud Hippocratem & Platonem.

SI igitur vnumquodq; membrum, ſucco ſubſtantiæ ſuæ quã ſimillimo nutricatur, eumq́; ſibi alterando, & immutando præparat, ſanguinis generationẽ nihil aliud, niſi caro iecoris procurabit. quæ quidẽ caro, ſicut ſupra demonſtrauimus, propriũ corpus iecoris eſt. propterea ab aliis omnibus ſegregatũ, vnicũ quoddam viſcus, atq; vniforme extitit. hoc eodẽ colore, cor etiã præditum eſt, ſed non adeo, vt iecur, quod humidius corde, atq; ob eam cauſam rubicũdius, molliusq́; euaſit: at cor ſiccius, calidiusq́; iecore ideo effectũ eſt, vt & eſſet durius, & quemadmodũ arteriæ, duplici motione poſſet agitari. atq; ita ex ea agitatione, inſiti caloris proportio æquabilis cõſeruaretur. vt in libro de vtilitate pulſuum, à nobis dictum eſt. ex duritia verò, firmitas viſceri compararetur, qua aſſiduam illam motionem quæ interdum vehementer admodum à natura incitatur, tolleraret. Proinde neque proprius eius ſanguis, iecoris ſanguini ſimilis eſt. ſed quo calidius viſcus viſcere, eo flauior ſanguis conſpicitur, quẽ calorem ſiccioris ſanguinis, ſicut humidio

ris roborē, proprium eſſe conſtat. De quibus quidem caloribus, etiam Plato in Timæo ſcriptum reliquit. Nos verò eius orationem explanantes, vera omnia eſſe demõſtrauimus alio in libro, quem de ipſis peculiariter compoſuimus. ſed nũc, rem propoſitam abſoluamus. Sanguinis temperatura humidi, colore vero rubri, prima in iecore generatio eſt. cuius vehicula à quibus deriuatur, diſtribuiturq́; in totum corpus, venæ habentur. at flaui, & tenuis, ſubtilisq́ue ſubſtantiæ ſanguinis alterius, & ſpirituoſi, in læuo cordis ventriculo, ortum eſſe non dubitamus. Quod quidē genus ſanguinis, in totum corpus poſtea deuehũt arteriæ, ac diſpenſant. id quod diffuſius in cõmentariis de facultatibus naturalibus, oſtendimꝰ. Ita effectũ eſt, vt & quod ſuperiꝰ diſtulerã de ſanguine qui eſt in corde, iam dixerim, & ſimul quã errent, qui cor originem venarum eſſe opinantur, demonſtrauerim. nam quia ſanguinis cuiuſdam eſt principium, continuo venarum etiam originem exiſtimarunt eſſe. quaſi arteriæ, ſanguinē quendam tenuiſſimum, & calidiſſimũ non habeant. Igitur ſicut arteriarum, ita etiam ſpirituoſi, & feruentis ſanguinis, in animalibus cor eſt principium, & fons. vt ex hoc

iracun

iracundiæ quoque ſedem, in eo collocatam eſſe facile cognoſcamus. atq; idcirco Plato, cor eius ſanguinis fontem eſſe dixit, qui ꝑ omnia membra vehementer circunfertur. Porrò non idem eſt, ſi dicamus ſanguinis fontem abſolute, & addamus, qui vehementer circunfertur. qui enim è iecore proficiſcitur, non vehementer fertur, quippe cum neque ſpirituoſus ſit, neque quæ eum continent venæ, quicquam pulſent. At qui è ſiniſtro iecoris ventriculo prouenit, & calidior, & ſpirituoſus admodum eſt, vt etiã conceptacula eius, pulſare conſpiciantur. quanquã hoc genus conceptaculorũ, à vetuſtiſsimis tum medicis, tum philoſophis perinde atq; alterũ, venã appellari video. ſed ab aliis quæ pulſat arteria, quæ pulſu vacat, vena nuncupatur. De veteri illa nõmenclatura, cum & multi prius, & nos alibi teſtati fuerimus, nunc ſaltem, quatenus præſens negotium exigit, pauca quædam ſubiungam. ac de arteria illa loquar, quæ ad cubitum præſertim ſiniſtrum cõmeat. Cuius agitatio cũ ex natiuitate velox, & magna, & valida reperit̃ validã in corde iraſcibilẽ vim eſſe ſignificat, ac vegetum ac feruidũ in ipſo calorẽ, quẽ furiorum, &

iracundum appellare conſueuerunt. Hippocrates arteriam hanc in ſecundo vulgarium morborum libro, venam vocat, his verbis. Cui vena quæ eſt in cubito pulſauerit,furioſus ille,& iracundus euadit : cui quieuerit,ſtupidus. Paulſare,& pulſus de adeo vehementi arteriarum agitatione accipi ab antiquis, vt prius quàm tactu prehenſauerimus,oculis ſubiiciatur,cum ex alijs,tum ex his vel maxime patere poteſt. cum pulſui quietem , & ſtupidum furioſo, & iracundo, quaſi ira vacuum oppoſuerit. atque ita obiter,non paruum quid à nobis effectum eſt, çum in explanatione venarũ vocabuli, Hippocratem oſtenderimus ante Platonem iraſcibilis facultatis originẽ in corde poſuiſſe. Qua de re,paulo poſt etiam nonnulla dicemus. Nunc ad Platonis verba redeo , quibus arterias venas appellat,quæ ſunt hæc. Cor verò ſimul & venarum fontem,& eius ſanguinis qui per omnia membra vehementer circunfertur.Nã cum conceptacula pulſantia , nondum vt nunc arteriæ vocitarentur, ſed tantum illas ſic veteres appellarent,quæ ad pulmonem ſitæ,à recentioribus aſperæ nominantur,merito Plato,vt diſtingueret, quarum venarum cor eſſe originem vellet , ita ad-

iunx

iunxit.& eius ſanguinis qui per omnia mēbra vehementer circunfertur.de cuius vtilitate,alias dicemus,ille verò, qui à iecore proficiſcitur, in alimentum omnibus corporis partibus præparatus eſt. Vnde opinor & Plato de illo diſſerens,in hunc modū ait:in toto hoc loco quaſi præſepe quoddam corporis alimenti fabricati. Iam verò cum dicat eam quæ in iecore animæ ſpecies ſita eſt,cibos & potus concupiſcere,neque de corde quicquā huiuſcemodi addat, perſpicuū facit,quid ſentiat: è ventre vtique in iecur alimentum deferri, atq; inde, ad cor partem quandam tranſmitti, ad ſanguinis illius generationem.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Iecur non tantum venarum vt ſanguinis, ſed etiam animæ concupiſcibilis fons eſt. Hippocrates ex ſectione docet iecur venarum eſſe principium. Plato autem, animæ concupiſcibilis eſſe fontem.

VErūtamē cū in libris de naturalibus facultatibus,ſatis ſupq; declaratū ſit nō è ſedibus vētris ſtatim ad cor, ſed ad iecur prius cibi digeſtionē fieri nō opus eſt in pręſentia pluribus id agere. Sed illud tātū addendū videt. ſumme calidū iracūdiæ viſcus eſſe,neceſſe eſt. cōcupiſcētiæ nō eſt

Viſcus iracūdiæ ſummè calidū eſſe neceſſariò.

B ne

neceſſe.ſed in plantis, vel plurimũ ab iraſcibili diſtat.in animalibus, nõ ita quidem calidum eſt,ſed tamẽ nõ parũ caloris in ſe habet.nã neq; tam calidũ humorẽ generaret,niſi ipſum etiã eadem qualitate, præditũ eſſet.neq; ſi feruidæ illius caliditatis eſſet principiũ, pulſu carentes venas haberet. id quod videlicet Hippocrates oſtendens,ita ſcripſit. Radicatio venarũ iecur, radicatio arteriarũ cor eſt.ex his euagatur per omnia ſanguis & ſpiritus. & calor per hęc promanat.ſanguinẽ è iecore ait,ſpiritum è corde, ex vtriſq; calorẽ euagari, ac promanare.vt nihil interſit ſiue venarum, ſiue ſanguinis, ſiue animæ cõcupiſcibilis, principiũ iecur eſſe dicamus. Verũ conuenientius erat medico,vt de corporis inſtrumẽtis, philoſopho vt de animæ facultatibus,doctrinã inſtitueret ſuã.alterum enim ex altero demonſtrari,perſpicuũ eſt.Ita ſanè etiam Hippocrates & Plato, videntur ſcripſiſſe, ille de corporis inſtrumẽtis, hic de animæ facultatibus plura diſſerit. Hac de cauſa Hippocrates radicatio,inquit, venarũ iecur.diſſectionẽq; venarũ in hũc modũ ſcribit. Iecoraria in lumbo vſq; ad magnã vertebrã deorſum tendẽs, vertebris cõmittitur.inde ſublimis per iecur,& pręcor

dia

dia in cor tranſigit. atque ipſa recta iugula adit. Inde aliæ in collum,aliæ in ſcapulá,aliæ deorſum reflexæ ad vertebras & coſtas declinãt.á ſiniſtris quidẽ vna eſt, vſq; ad iugula, à dextris etiam vſq; ad quãdam huiuſce partem. alia verò vtrinq; deflexa. alia paulo inferius reflexa,vbi illa deſierat ibi coſtis cõiungitur,donec ad eam quæ in corde eſt,coierit, ad ſiniſtra reflexa. & reflexa deorſum ad vertebras,tantiſper deſcẽdit,quoad eò tandẽ perueniat,& inde incipit eleuari, ingerẽs ſe coſtis reliquis omnibus, hinc atq; hinc ſingulis ramulos præbens.vnaq́; perſeuerat eſſe à corde aliquatenus porrecta.atq; id in ſiniſtra parte magis. deinde infra arteriam fertur, quouſq; eũ in locũ cõdatur,vnde iecoraria ſe ſuſtulerat.prius tamẽ q̃ huc perueniat,ad extremas duas coſtas bipartito ſcinditur. cuius alter ramus hinc,inde alter ad vertebras ve. niunt,atq; ibi conſumuntur.ipſa verò recta ad iugulũ à corde pertendẽs,ſupra arteriã euadit:atq; inde, quẽadmodum ea quę in lumbis eſt, infra arteriam ad iecur excurrit parte altera ad portas,& fibram, altera ad reliquum ipſius corpus, paulo infra præcordia. præcordia verò iecori ita annexa ſunt, vt non facile poſsint ſepara-

ri. geminæ item venæ, à iugulis aliæ hinc, aliæ inde ſub pectus in imum ventrē deueniunt. quonā verò inde ferantur, mihi nōdum compertum. præcordia autē ſunt ad vertebram ſita, quæ infra coſtas eſt. atque ea in parte, qua renes ex arteria cōſurgūt. è renibus duæ arteriæ ortum habent; hinc atq; hinc altera, vtraq; neruum habēs. huc verò à corde reflexa vena iēcoraria deſinit. ab iecoraria verò per præcordia maximæ duæ, vna hinc, alia inde tranſeunt, quæ in ſummo perreptant, ac multifidæ per præcordia ferūtur, eadem circūeuntes, quibus etiā annexæ ſunt. atq; hæ ſupra præcordia magis conſpicuæ extant. Ita Hippocrates diſſectionē venarū deſcripſit, quæ è iecore exoriunt, inde ſcilicet, principiū earū eſſe manifeſtans. cuius orationem cum alibi, tum in ſecundo diſſectionibus Hippocratis libro expoſuimus. Plato verò nō ex venis, ſed ex ea quæ ipſas regit facultate, è iecore proficiſcente in Timæo differens hoc modo rei huius explanationē facit. Partē autem animæ quæ eſculenta, & potulenta, atque ea demū concupiſcit, quæ corporis naturæ neceſſaria ſunt, inter præcordia & vmbilicum collocauerunt, in toto hoc loco quaſi præſepe corporis alimenti fabricati.

cati, atque ibi eam veluti aggreſte quoddam pecus alligarunt. quam alere corpus ſibi connexum, ſi mortale duraturum eſt genus, neceſſe eſt. Et paululum progreſſus ſubiungit. Hoc igitur, inquit, cū deus conſideraret, ibi iecoris formā conſtituit. De hoc viſcere, ſanè vtique quaſi inter ſe partiti fuerint orationem, ille de inſtrumētis, hic de gubernāte facultate diſſeruerūt. De corde verò vtroq; modo, ambo tractauere. Plato in Timæo in hunc modū. Cor verò qui ſimul & venarum fons eſt, & eius etiam ſanguinis qui in omnia mēbra vehementer circūfertur, in ſatellitis apparitoriſq́; ſedē ac domicilium conſtituerunt. vt cū iræ vis imperio ratiōis ferueſceret, vbi ſcilicet iniuſtū aliquid ſiue extrinſecus ab aliis, ſiue intrinſecus à libidinibus ꝑpetraretur, cōtinuo quicquid in corpore ſenſiuū eſt per oēs meatus iuſsis, minisq; ꝓceptis, exaudire atq; obedire poſſet. atq; ita rationē ſequeretur omnino, eāq́; quæ in homine præcipua eſt, dominari in omnibus ſineret. Hoc modo Plato, vtraſq; rationes cōmiſcuit, & de iraſcibili & de corde, ab eoq́; exorientibus conceptaculis, verba faciens. Hippocrates item, neque ipſe nihil de hac animi facultate dixiſſe inuenitur: ac præ-

cipue, in ea quã ſuperius aſcripſimus oratione. in qua ex pulſu venæ cubitalis, de animæ moribus coniecturam ſumendam docet. & vbi de curando pallore, macieq́; in frigidis corporis habitibus tractat, ſtudiũ curamq́ue habendam eſſe iracundiæ inducendæ, inquit, & caloris recuperandi, & ſanguinis in vaſa ſubter cuticulam colligendi cauſa. Quæ verba, Plato videtur explanare, cum ait de corde: vt cum iræ vis ferueſceret. quod ipſum poſteriores philoſophi definitionem etiam iræ eſſe voluerunt, caloris qui in corde eſt, feruorem eſſe ipſam aſſerentes. Adde quòd de febris ortu diſſerens Hippocrates, augetur, inquit, pedes perfrigerans, ex thorace incenſa, atque ad caput quaſi flammam emittens, innati caloris cor videtur principium agnoſcere. Veruntamen non eſt præſentis operis inſtitutum, vt hominum horum omnes orationes vel colligam, vel explicem. cum id aliis commentariis peculiaribus, facturus ſim. ſed tantũ id propoſitum fuerat, quod in principio dixi, cõſiderare, & iudicare dogmata hæc, in omnibus inter ſe conueniãt, necne.

ARGVMENTVM CAP. XVII.

Ex iecore ortum ſumit concupiſcentia teſtimo

monio Homeri qui finxit iecur Titij à vulture rodi propter amatoriam cupiditatem.

QVoniam igitur ſatis demonſtratum arbitror, venarum, ſanguinis, & cõcupiſcibilis facultatis originem eſſe iecur, hoc in loco eſt diſſertationi huic finis imponendus. At verò quoniam non modo Hippocrates & Plato ita opinati ſunt, ſed etiã ex poetis, quos teſtes producit Chryſippus, non peſsimi quique, viſum eſt hoc etiam ſubiungere, ob eius admirabilem ſcilicet ſapientiam, qui omiſsis vtique ſciẽtiam parientibus demonſtrationibus, poetarum, fabularum, mulierumq́ue teſtimoniis, in decretorum confirmationem vtitur. neque tamen aduertit, contra ſe illa omnia adduci, & contraria prorſus omnes conſtituere, qui iram in corde, rationem in cerebro, vt ſuperius oſtendi, contineri arbitrantur. poſſem quoque illud pluribus comprobare teſtibus, quòd concupiſcentiã in iecore, iidem collocent, ſed ne videar id quod fugiendum moneo, ſectari, inutilibusq́ue rebus, tempus conterere, Homeri tantum mentionem faciam, qui Titium quia impudice Latonam ſolicitauerat, apud inferos idcirco ſupplicia luere inducit.

Et Titium vidi clare telluris alumnum,
Porrigitur cui tota nouem,per iugera corpus.
Hinc atq; hinc geminus roſtro, vrget vultur obunco,
Immortale iecur tondens. iacet ille ſupinus.
Nec depellendi manibus, datur vlla poteſtas.
Latonæ nãq; auſus erat tentare cubile
Impius, æterno fuerat quæ iuncta Tonanti,
Cum Pytho Panopei peteret per amœna vireta.

Nõ cor fecit,nõ cerebrum,nõ aliud quodpiã mẽbrũ Titii, qui ex amatoria cõcupiſcẽtia Latonã ſtuprare conatus fuerat, ſed iecur rodi,cũ dicit in viſcere eo vnde cõtumeliæ cauſa extiterat,quẽadmodũ conueniebat,ipſum cruciari. Id quod etiã nunc, qui peccãtes ſeruos puniunt, facere cõſueuere.fugitiuorũ enim,crura adurunt,lacerãt,cædũt.furantiũ manus,ædaciũ ventrẽ. nugaciũ linguã cohibẽt, ac torquẽt. atque vt ſemel dicã,in illa membra pœnas infligũt, quæ flagitioſis actibus functionẽ miniſtrãt.ſiquis verò ex iis qui Chryſippi dogma cõnãtur tueri,cauſam aliã afferre põt

quã

quã ob rẽ effectũ ſit, vt Homerus ita puniri Titiũ induxerit, ego equidẽ libẽter audirẽ. ſi autẽ nil dixerint, neq; inuenerint, par eſſe mihi videt̃, vt Homerũ approbemus, qui ante Hippocratẽ & Platonẽ, hoc item ſtatuiſſe cõſpicitur. atq; eius dicta etiã in teſtimoniũ eorũ quæ à me demõſtrationibus cõfirmata iam ſunt, adducamus.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER VII.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

PLatonis eſt dogma, & à Galeno probatum contra Chryſippum, tres eſſe animæ facultates, ſedibus ſeiunctas: puta in corde iraſcibilẽ, in iecore cõcupiſcibilem, in cerebro rationalem. De corde & iecore, ſuperioribus libris abundè probatũ ſupereſt, vt quorum in corpore fons ſit cerebrũ, explicetur. Eſt autem neruorũ, ſenſuũ motuſque arbitrarij principium. quẽadmodũ copioſe docet Galenus hoc libro cuius partes ſunt tres. Prima verſatur in excuſatione, qua ſe purgat Galenus, de ſuperiorũ librorũ prolixitate, diſputationẽ enim aliorũ culpa fuiſſe proſtratã: eorũ puta qui ob

inſcitiã methodi demonſtratoriæ, nihil breuibus potuerunt cõprehẽdere. Inter quos imprimis eſt Chryſippus. Hic cõtra Ariſtonẽ, qui vnã tantũ virtutẽ, vnicũque vitiũ ſtatuebat, diſputãs, quæſtionẽ in multa protrahit, vnica cũ demõſtratione potuiſſet euinci, virtutũ multitudo. Altera huius libri pars de neruis eſt, quorũ primũ naturã oſtẽdit è cerebri eſſe ſubſtãtia, nõ duabus mẽbranis illud tuẽtibus, vt aliquãdo falſo opinatus eſt Eraſiſtratus. Deinde eos inſtrumenta eſſe ſenſuũ ac motus. poſtrema pars exiſtis in explicãda ratione ſentiendi, quomodo ſenſus fiant, quæ illorum obiecta & organa. primum in hac parte, pulcherrima quæſtio eſt de ſpiritu animali, qui in cerebro ſedem & ortum habet. Eius explicatur natura officia in efficiendo ſenſu per meatus cerebri. Cum primis agitur quomodo viſus afficiatur delato ad illum ſpiritu animali per neruos viſorios, obiter ijs confutatis qui volebant viſum exiſtere, ſumẽdo quid ab obiecto. Quoque exactus cognoſcatur, ſenſus fieri per neruos ĩ aĩali, exponitur nerui ſenſorij ac imprimis viſorij natura, quæ oculorũ ſubſtãtia, que ſenſuũ obiecta & organa. Senſum quendam eſſe cõmunem in cerebro. qui ſenſuum alterationes percipiat. Redarguuntur poſtremò Stoici, Epicurus & Ariſtoteles, qui viſum exiſtere docebant in externi cuiuſpiam aſſumptione. Hodie tamen in

ſcho

ſcholis, obtinet Ariſtotelis ſententia. Hæc ferè ſunt huius libri capita, per quæ hoc imprimis Galeno docere fuit propoſitum, cerebrum eſſe neruorum ſenſumque principium.

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

Excuſat ſe de prolixitate, qua ad demonſtrandum animi principatum, & refellendum Chryſippum malè de affectibus differentem, vti coactus eſt.

NON ego prolixitatis huiuſce tractatus in cauſa ſum, vt ſuperius dixi, ſed illi qui falſis rationibus, & argumentis, quæ de principali anima ſuſcitantur, non paucos libros impleuerunt. Quæ quidem, ſi quis irreprehenſa omiſiſſet, quemadmodum ego à principio conſtitueram, non videretur verum penitus demonſtraſſe, ſi refellere voluiſſet, omnia, vt nihil prætermitteret, ſeriatim commemorando longius, quàm neceſſe erat, protracta oratio fuiſſet. quoniam vero, cum propria iam commentaria abſoluiſſem, non defuerunt qui rationes Chryſippi, aliorumq́ue, tanquam veras approbarent, quas inquam de princi-

pe

cipe anima propoſuerũt:viſum eſt amicis, (quibus pręcipue obſecutus hęc cõſcripſi) vt refutationes ſolutionesq́; illarum adderentur.Cumq́; alterũ ex duobus eſſet neceſſe,vt vel producerem ac dilata rem tractatum,vel non viderer perfecte demonſtraſſe animal à tribus principiis diſpẽſari ac regi,prolixitatẽ orationis in hoc potius mihi eligendam putaui. Quãquam rei ipſius finis,conſilium hoc noſtrum omniũ rationum refellendarum,recte ſuſceptum fuiſſe oſtendit.Nam neq; ſtoicus quiſpiam,neq; peripateticus philoſophus,neque medicus amplius ita temerarius;vt ſuperius dixi,inuenietur: cum nonnulli etiam ſine vlla diſſimulatione, ad verarum rationum partes tranſierint,tam medici. quàm philoſophi. illi è cerebro & ſenſus, & motus. facultatẽ in omnia animalis mẽbra defluere,hi ratiocinãdi vim,animæ ibidẽ eſſe cõcedẽtes.erubuerũt quippe(à diſſectione manifeſte redarguti) altera ſumptione amplius vti,cui alterã ab omnibus cõceſſam præponentes, falſam ratiocinationẽ colligebant. cum dicerent,vbi neruorũ origo eſſet, ibi eſſe animæ principatũ.quam quidẽ veram eſſe nõ dubitamus:ſed quæ inſuper ſumebatur, cũ deberet ex diſſectione peti,ab illis cõficta,

qui

ꝗ è corde neruos ortũ habere opinabãtur, falſam merito totius rationis concluſionẽ efficiebat. Alii verò nõnulli, quibus nõ veritas, ſed quæ ab initio ſtatuerãt, magis placebant, ſumptionem alterã ab omnibus cõceſſam conati labefactare, deridiculi tandẽ apparuerunt. quippe cum & demõſtratum ſit, eam ex ipſa rei quæſitæ natura, vel ſubſtantia, vel vtcunq; volueris appellare, fidem habere. & omnes illud quod ſenſui & voluntariæ motioni originẽ exhibet. principatum animæ eſſe & intelligant, & dicãt. Adde quod oſtendimus etiam, eandem hãc rationẽ, non probabilibus tantum principiis, ſed ſcientiã quoq; pariẽtibus, id quod demonſtrandi artis, vię́q; propriũ eſt, ſumptionibus innixam eſſe. Neq; verò in iis tãtum refutandis, quæ de animæ principatu propoſuerunt, longiores euaſimus, ſed etiã dũ ea quæ de animæ perturbationibus ſcripſit Chryſippus, tũ in rationalibus tribus libris, tum in curatorio, refellimus, atq; ibi ipſum à ſeipſo diſſentire oſtendimus. Incidit præterea, vt Poſidonii ſcripta quibus veterem rationem comprobat, atq; ea quæ à Chryſippo perperam dicta ſunt, tã de affectu animæ, quàm de virtutum differẽtia arguit, in medium produceremus. Nam

que

iracundum appellare conſueuerunt. Hippocrates arteriam hanc in ſecundo vulgarium morborum libro, venam vocat, his verbis. Cui vena quæ eſt in cubito pulſauerit,furioſus ille,& iracundus euadit: cui quieuerit,ſtupidus. Paulſare,& pulſus de adeo vehementi arteriarum agitatione accipi ab antiquis, vt prius quàm tactu prehenſauerimus,oculis ſubiiciatur,cum ex aliis,tum ex his vel maxime patere poteſt, cum pulſui quietem, & ſtupidum furioſo, & iracundo, quaſi ira vacuum oppoſuerit. atque ita obiter,non paruum quid à nobis effectum eſt, cum in explanatione venarũ vocabuli, Hippocratem oſtenderimus ante Platonem iraſcibilis facultatis originẽ in corde poſuiſſe. Qua de re,paulo poſt etiam nonnulla dicemus. Nunc ad Platonis verba redeo, quibus arterias venas appellat,quæ ſunt hæc. Cor verò ſimul & venarum fontem,& eius ſanguinis qui per omnia membra vehementer circunfertur. Nã cum conceptacula pulſantia, nondum vt nunc arteriæ vocitarentur, ſed tantum illas ſic veteres appellarent,quæ ad pulmonem ſitæ,à recentioribus aſperæ nominantur,merito Plato,vt diſtingueret, quarum venarum cor eſſe originem vellet, ita ad-

iunx

iunxit.& eius ſanguinis qui per omnia mē bra vehementer circunfertur.de cuius vtilitate,alias dicemus,ille verò, qui à iecore proficiſcitur, in alimentum omnibus corporis partibus præparatus eſt. Vnde opinor & Plato de illo diſſerens,in hunc modū ait:in toto hoc loco quaſi præſepe quoddam corporis alimenti fabricati. Iam verò cum dicat eam quæ in iecore animæ ſpecies ſita eſt,cibos & potus concupiſcere,neque de corde quicquā huiuſcemodi addat, perſpicuū facit,quid ſentiat: è ventre vtique in iecur alimentum deferri, atq; inde, ad cor partem quandam tranſmitti, ad ſanguinis illius generationem.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Iecur non tantum venarum vt ſanguinis, ſed etiam animæ concupiſcibilis fons eſt. Hippocrates ex ſectione docet iecur venarum eſſe principium. Plato autem, animæ concupiſcibilis eſſe fontem.

VErūtamē cū in libris de naturalibus facultatibus,ſatis ſupq; declaratū ſit nō è ſedibus vētris ſtatim ad cor, ſed ad iecur prius cibi digeſtionē fieri nō opus eſt in pręſentia pluribus id agere. Sed illud tā tū addendū videt. ſumme calidū iracūdiæ viſcus eſſe, neceſſe eſt. cōcupiſcētiæ nō eſt

Viſcus iracūdiæ ſummeca lidū eſſe neceſſariò.

neceſſe.ſed in plantis, vel plurimũ ab iraſcibili diſtat.in animalibus, nõ ita quidem calidum eſt,ſed tamẽ nõ parũ caloris in ſe habet.nã neq; tam calidũ humorẽ generaret,niſi ipſum etiã eadem qualitate, præditũ eſſet.neq; ſi feruidæ illius caliditatis eſſet principiũ, pulſu carentes venas haberet. id quod videlicet Hippocrates oſtendens,ita ſcripſit. Radicatio venarũ iecur, radicatio arteriarũ cor eſt.ex his euagatur per omnia ſanguis & ſpiritus. & calor per hęc promanat.ſanguinẽ è iecore ait,ſpiritum è corde, ex vtriſq; calorẽ euagari, ac promanare.vt nihil interſit ſiue venarum, ſiue ſanguinis, ſiue animæ cõcupiſcibilis, principiũ iecur eſſe dicamus. Verũ conuenientius erat medico,vt de corporis inſtrumẽtis, philoſopho vt dę animæ facultatibus,doctrinã inſtitueret ſuã.alterum enim ex altero demonſtrari,perſpicuũ eſt.Ita ſanè etiam Hippocrates & Plato, videntur ſcripſiſſe, ille de corporis inſtrumẽtis, hic de animæ facultatibus plura diſſerit. Hac de cauſa Hippocrates radicatio,inquit, venarũ iecur.diſſectionẽq; venarũ in hũc modũ ſcribit. Iecoraria in lumbo vſq; ad magnã vertebrã deorſum tendẽs, vertebris cõmittitur.inde ſublimis per iecur,& pręcor

dia

dia in cor tranſigit. atque ipſa recta iugula adit. Inde aliæ in collum,aliæ in ſcapulá,aliæ deorſum reflexæ ad vertebras & coſtas declināt.ā ſiniſtris quidē vna eſt, vſq; ad iugula, à dextris etiam vſq; ad quādam huiuſce partem. alia verò vtrinq; deflexa. alia paulo inferius reflexa,vbi illa deſierat ibi coſtis cōiungitur,donec ad eam quæ in corde eſt,coierit, ad ſiniſtra reflexa. & reflexa deorſum ad vertebras,tantiſper deſcēdit,quoad eò tandē perueniat,& inde incipit eleuari, ingerēs ſe coſtis reliquis omnibus, hinc atq; hinc ſingulis ramulos præbens.vnaq́; perſeuerat eſſe à corde aliquatenus porrecta.atq; id in ſiniſtra parte magis. deinde infra arteriam fertur, quouſq; eū in locū cōdatur,vnde iecoraria ſe ſuſtulerat.prius tamē q̄ huc perueniat,ad extremas duas coſtas bipartito ſcinditur. cuius alter ramus hinc,inde alter ad vertebras veniunt,atq; ibi conſumuntur.ipſa verò recta ad iugulū à corde pertendēs,ſupra arteriā euadit:atq; inde, quēadmodum ea quę in lumbis eſt, infra arteriam ad iecur excurrit parte altera ad portas,& fibram, altera ad reliquum ipſius corpus, paulo infra præcordia. præcordia verò iecori ita annexa ſunt, vt non facile poſsint ſepara-

ri.geminæ item venæ, à iugulis aliæ hinc, aliæ inde ſub pectus in imum ventrẽ deueniunt.quonã verò inde ferantur, mihi nõdum compertum, præcordia autẽ ſunt ad vertebram ſita,quæ infra coſtas eſt. atque ea in parte,qua renes ex arteria cõſurgũt. è renibus duæ arteriæ ortum habent; hinc atq; hinc altera,vtraq; neruum habẽs. huc verò à corde reflexa vena iecoraria deſinit. ab iecoraria verò per præcordia maximæ duæ,vna hinc, alia inde tranſeunt, quæ in ſummo perreptant, ac multifidæ per præcordia ferũtur,eadem circũeuntes, quibus etiã annexæ ſunt.atq; hæ ſupra præcordia magis conſpicuæ extant. Ita Hippocrates diſſectionẽ venarũ deſcripſit, quæ è iecore exoriunt, inde ſcilicet, principiũ earũ eſſe manifeſtans. cuius orationem cum alibi, tum in ſecundo diſſectionibus Hippocratis libro expoſuimus. Plato verò nõ ex venis,ſed ex ea quæ ipſas regit facultate,è iecore proficiſcente in Timæo diſſerens hoc modo rei huius explanationẽ facit. Partẽ autem animæ quæ eſculenta,& potulenta, atque ea demũ concupiſcit, quæ corporis naturæ neceſſaria ſunt, inter præcordia & vmbilicum collocauerunt, in toto hoc loco quaſi præſepe corporis alimenti fabricati.

cati, atque ibi eam veluti aggreſte quodam pecus alligarunt. quam alere corpus ſibi connexum, ſi mortale duraturum eſt genus, neceſſe eſt. Et paululum progreſſus ſubiungit. Hoc igitur, inquit, cũ deus conſideraret, ibi iecoris formã conſtituit. De hoc viſcere, ſanè vtique quaſi inter ſe partiti fuerint orationem, ille de inſtrumẽtis, hic de gubernãte facultate diſſeruerũt. De corde verò vtroq; modo, ambo tractauere. Plato in Timæo in hunc modũ. Cor verò qui ſimul & venarum fons eſt,& eius etiam ſanguinis qui in omnia mẽbra vehementer circũfertur, in ſatellitis apparitoriſq́; ſedẽ ac domicilium conſtituerunt. vt cũ iræ vis imperio ratiõis ferueſceret, vbi ſcilicet iniuſtũ aliquid ſiue extrinſecus ab aliis, ſiue intrinſecus à libidinibus ꝑpetraretur, cõtinuo quicquid in corpore ſenſiuũ eſt per oẽs meatus iuſsis, minisq; p̄ceptis, exaudire atq; obedire poſſet. atq; ita rationẽ ſequeretur omnino, eãq́; quæ in homine præcipua eſt, dominari in omnibus ſineret. Hoc modo Plato, vtraſq; rationes cõmiſcuit,& de iraſcibili & de corde, ab eoq́; exorientibus conceptaculis, verba faciens. Hippocrates item, neque ipſe nihil de hac animi facultate dixiſſe inuenitur: ac præ-

cipue, in ea quã ſuperius aſcripſimus oratione. in qua ex pulſu venæ cubitalis, de animæ moribus coniecturam ſumendam docet. & vbi de curando pallore, macieq́; in frigidis corporis habitibus tractat, ſtudiũ curamque habendam eſſe iracundiæ inducendæ, inquit, & caloris recuperandi, & ſanguinis in vaſa ſubter cuticulam colligendi cauſa. Quæ verba, Plato videtur explanare, cum ait de corde: vt cum iræ vis ferueſceret. quod ipſum poſteriores philoſophi definitionem etiam iræ eſſe voluerunt, caloris qui in corde eſt, feruorem eſſe ipſam aſſerentes. Adde quòd de febris ortu diſſerens Hippocrates, augetur, inquit, pedes perfrigerans, ex thorace incenſa, atque ad caput quaſi flammam emittens, innati caloris cor videtur principium agnoſcere. Veruntamen non eſt præſentis operis inſtitutum, vt hominum horum omnes orationes vel colligam, vel explicem. cum id aliis commentariis peculiaribus, facturus ſim. ſed tantũ id propoſitum fuerat, quod in principio dixi, cõſiderare, & iudicare dogmata hæc, in omnibus inter ſe conueniãt, necne.

ARGVMENTVM CAP. XVII.

Ex iecore ortum ſumit concupiſcentia teſtimo

monio Homeri qui finxit iecur Titij à vulture rodi propter amatoriam cupiditatem.

QVoniam igitur ſatis demonſtratum arbitror, venarum, ſanguinis, & cõcupiſcibilis facultatis originem eſſe iecur, hoc in loco eſt diſſertationi huic finis imponendus. At verò quoniam non modo Hippocrates & Plato ita opinati ſunt, ſed etiã ex poetis, quos teſtes producit Chryſippus, non peſsimi quique, viſum eſt hoc etiam ſubiungere, ob eius admirabilem ſcilicet ſapientiam, qui omiſsis vtique ſciẽtiam parientibus demonſtrationibus, poetarum, fabularum, mulierumq́ue teſtimoniis, in decretorum confirmationem vtitur. neque tamen aduertit, contra ſe illa omnia adduci, & contraria prorſus omnes conſtituere, qui iram in corde, rationem in cerebro, vt ſuperius oſtendi, contineri arbitrantur. poſſem quoque illud pluribus comprobare teſtibus, quòd concupiſcentiã in iecore, iidem collocent, ſed ne videar id quod fugiendum moneo, ſectari, inutilibusq́ue rebus, tempus conterere, Homeri tantum mentionem faciam, qui Titium quia impudice Latonam ſolicitauerat, apud inferos idcirco ſupplicia luere inducit.

Et Titium vidi clare telluris alumnum,
Porrigitur cui tota nouem,per iugera corpus.
Hinc atq; hinc geminus roſtro, vrget vultur obunco,
Immortale iecur tondens. iacet ille ſupinus.
Nec depellendi manibus, datur vlla poteſtas.
Latonæ nāq; auſus erat tentare cubile
Impius, æterno fuerat quæ iuncta Tonanti,
Cum Pytho Panopei peteret per amœna vireta.

Nō cor fecit,nō cerebrum,nō aliud quodpiā mēbrū Titii, qui ex amatoria cōcupiſcētia Latonā ſtuprare conatus fuerat, ſed iecur rodi,cū dicit in viſcere eo vnde cōtumeliæ cauſa extiterat,queādmodū conueniebat,ipſum cruciari. Id quod etiā nunc, qui peccātes ſeruos puniunt, facere cōſueuere.fugitiuorū enim,crura adurunt,lacerāt,cædūt.furantiū manus,ædaciū ventrē. nugaciū linguā cohibēt, ac torquēt. atque vt ſemel dicā,in illa membra pœnas infligūt, quæ flagitioſis actibus functionē miniſtrāt.ſiquis verò ex iis qui Chryſippi dogma conātur tueri,cauſam aliā afferre pōt

quā

quã ob rẽ effectũ ſit, vt Homerus ita puniri Titiũ induxerit,ego equidẽ libẽter audirẽ.ſi autẽ nil dixerint,neq; inuenerint, par eſſe mihi videt̃, vt Homerũ approbemus, qui ante Hippocratẽ & Platonẽ, hoc item ſtatuiſſe cõſpicitur. atq; eius dicta etiã in teſtimoniũ eorũ quæ à me demõſtrationibus cõfirmata iam ſunt,adducamus.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER VII.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Platonis eſt dogma, & à Galeno probatum contra Chryſippum, tres eſſe animæ facultates,ſedibus ſeiunctas: puta in corde iraſcibilẽ,in iecore cõcupiſcibilem,in cerebro rationalem. De corde & iecore.ſuperioribus libris abundè probatũ ſuper eſt,vt quorum in corpore fons ſit cerebrũ,explicetur. Eſt autem neruorũ,ſenſuũ motuſque arbitrarij principium. quẽadmodũ copioſe docet Galenus hoc libro cuius partes ſunt tres. Prima verſatur in excuſatione,qua ſe purgat Galenus, de ſuperiorũ librorũ prolixitate,diſputationẽ enim aliorũ culpa fuiſſe proſtratã: eorũ puta qui ob

inſcitiã methodi demonſtratoriæ, nihil breuibus potuerunt cõprehẽdere. Inter quos imprimis eſt Chryſippus. Hic cõtra Ariſtonẽ, qui vnã tantũ virtutẽ, vnicũque vitiũ ſtatuebat, diſputãs, quæſtionẽ in multa protrahit, vnica cũ demõſtratione potuiſſet euinci, virtutũ multitudo. Altera huius libri pars de neruis eſt, quorũ primũ naturã oſtẽdit è cerebri eſſe ſubſtãtia, nõ duabus mẽbranis illud tuẽtibus, vt aliquãdo falſo opinatus eſt Eraſiſtratus. Deinde eos inſtrumenta eſſe ſenſuũ ac motus. poſtrema pars exiſtit in explicãda ratione ſentiendi, quomodo ſenſus fiant, quæ illorum obiecta & organa. primum in hac parte, pulcherrima quæſtio eſt de ſpiritu animali, qui in cerebro ſedem & ortum habet. Eius explicatur natura officia in efficiendo ſenſu per meatus cerebri. Cum primis agitur quomodo viſus afficiatur delato ad illum ſpiritu animali per neruos viſorios, obiter ijs confutatis qui volebant viſum exiſtere, ſumẽdo quid ab obiecto. Quoque exactius cognoſcatur, ſenſus fieri per neruos ĩ aĩali, exponitur nerui ſenſorij ac imprimis viſorij natura, quæ oculorũ ſubſtãtia, que ſenſuũ obiecta & organa. Senſum quendam eſſe cõmunem in cerebro. qui ſenſuum alterationes percipiat. Redarguuntur poſtremò Stoici, Epicurus & Ariſtoteles, qui viſum exiſtere docebant in externi cuiuſpiam aſſumptione. Hodie tamen in

ſcho

ſcholis, obtinet Ariſtotelis ſententia. Hæc ferè ſunt huius libri capita, per quæ hoc imprimis Galeno docere fuit propoſitum, cerebrum eſſe neruorum ſenſumque principium.

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

Excuſat ſe de prolixitate, qua ad demonſtrandum animi principatum, & refellendum Chryſippum malè de affectibus diſſerentem, vti coactus eſt.

NON ego prolixitatis huiuſce tractatus in cauſa ſum, vt ſuperius dixi, ſed illi qui falſis rationibus, & argumentis, quæ de principali anima ſuſcitantur, non paucos libros impleuerunt. Quæ quidem, ſi quis irreprehenſa omiſiſſet, quemadmodum ego à principio conſtitueram, non videretur verum penitus demonſtraſſe, ſi refellere voluiſſet, omnia, vt nihil prætermitteret, ſeriatim commemorando longius, quàm neceſſe erat, protracta oratio fuiſſet. quoniam vero, cum propria iam commentaria abſoluiſſem, non defuerunt qui rationes Chryſippi, aliorumq́ue, tanquam veras approbarent, quas inquam de princi-

cipe

cipe anima propoſuerũt: viſum eſt amicis, (quibus pręcipue obſecutus hęc cõſcripſi) vt refutationes ſolutionesq́; illarum adderentur. Cumq́; alterũ ex duobus eſſet neceſſe, vt vel producerem ac dilatarem tractatum, vel non viderer perfecte demonſtraſſe animal à tribus principiis diſpẽſari ac regi, prolixitatẽ orationis in hoc potius mihi eligendam putaui. Quãquam rei ipſius finis, conſilium hoc noſtrum omniũ rationum refellendarum, recte ſuſceptum fuiſſe oſtendit. Nam neq; ſtoicus quiſpiam, neq; peripateticus philoſophus, neque medicus amplius ita temerarius; vt ſuperius dixi, inuenietur: cum nonnulli etiam ſine vlla diſſimulatione, ad uerarum rationum partes tranſierint, tam medici. quàm philoſophi. illi è cerebro & ſenſus, & motus. facultatẽ in omnia animalis mẽbra defluere, hi ratiocinãdi vim, animæ ibidẽ eſſe cõcedẽtes. erubuerũt quippe (à diſſectione manifeſte redarguti) altera ſumptione amplius vti, cui alterã ab omnibus cõceſſam præponentes, falſam ratiocinationẽ colligebant. cum dicerent, vbi neruorũ origo eſſet, ibi eſſe animæ principatũ. quam quidẽ veram eſſe nõ dubitamus: ſed quæ inſuper ſumebatur, cũ deberet ex diſſectione peti, ab illis cõficta,

q è corde neruos ortũ habere opinabãtur, falſam merito totius rationis concluſionẽ efficiebat. Alii verò nõnulli, quibus nõ veritas, ſed quæ ab initio ſtatuerãt, magis placebant, ſumptionem alterã ab omnibus cõceſſam conati labefactare, deridiculi tandẽ apparuerunt. quippe cum & demõſtratum ſit, eam ex ipſa rei quæſitæ natura, vel ſubſtantia, vel vtcunq; volueris appellare, fidem habere. & omnes illud quod ſenſui & voluntariæ motioni originẽ exhibet. principatum animæ eſſe & intelligant, & dicãt. Adde quod oſtendimus etiam, eandem hãc rationẽ, non probabilibus tantum principiis, ſed ſcientiã quoq; pariẽtibus, id quod demonſtrandi artis, vięq; propriũ eſt, ſumptionibus innixam eſſe. Neq; verò in iis tãtum refutandis, quæ de animæ principatu propoſuerunt, longiores euaſimus, ſed etiã dũ ea quæ de animæ perturbationibus ſcripſit Chryſippus, tũ in rationalibus tribus libris, tum in curatorio, refellimus, atq; ibi ipſum à ſeipſo diſſentire oſtendimus. Incidit præterea, vt Poſidonii ſcripta quibus veterem rationem comprobat, atq; ea quæ à Chryſippo perperam dicta ſunt, tã de affectu animæ, quàm de virtutum differẽtia arguit, in medium produceremus. Nam

que

quemadmodum affectus animi,ſi ſola rationalis vis eſſe concedatur,nulla neq; concupiſcibili neque iraſcibili adiūcta,tollūtur ita ex virtutibus nullam aliã,excepta prudentia,reſtare neceſſe eſt.Atqui etiam hic, ſi quis virtutum animæ differentias vellet oratione perſequi, eaq́; omnia examinare, quæ tū in quatuor libris ſcripſit Chryſippus,tum in eo diſſeruit, in quo contra Ariſtonem virtutes eſſe quales probat nō vnū aut duos,ſed tres vel quatuor libros implerē eum oporteret.Quanquã hic quoq;,vna eſt breuis ratio ſciētiæ effectrix,quæ Chryſippum,& vera non exponere, & ſuperuacanea vti prolixitate coarguat. At illi qui neq; in demonſtratiua arte eruditi ſunt,neque prorſus qualis ea ſit, cognoſcunt, ſolã magnitudinem, multitudinemq́; Chryſippi librorum attendētes, omnia quæ ibi ſcripta ſunt,vera eſſe arbitrãtur. licet enim vera ſint,ex ipſis pleraq́;,ac pręcipue quę in eo libro, quo quales eſſe virtutes oſtendit, continentur, quia tamen quæ in hoc libro dicuntur,illi contraria prorſus ſunt,qui vnam tantum in anima vim conſtituit,quæ rationalis,& iudicatoria nominetur,ſublatis reliquis duabus concupiſcibili,& iraſcibili,ſicut fecit Chryſippus , illud verò me-

rito homini eſt vitio dandum. Quod autẽ Ariſtonis ſectam,ea quę ibi ſcripta ſunt,labefactant ac deſtruunt,in eo quidem reprehendi à nullo debet, Vnam enim virtutem eſſe opinabatur Ariſto,quæ plura nomina prout diuerſa reſpiceret,conſequeretur. At Chryſippꝰ,nõ in reſpectu habitudineq́; ad aliud,multitudinem & virtutum & vitiorũ exiſtere oſtendit,ſed in propriis ſubſtãtiis, quæ qualitatibus immutari viciſsim cõſueuere,vt veterum ratio conſtituit. Quin etiã ipſe paucis mutatis,aliiſq́; verbis vſus, virtutes eſſe quales diſſerit. eaq́ue argumẽta adhibet, quæ quidem illi, qui affectuoſa omni partæ animæ ſublata, rationalem tãtum ponit,minime cõueniebant. Quo modo ergo ſum ego in cauſa huiuſce prolixitatis, ſi cogor in præſentia oſtendere alienæ ſectæ argumentis vſum Chryſippum, Ariſtonis tamen recte confutaſſe ſententiam? Iuſtius ſanè in illos, culpa huiuſce longitudinis eſt reiicienda, qui neq; ſciunt quænã res ſit via hæc demonſtratiua, neque in ea quicquã ſunt exercitati, veritatis præterea nullam rationem habent. iſti planè ſunt, qui contra omnes demonſtrationes ratiocinari volunt. nec verentur vel turpiter in omnes verſari partes,modo poſsint efficere,

re,vt tota ratio imperfecta eſſe videatur. Quemadmodum etiam nunc, cum iam diu ſcripti ſint,qui ante iſtum editi ſunt libri, ac per multos annos ab optimis quibuſque & peripateticis & ſtoicis perpenſa omnia fuerint,repente è peripateticorũ ſchola extitit quidam,qui membranulas eſſe diceret quæ è corde ad cerebrum,eiuſq; inuolucra aſcenderent,eoq́; animalem tranſueherent facultatem.atq; hæc audet dicere is, qui diſſectionem ne minimum quidem attigit.

ARGVMENTVM CAP. II.

Alias duas ſuæ prolixitatis cauſas adducit. prior eſt,propter eos qui negarunt cerebrum eſſe neruorum principium. Altera, propter quorundam contentionem, & in arte demõſtrandi inſcitiam. Nam cum ad virtutum multitudinem declarandam, vna ac ſimplex ſit demonſtrationis via,Chryſippus temerè prodaxit diſputationem contra Ariſtonẽ, nullis ſcientificis ſumptionibus vſus,ſed dialecticis tantum, rhetoricis & captioſis.porrò quænam ſit vera methodus demonſtratoria,in virtutum multitudine docenda,pulcherrimè eam explicat Galenus.

CVm verò à nobis etiam ſuperius demonſtratum fuerit, cerebrum ad neruos facultates tranſmittere, ipſumq; quaſi fontem eſſe, neq; à corde eas, vt nonnulli

per

per neruos quos ſtatuunt,vt alii per ſoporarias arterias accipere: coacti ſumus rurſus oſtendere, neq; omnino membranas à corde in caput pertendere.nã quamuis iuxta collum,membranæ nonnullæ appereãt, eas tamen è corde non eſſe vel inde cognoſcant,ꝙ.ſi diſſecentur omnes illæ,atq; etiã excidantur, nullam læſionem pati animal conſpicietur.quippe cum membranæ,vbicunq; fuerint, membrorũ integumẽta quædam ſint,ac nullam pręterea functionẽ,nullumq́; vſum alium.ſicut arteriæ,nerui,& venæ,habeant.Quemadmodum igitur hic nõ ego, ſed qui neq; in arte demonſtrãdi exercitati ſunt,neq; veritatis ſtudio incumbũt, nimiæ prolixitatis, in cauſa exiſtimari debent:ſic quoq; de virtutũ multitudine,ſciẽtiam efficiens ac demonſtratiua ratio vna, atq; eadem breuis admodum eſt: multæ cõtra ac longiſsimæ euadunt,quæ ex imperitia,& contentione, non ex veritate conſurgunt.quænam vero ea eſt ſciẽtiæ effectrix? quæ ſcilicet (vt in tractatu de demonſtratione expoſuimus) ex ipſa rei natura progreditur. incipiendum enim à virtutis notione.atque inde ad ſubſtantiæ inuentionẽ tranſeundum . indagandumq́ue, vnáne an plures virtutis animæ ſubſtantiæ,inueniã

tur,ſubſtantiæ in communiori ſignificatiōne ſumpto vocabulo. vt in libris de demonſtratione dictum eſt.vbi ſubſtantiæ nomē ita accipiebamus, vt quaſi eſſentia, vt inquiunt,ſiue optima vniuſcuiuſque naturæ perfectio,intelligeretur. Quod ſi virtus tale quippiam eſt,in vnaquaq; re,vna tantū reperietur.Nam ſi quod optimū eſt,in vnaquaq; re id vnū eſt,vnaq́; eſt perfectio, in rationali animæ parte,ſcientiam eſſe virtutem neceſſe eſt.Et ſi ſola rationalis,in animis noſtris ineſt facultas,nō opus eſt multas virtutes requiramus, ſi vero iraſcentiā etiam concedemus, huius etiam oportebit peculiarem quandam eſſe virtutem. perinde atq; ſi alia tertia introducatur concupiſcibilis,tres ſubinde virtutes efficientur. at quarta ex mutua harum inter ſe habitudine & conuenientia reſultabit.Nunquid hęc longa ratio eſt? minime. ſed non ſecus atque aliæ omnes ſcientiam parientes, breuiſsima.ſed longa nos vti oratione cogunt iſti, qui nugas quàm prolixiſsime protrahunt. ſicut in præſentia nobis ſi non prorſus longa, mediocria ſaltem quædam de animæ virtutibus adhuc diſſerere neceſſe eſt. Nam ſi vt ſuperius probatum eſt, tres ſunt diuerſæ partes, rationalis alia, alia con

cõcupiſcibilis, alia iraſcibilis, diuerſæ quędam virtutes, vna in ſingulis exiſtet. voca autem, ſi vis, quæ in rationali eſt, ſiue ſapientiam, ſiue prudentiam, ſiue ſcientiam, ſiue quomodocunq; tibi viſum fuerit. Quæ vero in iraſcibili eſt, fortitudinem, vel quouis alio nomine appellato. de nominibus enim parum laboro, modo illud conſtet, vnam eſſe oportere. ſi placet etiam quæ in reliqua, hoc eſt concupiſcibili parte efficitur virtus, temperantiam nomina. De Platonis & Ariſtotelis circa hanc diſcrepantiã cum haud magna admodum ſit, aliàs conſiderabimus. Vbi vero ſingulæ totius animę partes, pro dignitate quæque ſua pulchritudinem quandam habent, non iniuria totam animam iuſtam appellaueris. At verò in partibus irrationalibus virtutes quę exiſtunt, habitus quidam tantum, & potentię ſunt. in rationali autem non habitus modo ac potentia, ſed ſcientia etiã eſt virtus. hæc ſiquidem ſola animæ pars ſcientiæ capax, particepsq; habetur. reliquæ potẽtias quidẽ, & habitus ſiue bonos, ſiue malos poſſunt acquirere. ſcientiam verò, quo ad rationis fuerint expertes, minime poſſunt. Veritas igitur adeo breuis euadit.

ARGVMENTVM CAP. III.

Proponitur Ariſtonis ſententia de virtutibus quomodo vna tantum ſit, nempe ſcientia ac vnũ vicium, quod interdum ignorantia: alias inſcitia appellatur. Græcis dicitur anepoſtemoſyne. Inde Chryſippus arguitur, quòd vocum confuderit ſignificata, rationibusque ſit vſus oratorijs, & non demonſtratorijs.

TRanſeamus autem deinceps ad errorem. Nam nec ipſe longus eſt, homini ſecundum naturam ſe habenti. Cũ enim Ariſto vnam tantum eſſe animæ facultatẽ qua ratiocinamur, putaret virtutem etiam animæ, vnam tantum conſtituit, bonorum videlicet & malorum ſcientiam. quæ quidẽ ſcientia, cum bona ſunt eligenda, & fugienda mala, temperantia: cum agenda ſunt bona, mala non agenda, prudentia: cum alia fidenter ſuſcipit, alia detrectat fortitudo: ſed cum prout vnicuiq; cõuenit, diſtribuit, iuſtitia ab eodem nominatur. atq;, vt ſemel dicam, cum abſque actione, anima noſtra bona & mala cognoſcit, ea ſapientia, & ſciẽtia appellatur. Cum ad vitæ actiones accedit, plura ſortitur quæ modo diximus, nominã, nunc prudentia, nunc temperantia, interdum fortitudo, alias iuſtitia nuncupata. Atque hæc eſt de animæ virtutibus Ariſtonis ſentẽtia. At Chryſippus, neſcio quo

mod

modo contradicere conatur homini,qui cōſtanter commune cum ipſo propoſitū, vſquequaq; ſeruat.ſi enim bene omnia & cognoſcamus & agamus,vita noſtra ex ſcientia gubernatur:ſi male & falſo. ex ignorantia.vt idem etiā Chryſippus vult, atq; idcirco vna eſt virtus ſciētia.vnum itē vitiū. quod interdum ignorantia,interdū inſciētia appellatur.ſi quis ergo mortē,aut paupertatem,aut morbū timeat quaſi mala,cū deberet bono animo eſſe,& confidere,quippe cum ea indifferentia habeantur,is ſcientiæ defectu peccat.verū enim ignorat, vt Ariſtoni ſcilicet & Chryſippo videtur.vitioq́; illo animi laborat,quam timiditatem vocant.Cui quidem cōtrariam eſſe virtutem,aiunt fortitudinem,quæ eſt confidēdi & non confidendi ſciētia,hoc eſt de iis quæ re vera,vel bona vel mala fuerint.& nō ſicut ſanitas,diuitiæ,morbus,paupertas,falſam quandam ſpeciē & opinionem obtulerint. Quorū ſcilicet nihil neq; bonum eſt, neque malum,ſed indifferens. Vnde ſi aliquis eſt,qui voluptatē bonum, moleſtiam malum exiſtimet, ſecutusq́; ſuam hanc opinionem,illam eligat, hanc fugiat,ignarus eſt naturæ boni, atque ideo intempeans euadit. Nam cum in omnibus actioni

bus eligamus quod videtur eſſe bonum, fugiamus cõtra quod malum apparet, naturaq́; inſitã hanc ad vtraq; propẽſionẽ habeamus, philoſophia eſt quæ verum bonũ, verumq́; malum nos docet. atq; ita peccato omni vacantes reddit. Chryſippus verò, quaſi loquẽdi aliquis imperit⁹, neſcio quo modo vocabulorum, non rerum differẽtiã aduertit. exiſtimatq́; ſingulis his vocib⁹, diuerſum quiddã ſignificari, cùm dicimus eligendum, faciendũ, cõfitenter apprehendẽdum, bonum. nec tamen diuerſum quicquã eſt. ſed vnum planè atq; idẽ, in omnib⁹ eſt ſignificatum, non ſecus ac ſi bonum tantũ dixeris. Bonũ enim id vnum eſt, quod eligere, quod agere, quod confidentes aggredi, vnuſquiſq; debet. malũ è contrario, qđ non eligeret, non ageret, non cõfidenter aggrederetur quiſpiã. Quemadmodum igit̃ qui dicit nos oculos habere, non diuerſum quidpiã ſignificat, ac cùm dicit, nos luminibus, vel viſu præditos, aut præterea viſiuum mẽbrum nos habere, aut inſpiciendi, aut videndi inſtrumentum: pari modo, qui habere nos ſcientiam bonorum & malorũ ait, is non aliud quid ſignificat, quã cùm dicit, eligendorum & non eligendorum, agendorum & non agendorum, audendorum &

non audendorum,ſcientiam in nobis ineſſe.cum omnibus his verbis, nihil aliud,niſi bonum & malum etiam ex Chryſippi ſententia exprimatur.ſiquidẽ bonum ſolum, ipſum eſt eligendum,agendum & audendũ vt bonorum ſcientia, in diuerſis materiis, aut actionibus operans,plura nomina accipiat,quorum vnumquodque, ex relatione quæ eſt in materia, aut actione reſultet. Plato verò,quẽadmodum in quarto reipu. diſputationẽ de animæ partibus, vna breui demonſtratiua ratione cõplexus eſt:ita etiam de virtutibus eiuſdẽ agens,deinceps breuibus docet. atque in Lachete in hunc modum ſcribit.Si quis virtutes eſſe exiſtimat ſcientias, non multæ illæ quidem eſſent,ſed vna tantum bonorum malorumque cognitio. Non eſt igitur Plato, tam longæ prolixæque orationis in culpa,non ego,non Ariſto, ſed iis qui temere produxit diſputationem ſumptionibus non demonſtratiuis. ſed dialecticis tantũ, atque etiam rhetoricis,& captioſis innixus,quod in ſecundo horum commentariorum libro (non enim id nunc agimus) cùm differentias ſumptionũ declararem ſatis demonſtratum puto. Eodem modo etiam, vbi de virtutum differentia tractat Chry-

ſippus, omiſſis ſcientiam efficientibus, & demonſtratiuis, in reliquis tribus ſumptionum generibus vagatur. in eo tamẽ libro, vbi virtutes eſſe quales docet, ſciẽtiæ magis effectricia adhibet argumẽta, quibꝰ Ariſtonis ſententiã, re vera impugnat ac deſtruit. Verum quia video, nimia præſentis operis prolixitate nõnullos indignari, aliàs peculiari etiam cõmentario, de virtutum differentia tractare conſtitui. Nunc eorum cauſa, qui diſputationis exitum ſtudioſe expectant, vrgentq́ue me vt reliqua ſubnectam, iam ad ſequentia deſcendam.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Tria ſunt principia à quibus geniti animalis fit diſpenſatio: cerebrum, cor, iecur. quorum officia omnia, breuibus & abſolute hic explicat Galenus.

DEmonſtratũ eſt, geniti animalis, à tribus principiis fieri diſpẽſationẽ, quorum vnũ in capite collocatũ, id habet munus in ſe quidẽ, vt imaginationem, memoriã, intellectionẽ, cogitationẽq́; cauſet. In relatione verò ad aliud, vt ſentientibus animalis mẽbris ſenſus, iiſq́; quæ per appetitionẽ mouentur, motus originẽ præſtet. alterũ in corde ſitũ eſt, cuius opera in ſe ſunt animæ firmitas, quẽ tonon dicũt, & in iis

quæ

quæ ratio iuſſerit, inuicta cōſtantia. eiuſdē in perturbationibus eſt quaſi feruor quidā, inſiti caloris, cum anima vindictā ſumere de eo cupit, qui videtur offendiſſe. quæ ira appellatur. In relatione verò ad aliud id efficit, vt membris ſigillatim omnibus calorē, arteriiſq́; illā micationis pulſusq́; agitationē ſuppeditet. reliqua facultas, in iecore ſedē obtinet, vniuerſamq́; in animali nutricationem procurat, cuius maxima pars & nobis, & ſanguineis omnibus, ſanguinis eſt procreatio. ad eandē hanc pertinet iucundarum rerum fruitio, in qua cum vehementius quàm par eſt mouetur, incōtinentiam, intemperantiamq́; efficit.

ARGVMENTVM CAP. V.

Nerui ex cerebro, non membranis illud tegentibus originem ducunt: ſicut ex illorum natura euidenter apparet. Conſtant autem triplici ſubſtantia, vna intima, & duabus externis, quæ à membranis cerebrum tuentibus oriuntur. Eraſiſtratus aliquando falſo opinatus eſt, è membranis naſci neruos: poſt rei euidētia conuictus, omnes neruos abſolute à cerebro oriri, conſenſus eſt.

IAm verò demōſtratio, quæ originē neruorū in capite eſſe probat, ſimul etiam partē ipſius capitis, continuo manifeſtat. nam cū duæ ſint huiuſce rationis propoſi-

tiones,vna ex ipſa propoſitæ rei notione, aut ſubſtātia,aut natura,aut quouis modo appelles,ſumpta, altera ex diſſectione patens,ſi hæc euidenter apparens, diligenter cognita fuerit,ſtatim etiam ſimul partem capitis,vnde nerui oriantur,non membranas aut inuolucra, ſed ipſum cerebrū eſſe cognoſcemus. Vniuſcuiuſque enim nerui natura, triplici ſubſtantia conſtat, media quadam & intima, arborum medullæ quā ſimillima, quæ haud dubie è cerebro ortū habet.exterioribus duabus, prima quam è tenui membrana, altera quā è dura & craſſa exoriri compertum eſt.Vnde Eraſiſtratus,cum exteriorē nerui partem per multum tēpus ſolā conſpiceret, quæ è craſſiore mēbrana progreditur,ab ea totum neruum oriri opinabatur.atq; ea ſentētia pleraq; ex cōmentariis ſuis referſit,ab operiēte cerebrum mēbrana inquiēs, neruis originē eſſe.Verum vbi iam cōſenuiſſet, ſoliſq; artis ſpeculationibus vacās.diligētiores diſſectiones faceret,tandē neruorum intimā partē, quaſi medullā è cerebro naſci animaduertit.oratio eius ita habet. Speculati ſumus,& naturā cerebri.quod quidem erat bipartitum. ſicut in cæteris animalibus.& ventriculum oblonga forma colloca

tum

tum.at hi in contractu partium, communi perforati erãt tramite in vnum coeuntes, ex eoq́; in cerebellum quod vocatur, tendebant. in quo quidem, alius quoque erat paruus ſinus.at verò ſingulæ partes mẽbra nulis diſpartitæ, munitæq́; erãt. & ipſum etiam cerebellum, ſiue occipitium per ſeipſum.& cerebrum quoq;,quod ieiuno inteſtino perſimile, multiplici eſt ſinuoſitate implexum, multo magis tamẽ cerebellum multis,variiſq́; infractibus, fabricatum videbatur.vt qui id videat,cognoſcere facile poſſit,quẽadmodum in reliquis animantibus vt ceruo,& lepore, & ſi quod aliud eſt, quod in curſu omnibus aliis præſtet, conſpicimus ad id munus vtiles neruos,& muſculos optime fuiſſe fabricatos:ſic in homine,quia omnibus cogitatione antecellit,varietatem hãc in cerebro, ac multiplicitatẽ extitiſſe.neruorum item ortus omnes, è cerebro erãt.&,vt ſemel dicã, omniũ neruorum qui in corpore ſunt,principiũ eſſe cerebrum apparet.nã & ſenſus narium continuato quoddã foramine,cerebro cõmittĩ. ſimiliter auriũ.ad linguã etiã, & oculos de cerebro exortos feruntur.His verbis Eraſiſtratus fateĩ ſe id quod prius ignorauerat, tunc perſpicue inſpexiſſe. omnes ſcilicet ner

neruos,è cerebro exoriri.de quatuor etiam ipſius ventriculis, quos vno ante anno nõ nouerat,exquiſite ſcripſit. Quòd ſi in viuẽtibus animalibus periculũ feciſſet, id quod nos non ſemel atque iterũ, ſed ſæpius fecimus,certiſſime cognouiſſet, duram illam, craſſioremq́ue membranã,operiendi cerebri cauſa,factam fuiſſe.mollem,& tenuem, vt eodem etiam fungerertur munere, ſed magis tamen,vt omnia quæ in cerebro cõtinentur conceptacula, arterias ſcilicet, & & venas colligaret.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Oſtendit ex euidentia ſectionis,cerebrum,eſſe ſenſus ac motus voluntarii principium. Quacũque enim parte incidas cerebrum, non prius animal ſenſu motuque deſtituitur,quam ventriculum aliquem eius, præſertim vltimum, læſeris. Hinc pulcherrima mouetur quæſtio de ſpiritu, qui in cerebri ventriculis continetur ac generatur primumque oſtenditur, non eſſe animæ ſubſtantia,aut domicilium,ſed eius tantum primarium organum, ad vniuerſos animantis ſenſus ac motus arbitrarios. Appellatur hic ſpiritus animalis, vt is qui in arteriis eſt, & gignitur, vitalis. Explicatur etiam,quomodo ſpiritus animalis ex vitali oriatur.

QVæ verò ex diſſectione,ad dogmatũ horum inuentionem petenda ſunt,licet diffuſius in diſſectoriis tractationibus dixerimus,nunc tamen etiã breuibus, partem tantum eam commemorabimus, quæ ad præſens negotium facere videatur. Si extracto capitis oſſe, in viuente adhuc animali,craſſum inuolucrũ denudaueris, idq́; hinc inde à media illa recta compage, qua duplicatum in cerebrum penetrat,eiq́; cõnectitur,hamato ferramento ſuſtuleris, & vel ſolũ ſecueris, vel totũ etiam exemptũ detraxeris,ſenſu & motu orbari animal minime videbis. Idem cõtingit.ſi pars ipſius ea,qua totũ cerebrum poſterius integitur, vel præcidatur ſola,vel tota excidat̃.Quin etiam,ſi cerebrũ ipſum quomodocunq; incidas,non prius ſenſum & motũ amittet animal,quã ad aliquem ventriculũ vulnus penetrauerit. Poſtremi quidem ventriculi vulneratio, maxime omniũ animal lædit. ſecundò loco medii. minima ex anterioribus vtriſq; noxa cõtrahitur.atq; hoc in ſenioribus magis, minus in iuuenibus, fieri cõſpicitur.Hoc idem quod ſectiones,colliſiones quoq; faciũt,nulla dedita opera factæ,ſed dũ valde etiã cauẽt homines, vt in vulneratis videre licet,qui oſſa capitis cõ-

frege

fregerint. Ex quibus ſenſui patentibus rebus,ſuſpicari poſſet fortaſſe aliquis,alterũ ex duobus,vel ſi in corporea eſt anima, ſpiritum illũ qui in cerebri ventriculis continetur,primũ animæ quaſi domiciliũ eſſe. vel ſi eſt corpus anima, eundẽ illũ ſpiritũ eſſe animam.ſed quia videmus, commiſſis ventriculis animal paulo poſt rurſus ſentire,& moueri,neutrũ horũ ſentiendum eſt. Rectius verò erit, ſi exiſtimemus in ipſo quidẽ cerebri corpore, habitaculũ animæ eſſe,qualiſcunq; ſubſtantia eius fuerit,nõdum enim de hoc conſideramus, ſed primũ ipſius inſtrumentũ, ad ſenſus omnes,& itẽ ad motus qui ex appetitione fiũt, hunc eſſe ſpiritum.vnde fiat,vt exinanitus,animal minime vita priuet,ſed ſtupidũ ſenſu motuq́; erepto,tantiſper reddat,quoad rurſus collectus reſtituatur. At ſi ſpiritus,animæ ſubſtãtia eſſet, fieri nullo modo poſſet, q̃n ſimul atq; ipſe eſſet euacuatus, continuo quoq; animal interiret. Veriſimilius igit̃ eſt ſpiritũ hunc in cerebri vẽtriculis oriri, atq; idcirco eo coire, & arteriarũ & venarũ,non paruã multitudinẽ.ex quibus videlicet plexus illi exiſtũt, qui chorioides à ſecundarũ ſimilitudine appellãtur.atq; ipſũ primũ eſſe,vt dixi, animæ inſtrumentum.

Magis

Magis quoq; in eam ſententiã induxeris, vt crederes,ſpiritũ hunc ibi generari,vaſis ac præcipue arteriis ipſum in cerebri ventriculos expirãtibus, ſi reticularem contextũ animaduerteres.quę ex iis quæ in caput pertinent, arteriis cõficitur, cùm primum caluariã trãſgreſſæ, ad ipſum cerebri fundamentũ ſiue baſin,ſic enim appellant,concurrerint. Ibi enim natura locum minime anguſtũ , quaſi cellulã quandã à craſſiore cerebri mẽbrana circundatã, reticulari illi texturæ,pręparauit.in quẽ quidem locũ ab arteriis quæ ſoporariæ dicũtur,non parua quædã portio,vno ſcilicet ex vtraq; ꝑte ramo promiſſo,peruenit.quæ poſtea,in multiplicẽ ſobolẽ diſciſſæ, retis formã cancellatis fibris cõficiunt.neq; eam ſimplicẽ. ſed præterquã ꝙ cõnectuntur inter ſeſe omnes,ac coeunt,multæ ſunt miro quodam modo,ſibi mutua perplexitate ſuperiectę. & rurſus ex hac textura, tã magnũ arteriarũ par exoriẽs,quantũ id erat, quod à principio è ſoporariis proceſſerat, in cerebrũ ingreditur.& cũ alias eius partes, tum ventriculorũ ambages, multis ramulorum implicationibus innectit. Spiritus igitur qui in arteriis continetur,vitalis & eſt & dicitur.qui in cerebro,animalis. nõ quòd ſub-

ſtan

ſtantia animæ ſit. ſed ꝙ primum eſt eius, ibi habitantis inſtrumentum qualiſcunque ſubſtantiæ tãdem ſit. Sicut verò vitalis ſpiritus,& in arteriis,& in corde gignitur, materia generationis ex inſpiratione, & humorũ exhalatione ſumpta, ita animalis ex vitali perfectius concocto oritur. quippe cum oporteret ipſum exquiſitiſsimam omnium immutationem adipiſci. Nam ſi natura,& ſemen & lac cum velit exacte conficere(quamuis animali ſpiritu ſint poteſtate longe inferiora)diuturnã illis in inſtrumentis cõcoctionis, moram machinata eſt, atque idcirco ſemini, teſtibus annexum anfractum, lacti vaſorum ad mammas tendẽtium longinquitatem præparauit: merito etiam hic, cũ in cerebro è vitali ſpiritu animalem efficere ſtudeat, reticularem hunc contextum, quaſi varium quendã labyrinthum, iuxta cerebrum fabricauit. Hoc itaque idem membrorum ipſa fabrica præ ſe ferente, didicimus ſpiritum hunc animalẽ neque ſubſtantiam animæ, neque domicilium eius, ſed primum tantum inſtrumentum eſſe. eo ꝙ, cum ex vulneratione fuerit euacuatus, illico animal, quaſi mortuũ collabitur. cum iterum colligitur, reuiuiſcit. omnium præterea quæ vel dicta ſunt, vel

Animalẽ ſpiritum ex vitali perfecti⁹ concocto oriri.

reſt

reſtant dicendá, partim ex mẽbrorũ ædificio, partim ex accidẽtibus quæ inciſiones, aut colliſiones conſequuntur, inuentio peti optime poteſt.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Meatus cerebri quatuor quidam in palatum per cbonẽ. alij ad nares, quidam ad neruos viſiuos tendunt, quartus inſerit ſe primæ ſpinalis medullæ origini. qua parte, ſi craſſa membranula vulneretur, totus meatus nudus redditur vnà cum poſtremò cerebri ventriculo: vnde ſubito animal redditur immobile. Inde concluditur, à neruis ortis ì cerebro, ſenſum ac motum ſingulis membris ſuppeditari mẽbranarum verò officiũ eſſe, vt neruos atque cerebrum tueantur.

IAm verò ex meatibus cerebri alii per infundibulum quod dicitur, in palatũ pertingunt, alii in principiũ nariũ ceſſant in viſiuis alii neruis apparent. alius itẽ quidam in primum ortũ dorſi medullæ cõmittit, qua maxime in parte, ſi craſſa membrana vulneretur, meatus totus, vnà cum extremitate vẽtriculi cerebri poſterioris aperitur. id q̃d præcipue fuit in cauſa, vt Eraſiſtratus deciperetur, exiſtimaretq́; ex mẽbranæ vulneratione, immobile cõtinuo animal reddi. iſpiciebat quippe in bobus, qui in prima vertebra ferirentur, ſtatim, vbi

Meatuũ cerebri diſpoſitio.

membrana diuiſa, confractaq́; eſſet, motũ interire. id tamen non ex læſione membranæ, ſed ex poſterioris ventriculi denudatione contingebat. Quod vel inde, perſpicuum eſſe, omnibus poteſt: quòd licet aliis omnibus in partibus diſrupta fuerit membrana, animal nullum huiuſcemodi nocumentũ patitur. Verũ de tota cerebri ipſius natura, aliis in libris dictũ eſt. quæ quidẽ ex diſſectione extant in diſſectoriis tractatioib᷒ expoſuimus. Quis vſus cõſtructiõis vniuſcuiuſq; mẽbri habeat in libris de vſu partium, explicatũ fuit. in cõmẽtariis etiã de Hippocratis diſſectione non pauca attigimus. Nunc verò ea tantũ quæ ad præſens propoſitum faciunt, diſſerenda mihi eſſe cenſeo. Cum igitur nerui à cerebro, cerebrumq́; operientibus membranis oriãtur, per interiorem partem quæ à cerebro exit, ſenſus, & motus omnibus animalis mẽbris ſuppeditatur. reliquæ duæ exteriores, à membranis progerminantes, idem officium neruis exhibent, quod ipſæ membranæ cerebro præſtant. Vnde quãuis vtraſque neruo detraxeris, nullam noxam contrahet membrum, in quod neruus pertingit. idem fiet etiam cerebro vtriſque membranis denudato. nullum enim inde ani-

Senſus & motus omnib᷒ animalis mẽbris, vnde ſuppeditetur.

mal

mal, quod quidem ſtatim accidat, patietur nocumentum. Nam quòd per cõtagionem temporis, proceſſu poſtea ſequatur periculum, nihil ad rem.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Rationem oſtenſurus, qua per neruos, ſenſus fiunt ac motus, tres proponit quæſtiones de ſpiritu animali: primam, vtrum ſingulis neruis talis ineſt ſpiritus, qualis cerebrũ ventriculis. Alterum, Vtrũ ſpiritus is ingenitus ſit, & ab eo qui in cerebro eſt, excitetur: an inſitus quidẽ nõ ſit, ſed ex cerebro influat, dum mẽbrum moturi ſumus Tertiam quomodo alteratio ſecũdum qualitatem, in continuo fiat corpore. Cum igitur ſit controuerſum, vtram à cerebro vis quædam ad mẽbra per neruos influat, aut ſubſtantia ſpiritus ad partes ſenſiles mobileſque perueniat, aut aliquouſque neruos peruadat, vt eos in alterationẽ inducat, ſicque ad membra mobilia diſtribuatur: dicit in ſenſu tantũ viſorio, ita apparere, vt ſpitus penetret per viſorios neruos. Sunt enim vtrinque perforati, quod in diſſectionem monſtratur, ſi magnũ aliquod animal, continuo poſt mortẽ, in aere lucido ĩcidatur. Vtrique meatus in vnũ coeũt. quare vno cõniuente oculo, ad alterũ totus ſpiritus trãſmittitur quod in ſuffuſis patet & ijs: quibus ſuffuſiõe nõ laborantibus pupilla nõ augetur: altera palpebra obducta.

In ſingulis neruis ſpiritum quẽdã eſſe exiſtimandũ.

VTrum verò perinde vt in ventriculis cerebri, ſpiritus continetur, quo euacuato, totũ animal ſtupidũ redditur, ac propterea vtilẽ eſſe eũ ad ſenſus, motusque mẽbrorũ dicebamus, ita quoq; in ſingulis neruis, ſpiritũ quẽdã eſſe exiſtimãdũ ſit. vtrũ itẽ ſpiritus is innatus, inſitusque ſit, atq; ab illo qui à fonte promanat, tanq̃ nuncio quodã pulſatus excitetur: an inſitus quidẽ minime ſit, ſed illo tempore quo mouere membrũ aliquod volumus, de cerebro denuo influat, ego ſanè nõ poſſum abſolute ita pronunciare. Sed in medium diſcutienda, vtraq; hæc proponantur. Quin etiã tertium illud. Quomodo ſcilicet alteratio qualitatis, in cõtinuo corpore efficiatur. quam innuere mihi videntur illi, qui quandã ſine ſubſtantia vim influere dicũt. à quibus, qualitatũ per alterationem in cõtinua corpora diffuſiones, facultatis & virtutis influxus appellantur. Quẽadmodum cum à ſolis ſplendore, in ambientẽ aerem profecta quædã qualitas, in totũ eius corpus, ſolis ſubſtantia immota permanentẽ, diffunditur. Id quod in tractatu de demonſtratione ſatis à nobis fuit demonſtratum. Non igitur fieri poteſt, vt abſolute ita, ſineq; vlla probatione pronunciemus, vtrũ

è core

è cerebro ita vis quædam, per neruos influat ad membra, an ſpiritus ſubſtantia vel vſq; ad partes eas quæ ſentiunt & mouentur, perueniat, vel aliquatenus neruos ita penetret, vt vehementer illã immutationẽ in eos inducat, quæ poſtea ad ipſas vſque, quæ mouentur partes, diffundatur. Cuiuſmodi quiddã in inſpiciendi etiã ſenſu contingere in cõmentariis de demonſtratione patefactũ eſt. Nam ſpiritum lucidũ tranſmeare per illos neruos, eoſq́ vtrinq; manifeſte perforatos, eſſe, & qua è ſuperiori origine emanant, & qua oculis cõmittuntur, in magnorũ animalium diſſectionibus, videre licet, quãquam foramen quod eſt in inferiori parte, vbi oculos attingunt, plerìq; diſſectionis artifices, perſpectũ habẽt. quod verò in ſuprema origine latet ex anteriorũ ventriculorum cerebri obliqua cõuerſione, omnibus ferè ignotũ eſt. Nam cũ vterq; ipſorum, inferiorẽ partem habeat, vbi naſi meatuũ radix eſt, anguſtã, atq; oblongam, ſuperiorẽ contrà quæ ad medium tendit ventriculum latam, accidit, vt conuerſio quædã in obliquum efficiatur, quæ paululum deorſum ad baſin ipſam vergat. non tamen illuc vſque perueniunt ventriculi, ſed paulatim in anguſtum contracti,

instar cornu nō admuſſim directi, ſed ſenſim retorti, deſinunt; ad hanc ventriculorū extremitatē, viſiuorū neruorū origo adnexa foramen quoddam ſatis obſcurum habet. Quod tamen conſpicies ſi tria hæc obſeruaueris: primùm vt magnum animal habeas: deinde, vt ſtatim poſt mortem diſſecetur: poſtremò: vt aer circunfuſus, clarus luciduſq; ſit. Si his ita cōſtitutis, apte adeo vētriculi extremitatē detraxeris, vt omnia adiaſcentia ipſi corpora, detegātur, neque diuellatur, aut frangatur aliquo modo nerui exortus, foramē ibi ſpectare proculdubio poteris. Vnde ſpiritū quēdam per hos meatus ad oculos tranſuehi, cum fabrica ipſa docere te poteſt, tū hoc argumētō percipies. videbis enim ſi claudatur alter oculus, alterius pupillam dilatari: ſi aperiatur in naturalem ſuam magnitudinem redire.

Viſiuorū neruorū origo.

Spiritū quēdam per meatus ad oculos trāſuehi quō pateat.

Atqui palam eſt, neceſſe eſſe, vt cum acinoſa tunica, ab aliqua ſubſtantia diſtenditur, interiore parte eius repleta: in foramine pupillæ laxetur. atque hoc nullo alio præterea modo accidere poſsit. Neq; illud dubium, tam velocem exinanitionem & repletionem, nō ab humore aliquo, ſed à ſpiritali ſola influente ſubſtantia effici. Nam quia vtrique hi meatus, in vnum concurrunt

runt (quod ex diſſectione euidẽter patet) veriſimile eſt, communem cum locum, vbi vtrorũq; coitio eſt, ſuſceptum ſpiritũ, dũ alter oculus conniuet, ad alterum totũ trãſmittere. Cui rei, id vel maxime atteſtatur quod in ſuffuſis videmus. quibus ſi altero oculo clauſo, alterius pupillæ foramen laxius apparet, indicat ſaluã adhuc inſpiciẽdi facultatem eſſe: ſi nihil huiuſcemodi cõtingit, penitus interiiſſe. ac ꝓpterea ii etiã ſi bene deducta fuerit ſuffuſio, nihil tamen vident. nonnulli verò ſunt, qui ſine ſuffuſione quoque, non vident. in quibus ſcilicet obducta altera palbebra, pupillam eandẽ orbis, quã prius habebat, ſeruare magnitudinẽ cernimus, eo quòd nulla amplius ſpiritalis ſubſtantia, ad oculos deſcendit, qua acinalis tunica intrinſecus repleta, diſtendi conſueuit. Vnde non immerito, viſiuorum neruorum meatus in his obſtructos eſſe, à multis præclaris medicis dictum animaduerti. Noui etiã ego quẽdam, qui cum eodem hoc malo affectus eſſet, narrabat nobis, ſe prius q̃ in eam calamitatem incidiſſet, in ſomnis patefactis repente palpebris, magnam ante oculos lucem ſolitũ videre. Quod ſcilicet & mihi, & aliis multis euenit quæ tamẽ lux ſubinde diminuta fuerit, vt

nihil penitus amplius appareret, atque ita videndi ſenſum ſibi obſcuratum, ſimili modo penitus interiiſſe. Adde quod in leonibus, & pardis, aliiſq; animalibus, quibus lucidi admodũ ſplẽdidiq; oculi ſunt, noctu videre licet, orbem ſplendoris in pupilla apparere, vbi eam ad nares cõtorſerint. Vt colligere poſsimus, tantũ à pupilla in medio ſpatio auctum viſorium conum, quantus pro rata interualli portione, ipſius orbis extiterit. Qui quidẽ conus, quibus maior natura eſt, in iis maior etiam ſplendoris orbis conſpicitur, quibus minor, in iis pro ratione paruitatis tanto minor etiam orbis apparet.

Viſorius conus.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Non continuò ſi neruus viſorius meatus habet, etiam habebunt reliqui. Inde quo pacto fiat viſus exponitur: ad hunc videlicet modum, quòd ſpiritus viſorius, ambientem aerem contactu ad naturæ ſuæ immutat proprietatem: vt tale fiat inſtrumentum, quale in corpore neruus. Paucis etiam indicatur cauſa pulſus arteriarũ & quomodo impediatur.

QVid igitur? nunquid ſicut per neruos viſiuos, ſpiritus hic trãſmeat, ita in reliquis oĩbus fieri ſentiendũ eſt? at, id in tenuiſsimus neruorũ partibus cõcedi non

poteſt: neceſſe enim erit, meatui illi circūiectū quoddā nerui vel araneaꝶū telis tenuius corpus excogitemus: adeò vt & ipm̄ q̄ facillime diſcerpi, & meatus in ſingulis, penè dixerim, momentis obturari queat. His de cauſis, ego nō omnibus neruis meatus eſſe dados crediderim. Sed diceret fortaſſe quiſpiā, ſi dať vt vnus omnino neru° ſine vllo foramine, facultates inferioribus mēbris ab origine traducat, dabiť etiā vt oēs. Quid igitur dicendū, cū in exortu ſpinalis medullæ, adeo ſenſui patēs meatus, ſicut etiam in viſoriis neruis exiſtat? Quid aliud, niſi, ideo factū eſſe, qm̄ imbecilla, cū ſit virtutū facultatūq; traductio, ad continua præcipue, cū vel maiora paulo fuerint vel duriora, vel vehemētiori aliqua alteratione indigeāt, ſi ſubtilioris ſubſtantiæ, quodantenus cū violētia, & ictu immiſsio fieret, augeri alteratio ita poſſe videbať, dictū eſt enim, eā quæ à pleriſq; virtutis facultatiſq; diffuſio nūcupať, alterationis eſſe traductionē, id qđ in aerē etiam à ſolari ſplēdore cōtingit. Eodē igitur modo veriſimile eſt, ſpiritū qui ad oculos fertur, primo incurſu cū ambiente aerē vniri, atque ipſum cōtractū, ad naturæ ſuæ proprietatē, alterare atq; immutare, nō tamē vlte-

Nō omnibus neruis meatus eſſe dādos.

Intuitus noſter qualiter efficiatur

rius latiusq; extendi. Atque hoc ad hũc maximè modũ fieri crederes, ſi prius quã ratione par ſit, intuitum noſtrum effici, didiceris. Cuius quidem diſſertationis, tale erit principium. Corpus quod videtur, duorũ alterum, vel ex ſeipſo, ad nos aliquid mittit, quo cum propriam ſui etiam dignotionem nobis oſtendit: vel ſi nihil mittit, vim aliquam ſenſiuam, à nobis ad ſe vſque peruenire expectat. Vtrum verius ſit, ita iudicabimus. Per pupillæ exiguũ foramẽ inſpicimus. quod ſi expectaret vt pars aliqua, aut facultas, aut ſimulachrũ, aut qualitas, ex corporibus extrinſecus obiectis, ad ſe accederet, rerum magnitudinem nullo modo perciperemus. verbi cauſa, vaſti alicuius montis: tam magnum ſiquidem ſpectrum, quantus ipſe eſt, in oculos noſtros ingredi oporteret. Quod penitus eſt abſurdum: vt omittam interim, quod & in vno eodẽque temporis momento, etiã ſi innumerabiles ſint qui videant, ad ſingulos eadem imagines feruntur: & ſpiritus viſiuus, nulla ratione poteſt, tanta diffuſione dilatari, vt omnes viſui expoſitas res, circumfuſus cõplectatur. Nã quid aliud eſſet, quàm cõmentitia illa Stoicorũ gutta, quæ cũ toto mari commiſcetur? Reſtat igitur adhuc,

vt aer circumfuſus,tale inſtrumentũ nobis ſit,quo tempore videmus,quale eſt ſemper neruus in corpore. ſiquidem eodem pacto, aer nos ambiens à ſpiritus viſiui occurſu, quo à ſolis fulgore,affici videtur.Nam & ille, ſupremo aeris termino contacto ſtatim vim ſuam fulgidam,in totum diſpergit: & noſtra per viſorios neruos acies progreſſa, ſpiritali ſubſtantia prædita, cum in aerem incidit,primo appulſu, in eum alteratione͂ inducit, quæ longe lateq; in continuũ ſcilicet,ipſi ambiens corpus ſparſa, repente in totum diffunditur.id quod liquido etiã, in vi ſolis ineſſe conſpicimus.Nam ſi ſolidum aliquod corpus,in medio ponamus,videbimus confeſtim aerem deinceps ſequentem, fulgore deſtitui. vtpote qui dum continuã accipit mutationem illuſtratur, non in ſemel accepta mutatione perſeuerat. nam ſi ita eſſet,aliquãdiu lux in eo, ſublato etiam illuſtrante,permaneret. Eodem modo quoque, ſi neruum præcidas, tota ea pars quæ à continuitate cerebri per ſectionem fuerit ſeparata, illico ſtupida efficitur. Patet igitur,ſimilem quandam affectione͂, vtriſque contingere, & neruo, & aeri. qui quidem ex ſua etiam ipſorum natura, ſimilitudinem quandam iã habent. & ad re͂ immu-

tant

tantem,exquiſitæ aſsimulãtur,æquabili cõtinuitate,ſemperq́, aſsidua ac recenti informatione indigent.ſicuti circumfuſus nobis aer cum illuſtratur..nã calor in eo diutius vel ſemoto calefaciẽte.perſpicue remanet, frigiditas item nihilo ſecius abſente illo, quod frigus inducebat. fulgor vero ſtatim cum illuſtrante euaneſcit.Eadem natura in

Arterias ictas,pulſu omni micationeq; orbari.

arteriis cernitur . nam etiam ipſæ perinde ac nerui aut inciſæ , aut laqueo intercluſæ pulſu omni micationeq́; orbãtur.nõ quia, vt Eraſiſtratus opinatur , ſpiritu à corde immiſſo priuẽtur.hoc enim fieri nullo modo poſſe,& alibi à nobis demonſtratum eſt & nunc etiam, ne aliquid prætermiſſum eſſe videatur,poſtmodum demonſtrabimus. ſed id propterea efficit,quia tunicas cũ cordis corpore connexas habent, ab eoq́; vim influentem,aſsiduè accipiunt.

ARGVMENTVM CAP. X.

Deſcribitur primo natura nerui ſenſorij in genere: inde ſpecialiter viſorij. De neruo in genere traduntur iſta. primò facultas omnis ſenſum efficiens, per neruos ad propria vſque organa defertur. 2. Neruus eandem habet cum cerebro ſubſtantiam, tantum quod illo compactior. 3. Neruus ſenſorius ijs qui membra mouẽt, mollior eſt. Neruo viſiuo, hæc ſunt propria. Primò ſenſibili

 fora

foramine peruius eſt 2. Eius interior pars mollior,externa durior. 3. Magnitudine excellit. 4. Multa per ipſum ex cerebro ſpiritualis ſubſtãtia ad oculorum ſedes peruenit.

PROPRIETAS igitur hæc, communis cum omnibus ſenſificis facultatibus quæ à cerebro oriuntur,eſſe reperitur, vt per neruos,ad propria vſq; inſtrumenta deferantur.at neruum,eandem cum cerebro ſubſtantiam habere conſtat. niſi quod quatenus compactiore materia cõſtitutus eſt, ne facile à quolibet pateretur, eatenus à cerebri natura,videtur receſsiſſe. & quatenus compactus induruit,eatenus aſsiduo cerebri auxilio indiget. Nam ſi talis,quale eſt cerebrum,prorſus remãſiſſet,nulla eius ope indiguiſſet.natura enim ita comparatum eſt,vt ſubſtantiarum proprietates,facultatum etiam ſibi conuenientiũ proprietates,ſecum habeant. Vnde fit,vt,quantum vnuſquiſq; neruus, ex iis qui proprie ſenſifici appellantur,à natura cerebri receſſerit tantum etiam ſit à virtute facultateq; eius remotus.illi autem ſenſifici propriè vocantur,qui ad ſenſuum inſtrumenta mittũtur, aliis quidem qui mouent membra, molliores. Quod ipſum etiam ſapienter à natura prouiſum eſt.ſenſus quippe,niſi neruus ali

Neruũ eãdẽ ſubſtãtiã cũ cerebro habere & ĩ quo differat.

Nerui ſenſifici.

quo

Neruorũ opticorũ præſtãtia

quo modo afficiatur, fieri non poteſt. motus verò in efficiendo tantum conſiſtit. atque idcirco non immeritò qui ſenſum affert, mollior, qui motioné præſtat, durior eſt factus. Quanquam ſenſus tactus, cuius ſenſibile craſsius exiſtit, omnes etiam qui motum inducunt, capaces ſunt. At verò hic neruus viſus è contrario, non modo quòd ſenſui patenti foramine eſt traiectus, ſed etiam quòd mollis, magnitudineq; inſignis eſt, præ ſe fert præſtantiam virtutis. quodque vbi ad oculos peruenit, in eos ſubit, atque in omnibus cerebro aſsimulatur, totuſque eſt inter cerebrũ & oculum. cuius quidé interior pars mollior, exterior durior. vtrunq; bene procurante opifice, vt & duritie in transcundo, tutus redderetur, & mollicie quatenus poſſet, in cerebri natura conſeruaretur. Hinc patet omnium neruorum non modo qui è cerebro, ſed etiã qui è dorſi medulla oriuntur, maximum hunc viſorium eſſe effectũ. multa enim præter alios omnes præcipua ſortitus eſt. ꝙ in intima parte penitus eſt perforatus. ꝙ mollis intrinſecus, extrinſecus durus. ꝙ per ipſum multa ſpiritalis ſubſtantia de cerebro ad oculorũ ſedes deuehitur. conueniebat quippe, vt foramen eius, aliqua denſiore ſubſtã

tiã

tia circūdaretur, quæ niſi craſsior neruus euaſiſſet, nunquam erat futura. Craſsitudo tamen ea duplicem adepta eſt formem, intus mollem, extra duram.

ARGVMENTVM CAP. XI.

In oculo plurima eſt cerebri ſubſtātia, & ſpiritus animalis copia. In eo, duo ſunt humores orbiculares ſiue globuli: vitreus qui mollis eſt: & glacialis, qui durus.

IAm verò oculum etiam ipſum, non parum cerebri ſubſtantiam trahere, manifeſte ex diſſectione cognoſces. Inuenies enim ſub tunicis intus, duos orbiculares & globoſos humores, alterū mollē, perinde ac vitrū modice ſolutum, ac fuſum. alterū ita durū, vt mediocriter cōcretam glaciē imitetur. vnde à medicis molliuſculus vitreus, duriuſcul⁹ glacialis, ille ex vitri, hic ex glaciei ſimilitudine, nuncupatur. Nō enim tā corporis habitu, q̄ colore etiā, tū vitrū, tū glaciē referunt, cū ſint exquiſitiſsima puritate, pelluciditate, claritate pſpicui. vitre⁹ ille, meatū à cerebro, ad vtroſq; tendentem prius excipit, deinde glacialis, qui globo leniter dilatato ſimilis apparet. meatus item vna cū circundante neruo primo ingreſſu, quē in oculū facit, penetrata exteriore eius tunica, vtriſq; his afficitur modis, ſpiritum

Oculū ipſū, nō parū cerebri ſubſtātiā trahere.

nanq

nanq; cum humoribus commiſcet,quo tota eorum ſubſtantia,ſenſiua efficiatur.deinde ſoluta,ac dilatata nerui ſubſtãtia, vitreum humorem complectitur.capite nimirum in maximum glacialis orbem inſerto.ita vt figura illa, in latum diffuſi atq; expanſi nerui verriculo ſimilis tibi eſſe videatur.Quã ex cauſa,corpus hoc amphibleſtroidem, id eſt,verricularem tunicam appellarunt.ꝙſi totum ipſum extrahas,conerisq; id in vnũ ſimul confundere ac cogere, cerebũ procul dubio videbitur ſiq; alicui oſtendas,qui vnde id ſumptum collectumq; ſit,non viderit partem cerebri ſine vlla cunctatione, corpus id quod oſtenderis,eſſe affirmabit.neque credet talem ſubſtantiam, in oculis cõtineri.tali fabricæ excellentia, oculus præter omnia illa ſenſuum inſtrumenta præditus eſt.neq; mirum eſſe debet.quanto enim certius,ſubtiliusq; quàm alia,primum ſenſibile habet,tanto ad cerebri naturam, quã alia proprius accedit.in nullo ſiquidẽ alio inſtrumento aut ventriculo inuenies , neque ipſam cerebri ſubſtantiam,neque tantam animalis ſpiritus copiam , quanta in oculo continetur . qui non iniuria eſt , vt dixi,ita conditus,cum ambiente aere, eſſet viſurus inſtrumento.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Obiectum viſus, eſt colorum genus, & corpus coloratum ſicut ſenſorium guſtus, & humor, & quod humores obtinet. Viſus à reliquis ſenſibus differt, primò quòd non expectet donec ſibi ſenſibile offeratur. Deinde, quòd ſimul cum colore, ſitũ rei & interuallum magnitudinem & formam percipit quod nullus alius ſenſus, niſi tactus quãdoque per accidens, poteſt.

TAle eſt autem illi inſtrumentum aer, ad propriorum ſenſibilium dignotionem, quale eſt cerebro neruus. vnde quam habet rationem cerebrum ad neruum, eandem oculum ab aerem, habere manifeſtum eſt. proprium autem ſenſile viſus, quod primum etiam ſenſibile nominauj, eſt colorũ genus. illos enim primos, & per ſe, & ſolus ex omnibus ſenſibus percipit viſus, ſicut ſuccos guſtus. cum illis vero poſtea coloratum corpus, ſicut guſtus, id quod ſuccos in ſe habet, etiam dignoſcit. in eo tamen differunt, ꝙ guſtus quemadmodum cæteri animalis ſenſus, expectat, vt ad ſe offeratur ſenſibile, viſus per medium aerem ad coloratũ porrigitur. Quo fit, vt ſolus, vnà cum colore rei viſæ, & magnitudinem, & formam etiam percipiat. quod nullus alius ſenſus, niſi quandoq; tactus, atq; id per accidens, po-

Viſus & guſtus in quo differant.

Soli viſui præter cætera quid ſit cõceſſũ

teſt. ſed hoc in quinto de demonſtratione ſatis pertractatum. ſoli item viſui, præter alia conceſſum eſt corporis colorati & ſitũ & diſtantiam inſuper diſcernere, nullo alio ſenſu id valente. neque in præſentia dicẽdi eſt locus, quãto in errore verſentur illi qui olfactui, & auditui poſituræ cognitionem vel vaporem emittentis, vel aerem percutientis corporis, nituntur aſcribere. cum latius de omnibus quę ad hos duos ſenſus ſpectant, in quinto de demõſtratione diſſeruerimus, vt dictum eſt. in quo quidem tractatu, qui fuerit exercitatus, melius prõptiuſque ea quæ nunc dicuntur, percipiet. explicata nanq; ibi ſunt omnia, quæ quo in loco ſit viſui expoſitum corpus, conſpici atteſtãtur. quod vel ex ipſo ſenſu, euidẽtiſsime patet: vt geometrię etiam ipſi, nulla adhibita demonſtratione, ſed quaſi ex ſe manifeſta ſint, ita hæc ſtatuant. Cùm tamen de intuitu noſtro, nonnullæ ferãtur demonſtrationes, vel per rectas lineas cum fieri, vel ſi in aliquod leue admodũ, & fulgidum corpus inciderit, inde qua occurrit per rectos angulos retorqueri.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Senſuum inſtrumenta numerantur. Viſus organum, eſt ſpiritus ille lucidus, qui aerem cõtin-

gens,

gens,eum ſibi ſimilem facit,quo obiectum percipit,etiam per reflexum. organum tactus, terreſtre eſt auditus aereum guſtatus,liquidum olfactus, vaporoſum, cuius ſedes eſt in anterioribus cerebri ventriculis. Platonis verba probantur, quæ ſuperius de organo viſus, & videndi modo, fuerunt dicta.

SI igitur viſus ſolus,ex aliis ſenſibus proprii ſenſibile medio aere vſus,nõ quaſi baculo,ſed quaſi conformi ſibi,ac cognato membro attingit,ſoliq; hæc præcipua dos, ipſi conceſſa eſt, cum eo quoq; vt per reflexionem intueri queat: merito illo deſuper influẽte lucido ſpiritu,indiguit,qui in aerẽ occurrens, eum quadam quaſi percuſsione ſibi ſimilem redderet. Apte igitur dicemus, viſus inſtrumentum lucidum eſſe, aereum auditus,vaporoſum olfactus, guſtatus humidum,terreum tactus.nullo enim alio modo,hæc ſe habere poſſunt,quum alteratione ex ſimilibus opus habeant. Atq; hoc eſt, quod Empedocles volebat ſignificare, his verſibus.

Cõſpicimus terrã tellure,liquore liquorẽ,
Aere naturã aeream, ignẽ cernimus ignẽ.

Sẽtimus eñ re vera,terreſtri ſenſu,hoc eſt tactu,terreſtrẽ inſitã,in reb⁹ naturã:lucidiſſimo q̃ ẽ vis⁹ lucidã.nõ ſec⁹ etiã aereo audi-

tus ſenſu,proprias aeris affectiones,dignoſcimus.quemadmodum guſtatu, qui humidus natura,ſpongioſusq́; eſt,ſuccorum qualitates,nobis innoteſcunt.ſupereſt vnius olfactus nempe inſtrumentum, quod non in narium meatibus ſedem habet,vt plerique putant.ſed in extremitatibus anteriorum cerebri ſinuum,quò narium meatus pertinent. qua maxima in parte vaporoſos eſſe cerebri ventriculos conſtat.ſed de hoc,qui copioſius legere voluerit,habet vnum à nobis conſcriptum librum, qui de olfactus inſtrumēto inſcribitur.Quintus quippe hic, licet non ſint quinq; elementa,ſenſus euaſit,quia odorum genus, mediam inter aerē & aquam naturam ſortitum eſt.Id quod etiam Plato in Timæo inquit his verbis: Dum enim aqua in aerem,aerq́; in aquam mutatur.medii extiterunt odores vniuerſi.Loquitur idem de viſus inſtrumento.idq́; ignis puriſsimi eſſe genus affirmat, quē ipſe ſplendorem,& lucem appellat, à pruna,& flāma,longe diſtātem.ait enim: Poſt hæc conſiderandum eſt ignis genera multa eſſe,nempe flammam, quodq́ue à flamma procedit minime vrens illud quidem, ſed lucem oculis exhibens.& quod flamma extincta in ipſis ignitis corporibus reſtat.

Ex

Ex his tribus generibus quod non vrit, vt ipſe inquit, ſed lucē oculis exhibet, in viſus inſtrumento, plurimum reperitur. Quod ipſum etiā in eodē Timæo, ita explicauit. Ex omnibus inſtrumentis primum luciferos cōſtruxerūt oculos, talibus inditis cauſis. machinati ſunt ex igne eo qui nō vrit, ſed lumē ſuaue exhibet, propriū vniuſcuiuſq; diei corpus cōſtituere. effecerunt enī vt qui intra nos eſt ignis ſyncerus, germanuſq́; huic per oculos denſe ac leniter emanaret. toto videlicet ipſo oculi corpore, ſed media præcipue parte cōpacta ac denſata, vt reliquus ignis qui craſſior eſſet, cōtineretur, qui huiuſcemodi purus defecatuſque euaſiſſet, transfunderetur. Hic Plato qualenam ſit viſus inſtrumētum, declarauit. quo modo verò videamus, in ſequētibus explicat. talē enim antedictis ſubnectit orationē. Cùm igitur diurnum lumen ad aciei effluxum acceſſerit, tunc ſimile cum ſimili coniungitur atq; vnitur. atque inde vnum quoddam proprium cognatumq́; corpus cōflatur, ad rectū oculorum intuitum, qua nimirum ille interni externiq́; luminis cōcurſus extiterit. Totū id igitur, cum ob ſimilitudinē iiſdē affectionibus obnoxium euaſerit, ſiquid attingit, aut à quopiā tāgi-

tur, illius motiones in totū corpus, ad animam vſque diffundit: ſenſumq́; hunc præbet. quo videmus. Atq; hæ quidē ſunt Platonis orationes, quibus fulgidū eſſe ipſum viſus inſtrumentum, ſenſumq́ue effici per ipſum aſſeuerat, omnium fulgoris affectionum. ſicuti aeræ diſpoſitionis per auditū, ſimile enim per ſimile, in affectionum communionem ſocietatemq́; peruenit.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Ex Platonis ſententia docet, communem eſſe facultatem quãdam, quæ ex cerebro per neruos in ſingula ſenſoria perueniens, alterationes quæ in ipſis ſunt, perſentit. Ordine deinceps iſta docētur. primo: Vnumquodque ſenſile, percipi tãtum à ſuo organo bene affecto, id cõſentiēte Platone. 2. Sēſus nõ eſt alteratio, ſed alterationis dignotio.

SEd cū duo ſignificare poſſet, omnis huiuſcemodi oratio, qualis eſt etiā Empedoclis illa, Cõſpicimus terrā tellure, liquore liquorē, vt intelligamus, aut per inſtrumentū, aut per facultatē, virtutē eiuſmodi nos ſentire, per inſtrumentū verū eſſe, concedendū eſt, per facultatē minime. Nā primum ſenſoriū, qualecunq; id fuerit, ſenſibus ſigillatim omnibus cõmune eſt. vt Plato etiā tradidit, cū in aliis quibuſdā libris tum in Theæteto, eo præcipue loco, vbi in-

hunc modum ſcribit: So.abſurdum quippe eſt ò fili,vt multi in nobis, quaſi in ligneis equis,ſenſus inſideāt.& non vna quædā ſit ſpecies,& ideo,ſiue anima, ſiue quomodocunq; appelles,in quā omnes hi cōcurrāt. qua vtiq; per hos,tanquā per inſtrumenta,omnia quæ ſenſibus expoſita ſunt, ſentiamus.Hanc ſententiā pluribus cōfirmās, deinceps ita ſubiungit.So.age verò nónne ſingula ea per quæ ſentis, calida, ſicca, leuia,dulcia,corporis ipſius partes cōſtituis, an alterius?The.nullius alterius plane.So. nónne fateri etiā voles quæ per vnam facultatem ſentis,fieri nō poſſe vt per aliam percipias?videlicet quæ per auditum accipis, eadem te per viſum poſſe? & quæ per viſum,ſimili modo per auditum? The.cur velle non debeam? So.Siquidergo de vtriſque his cogitas,per aliud inſtrumentum id nō facis, neq; etiā per aliud inſtrumētum vtrorumq; ſēſum ſuſcipere potes.The.nō profectò.So.de voce verò,ac colore primū quidem hoc ipſum cogitas, ꝙ vtraq; ſunt. The.ego ſanè.So.Igitur etiā illud quòd alterutrum ab alterutro diuerſum, ſibi verò metipſi idem eſt.The.quid ni? So.& quòd vtraque duo,alterutrum autem ex ipſis vnum.The.hoc quoque.So.itaque etiā ſimi

lia an diſſimilia inter ſe ſint, potes cōſiderare. The. fortaſſe. Hæc igitur omnia per quemnam ſenſum de ipſis cogitas? neque enim per auditū, aut viſū cōmune aliquid de his percipere valemus. Adde quòd illud etiã erit huiuſce rei qua de agim⁹, argumētum. nam ſi fieri poſſet, vt vtraq; ſalſane eſſent, necne conſiderares, poſſesne dicere, quo id perciperes? non viſus, non auditus, ſed aliud quiddã eſſe videtur? The. cur non eſſe linguæ facultas cēſeatur? So. bene dicis. ſed hæc ipſa facultas per quid, tibi oſtēdit quod in omnibus & in his cōmune eſt? quo videlicet eſſe, & nō eſſe denominas. q̄ paulo ante de his percontabamur? Quibus omnibus quænam inſtrumenta attribues, per quæ ſenſificum quod in nobis eſt, ſingula ſentiat? In his igitur, & ſequētibus, tū in aliis quoq; dialogis, de cōmuni quadam facultate & potentia docuit nos Plato, quę à cerebro per neruos in ſingula ſēſoria penetrans, alterationes ipſorū omnes perſentit. Quod ſi fieri potuiſſet, vt à propriis fulgoris affectionibus, aliud aliquid præter fulgidū inſtrumentū alteraretur, aut à vaporibus, diuerſum aliquid à vaporoſo, aut ab aere aliud quàm aereum, aut ab humoribus, aliud quã guſtatoriū, ſucciq́; plenū

inſtru

inſtrumentum afficeretur, nequaquã ſenſoria facta fuiſſent inſtruméta. Sed nunc, non ita res habet. nã quæcunq; in occurrétibus renitentibusq́; corporibus, propriã differentiam habét, ea non omni membro quod neruorũ particeps ſit, poſſumus ſentire. neque enim quodlibet idoneũ eſt, vt à terreſtris corporis incurſione afficiatur. Primus ſanè horum occurſus, per accutum & obtuſum, ſecundus per calidum & frigidum efficitur. reliqui omnes, per accidens conſtant, magnitudine vtiq;, figura, motu, numero. quos cum ratiocinatione & memoria, nõ ſenſu tantũ, tum in viſu, tum in tactu exiſtere oſtédimus in libro de demõtratione. in quo quidé prius exercitatum velim, qui ea cupit quæ nũc dicuntur, exacte intelligere. Quemadmodum verò ſenſus tactus, ſenſilia per occurſum, ita guſtatus obiecta per humiditaté ſuccosq́;, in cognitionem veniũt. Vnde ſi nimis exſiccata fuerit lingua, ſuccorũ dignotio etiã interit: cũ id, quod ab illis afficitur, nõ poſſit quid acidum, quid amarũ, quid acre, quid auſterũ, quid acerbum aut penitus aſtringens, quid item dulce ſit, quid falſum diſcernere. obturatione etiam in narium meatibus facta, odorum ſenſus euaneſcit: vocum item ſi au

res obſtructæ fuerint: cum propria altera-tio, in vtrunque inſtrumentum penetrare nõ valeat: in vaporoſum ex odoribus, quorum vapor ſubſtãtia eſt: in aereũ ex vocibus, quæ aerea ſubſtãtia cõſtant. huiuſcemodi obſtructionibus proportione reſpondet, oculorum affectio & morbus, quæ ſuffuſio appellat. in qua fulgoris ſolaris meatus, qui in acinali tunica eſt, obſtruitur, vt proprium viſus inſtrumentum, non amplius queat cum externo, totũ oculum, ambiente aere copulari. Quod ipſum, illa oratione ſignificauit Plato, vbi inquit. Corporeũ ſanè, & viſibile, necnon tactile, id quod factum fuiſſet, eſſe oportebat. at nihil viſile eſſe poſſet, igne priuatũ. nihil item tactile, ſine ſoliditate. nihil ſolidum, abſq; terra. Quapropter, vt ex igne & terra vniuerſi corpus à principio cõſiſteret, fecit deus. Ex igne enim & terra factum eſſe inquit vniuerſi corpus, vt & viſile & tactile redderetur. idcirco etiam in animaliũ corporibus, tangendi inſtrumentũ terreũ, inſpiciendi igneũ eſt. quę quidẽ ſi neruos non haberẽt, alterari etiam ſine ſenſu potuiſſent. ſentiũt autem alterationẽ, ex neruorum participatione. Non igitur alteratio ipſa, vt quidam putãt, ſenſus eſt, ſed alterationis dignotio,

Ex igne & terra facta eſſe vniuerſa vt viſibilia & tãgibilia redderẽtur.

neque

neq; etiã ſatis eſt, ad voluptatis laboriſq; creationem, vt vel lenis vel aſpera, in corpore motio efficiatur. ſed vtriſque his agitationibus, ſenſus quoque accedat neceſſe eſt. Quod ſi affectionem eam, vel dolorem, vel laborem vocare libuerit, nihil refert. tantum meminiſſe te illud volo, affectionem quam corpora è naturali conſtitutione exturbata, ſuſcipiunt, & eius affectionis ſenſum, inter ſe differre. quandoquidem à nonnullis, quemadmodum ab Hippocrate ſenſus ſolus, interdum dolor appellatur, vbi ait: Quicunque aliqua in parte corporis dolentes, plerunque dolores non ſentiunt, iis mens ægrotat. Hic enim dolentes nominat eos, qui aliqua in parte offenſi ſunt ita vehementer, vt niſi delirio præmerentur dolerent. Cùm verò dicit, dolor fit propter calidum, propter frigidum, propter plus, propter minus, in refrigeratis quidem corporis partibus ex calore, in calefactis ex frigore, corruptam item naturam habentibus, dolores fiunt: ne putes leuem aliquam alterationem, ſed vehementem alterationis ſenſum ipſum intelligere. qui quidem ſenſus exiſtere nullo modo poteſt, ſine patientis corporis immutatione præternaturali. leuis enim illa & par-

ua corporum mutatio, ſenſum quidem efficit, qui facultatem & vim agentis dignoſcit, ac percipit, ſi modo id quod alterationem ſuſcipit, ſenſiuũ fuerit, non tamen dolorem inducit. prompteq́; vnumquodque leuem hãc ex cognatis patitur mutationẽ.

ARGVMENTVM CAP. XV.

In fine proximi capitis dixerat, ſingula pati leues mutationes ex finitimis genere, hic exemplum ſubiicit de inſtrumento viſus: quod, quia diſcernendis coloribus aptum eſſe debebat, natura ſplendidum fecit. vt recte obſeruat Ariſtoteles: de eo tamen nihil dixit quomodo ſitum aut magnitudinem vel interuallum cuiuſque obiecti percipiamus.

IAm verò viſus inſtrumentum, quia colorum erat dignotiorem habiturum, lucidum eſſe affectum. natura enim comparatum eſt, vt ſola huiuſcemodi corpora, à coloribus alterentur, vt manifeſto eſt indicio etiam ambiens aëre, qui cum maximè purus, nitidusq́; eſt, tunc colorũ alteratione præcipuè afficitur. nam videre eſt, ſi in huiuſcemodi aëre ſub arbore aliqua recubuerit quiſpiã, arboris colore, eum totum perfundi. Quinetiã ſępenumero accidit, vt aer clarus vbi parietis colorẽ alicuius attigerit, eum ſubito recipiat, atq; in alterum

corpus etiã transferat. Quod pręcipue fit, ſi color vel cœruleus ſit, vel flauus, aliquoque alio modo, floridus extiterit. & profecto ſicut à ſolari ſplendore ſolo, ipſo attactu totus aer repẽte aſſimulatur, eodẽ pacto, à colore ſtatim immutationẽ accipit. atq; hæc rectiſſime quidẽ ab Ariſtotele dicta ſunt. tum de ſubita eorũ, quæ ita alterãtur, mutatione, vt ferè in tẽpore facta eſſe nõ videatur, tum de hac ipſa: curq; colorũ alterationi aer ſplẽdidus natura pateat, eãque ad viſus vſque inſtrumentũ traducat. Nihil tamen, quo modo poſiturã, quo magnitudinẽ, quo diſtãtiam vniuſcuiuſq; rei percipiamus, ab eodem dictum eſſe cõſtat. Quin multi etiã hominis ſectatores, de decreto hoc ratiocinãtes, facilè mendacii conuincuntur, cum neq; odores, neq; voces locũ, vnde veniãt, ſimul cõmonſtrent, velut in quinto de demonſtratione oſtendimus. Huc accidit ꝙ in ſpeculis aliiſq; fulgẽtibus corporibus interdũ nos ipſos, interdũ alios quoſdã, à lateribus vel põne ſtãtes inſpicimus. Quod ſicut cæteris omnibus, excepto Platone, ita Ariſtoteli etiam aduerſatur. ſolus ſiquidẽ color per refractionẽ poteſt à viſilibus rebus ad noſtrã aciẽ p̃uenire. forma, aut magnitudo nõ põt. nã cùm varie-

tas

tas figuræ membrorũ,formam conſtituat ne excogitare quidem poſſumus , vel eam, aliquo modo ſpeculo occurrere , vel ſi occurrat,citra hoc vt frãgatur,refractionem eius ad nos peruenire. Probabiliores ſanè, quantũ ab hoc Epicuri imagines ſunt.magnitudinem verò in pupillam ingredi etiã abſurdius eſt.Hoc tamen ipſum quod quidem omnium aliorum opiniones ſubuertit,quaſi paruum quid ac leue prætereunt. cumq; de diſtantia, & ſitu neſcio quid conentur cõminiſci, de magnitudinis dignotione,quo modo contingat, nihil dicũt.ſed totum hunc locũ omittunt,quo proculdubio,ipſorũ opinio ruit.fieri enim qui põt, vt magnitudinem viſilium ſentiamus, niſi rem ipſam , quodcunq; in loco illa fuerit, inſpexerimus?Quanquã mihi videt̃ Ariſtoteles,vbi de refractiõe loquitur, quæ à ſenſilibus rebus ad nos p̃uenit,animaduertiſſe hãc abſurditatẽ , atq; ideo minime audere ea alicubi vti , ſed eam ſemper quaſi omni carẽtẽ ꝓbabilitate,eludendo euadere.Nam cũ diſſerit quomodo iris efficiat̃,quomodo itẽ vel ſirca ſolẽ,vel lunã qui obſolani vel anteſolani nominãtur,exiſtãt tum quomodo in ſpeculis viſiones fiãt , omnia hæc in refractionẽ viſionis refert. nihil intereſſe

Taxat Ariſtotelem.

affir

affirmãs,ſiue intuitũ ipſum, ſiue aeris ambientis,ex rebus quæ videtur, alterationes refringi,ac reflecti exiſtimemus:nõ diuerſum hac præſertim in re,cauillũ cõmentus ab illo Aſclepiadis,qui attractionis vocabulo,pro delatione vtebatur. cũ enim ille abſurditatem in delatione vereretur aſſerere, mutata appellatione,audacter ſentẽtiã ſuã tutat' eſt.Ita Ariſtoteles,quoniã certò ſciebat,ſi ſuã ipſius ſeruaret opinionẽ, fore vt abſurdas,minimeq́; veriſimiles viſionis cauſas,ſingularũ rerũ afferret,ad alienam ſententiã ſe tranſtulit,aſſerens, vtrolibet modo interpreteris, nihil intereſſe. Atque ita meritiſsimo,ipſum argueret quiſpiã:ſi nihil refert,hoc aut illo modo dicere, quid tu relicta tua vera opinione, aliena falſa vteris?in cõtrariũ enim in præſentia, tua tibi cedet cauillatio, cù nullã cauſam tã abſurdæ decretorũ mutatiõis adduxeris.Atq; ita plus tibi ſuſpitionis, q̃ autoritatis cõflabitur.Quod ſi dicas,propterea alienis te vsũ eſſe dogmatibus, quia probabilius erat ita diſſerere, huiuſce probabilitatis cauſam requirã.nam ſi falſa opinio, ſingularium rerũ cauſas omnes probabiliores habet, quã vera, nemini dubium eſt, quin omnes tuarum quæſtionum libri,fidem amittant.

Arg

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Reiectis illis qui ſtatuunt alteratione ab impellentibus rebus factam, per neruum ad animæ principatũ diſtribui, docet aerem à ſole illuſtratum, fieri tale viſus inſtrumentum qualis eſt ſpiritus: ex cerebro proficiſcens. Errarunt itaque Stoici, Epicurus & Ariſtoteles. Illi, quia nos videre finxerunt per aerem tanquam per baculũ. Epicurus ſimulachrum corporis, reduxit ad facultatem viſoriam. Ariſtoteles qualitatem ab obiectis, per aerẽ ad intuitum vſque perduxit.

NOs porrò per áërem medium intueri euidens eſt, atque inter omnes conſtat. ſed de eo quæſtio eſt, vtrum per aerẽ tanquam viam quandam mediam aliquid ex rebus quas videmus ad nos veniat, an quale eſt neruus ad tactiles, tale inſtrumẽtum nobis ſit aër, ad viſiles res diſcernendas. pleriq; eius ſunt ſententiæ, vt dicant alterationem illam, ab impellentibus rebus factam, per neruũ ad principalem animæ partem diſtribui. atque ita in dignotionẽ rerum, nos venire non intelligentes nullũ nos doloris ſenſum eo in mẽbro, quod vel cæderetur, vel confringeretur, vel adureretur habituros fuiſſe: niſi in eo, aliqua ſentiendi facultas ineſſet. aliter igitur atque illi opinantur, veritas ſe habet. ipſe ſiquidem

dem neruus cerebri pars cũ ſit, ſicut arboris virga,aut ramus,efficit, vt membrũ in quo inſeritur,vi eius in ſe totũ recepta, habile ad omina quæ ipſum attingerint ſentienda, reddatur. ſimile quid etiã in ambiẽte nos aere euenit.vbi enim illuſtratus à ſole fuerit, tale continuo viſus inſtrumentũ efficitur,quale eſt is, qua à cerebro proficiſcitur ſpiritus.prius verò q̃ lucem receperit ex alteratione videlicet,quæ ex emiſsione ictuq́; ſpirituũ cauſatur, conſentiens cognatumq́; inſtrumentũ nõ euadit.Deſinãt igitur dicere ſtoici,per circumfuſum aerẽ, quaſi per baculũ viſionẽ noſtrã fieri.renitentia enim corpora, eo modo cognoſcuntur. atq; etiã magis per ratiocinationẽ. at oculorum ſenſus, non ſoliditatẽ, aut duritiem,aut mollitiẽ, ſed colorẽ ſed magnitudinẽ, ſed ſitum corporis percipit. quorum nihil,baculo dignoſci poteſt.multo itaque melius(quantum de erratis dicere licet.) Epicurus q̃ Stoici pronũciat.illi eĩ nihil viſibile volebãt ad inſpectricẽ vſq; facultatẽ traduci. Epicurus traduci affirmat. Atque ipſo Epicuro multo melius Ariſtoteles. quippe qui nõ corporeũ ſimulachrum,ſed qualitatem quandam,per circumfuſi aeris alterationem à rebus ad intuitum vſq; no

Stoicorũ ſententiã de viſu reprobat

F ſtrum

ſtrum, peruenire aſſeueret. Cauebat ſcilicet aerē ſenſus capacē omnino efficere. cū tamen carnē perſpicuè cerneret,ex emanāte ab origine ſua facultate, ad ſenſum percipiendū habilē effici? Quid abſurdi in ſe habet illud,ſi ſolarē fulgorē ſenſificum ſtatuas?cum talem maxime oculorū ſpiritū, qui à cerebro deriuatur, eſſe liquido pateat? fulgidus quippe etiā ipſe eſt. Veruntamen,ſi de animæ ſubſtātia quoq; eſt ſententia proferenda, de duobus alterū dicamus neceſſe eſt.vel ipſam eſſe fulgidū hoc, ac quaſi æthereum corpus.ad quod aſſerendum,velint, conſecutione eos cogente, deſcendent & ſtoici,& Ariſtoteles. vel ipſam incorpoream quidem eſſe ſubſtatiā,vti tamen hoc corpore,tanq̄ principali vehiculo.quo vtiq; medio: aliorum corporū poſt ea cōmercium habet.dicendum verò huiuſcemodi corpus, per totum diffuſum eſſe cerebrum. cuius poſtea particeps factus oculorum ſpiritus,lucidus efficitur.

ARGVMENTVM CAP. XVII.

Senſus fit ex alteratione & dignotione. Alteratio fit in ſenſus organo : dignotio in ſenſu communi:nēpe cerebro. Hoc enim omniū qui animali ſunt ſenſuū. & motus volūtarij principiū eſt. Neruorum item & ſpinalis medullæ.

At

AT verò vt iam de Ariſtotelis, ſtoicorumq́; ſententia. diſputationẽ pauliſper omittamus,ex iis quæ diximus ſenſum per alterationem,& dignotionem fieri,apertum eſt. alteratur quippe, ſenſus ipſius inſtrumentũ, alteratio verò ipſa, ab vna eademq́; facultate, omnibus ſenſoriis cõmuniter impertita,à principio emanante dignoſcitur.quod quidẽ principiũ, ſiue ſenſum cõmunẽ, ſiue primũ ſenſorium appelles,nihil refert.Hoc nos ſuperiore oratione,cerebrũ eſſe demonſtrauimus. vnde omnia membra ſenſum & motũ adipiſcuntur, neruis ad ſenſuũ inſtrumenta pertingentibus,aliis diſcernẽdorũ ſenſilium cauſa,aliis vt motum, ea quæ mouenda ſunt, ſuũ accipiãt.vt ſunt oculi,lingua,& aures. nam & has in pleriſque animalibus, moueri manifeſtum eſt,à muſculis capitis comprehenſas, per quos omnes in animalibus voluntariæ motiones exiſtunt. Ex quibus omnibus, recte dictum eſſe cõſtat, cerebrũ tum ſenſuum omnium,tum incitatorii motus in animalibus originẽ eſſe. quòd ſi nõ propterea factum eſſe cerebrum dicas, quã ob aliam cauſam? cur membranis illud extrinſecus operuit natura? ſi quidem in illis eſt animæ principium , fruſtra autem

Cerebrũ ſenſuum oĩum & incitatorij motus in animal. originẽ eſſe.

cerebrũ conſtitit.quid eſt,ꝙ ſinguli ventriculi vulnerati, ſubitũ periculum afferunt? quid eſt, ꝙ ab ipſo etiam omnes nerui, & dorſi medulla exoritur?quam cerebri ſubſtantiæ, quaſi progerminationẽ quandam eſſe,ex diſſectionibus adeo euidenter patet vt ne coqui quidẽ,id ignorent.ſed qualem etiam habeat vim,facile cognoſces,ſi prius ad diſſectionẽ accedens, cõtemplaberis ab ipſa neruos exoriri, numero circiter ſexaginta,atq; vniuſcuiuſq; vſum animaduertes.quẽ fabrica ipſa,atq; hæ quæ ex inciſione proueniũt,læſiones tibi manifeſtant. fabrica enim eadẽ eſt,quæ in emanantibus à cerebro neruis cõſpicitur:cũ interna eorũ pars, quaſi medulla ab ipſa ſpinali epullulans, à membranis vndequaq; circũdetur. nam habet perinde atq; cerebrũ,ſpinalis membranas eiuſdẽ vſus gratia fabricatas. quibus detractis,vnicuiq; ab ea oriẽte neruo,mẽbrũ in quod pertendit neruus,nullã læſionem contrahet.quæ euidentia,mẽbranas cerebri & ſpinalis operimenta quædã eſſe,vim verò ipſam & ſenſus & motus in internis quæ ab ipſis cõteguntur partibus, ineſſe teſtatur. Si enim præcidas nerui medullam,continuo membrum cui neruus inſeritur,ſtupidũ omnino, & immobile red-

Fabrica neruorũ.

di

dideris. Quod verò etiã dorſi medulla, à cerebro originẽ facultatum habeat, inde perſpicuũ eſſe omnibus poteſt. nã ſi qualibet in parte præſecetur, quicquid ſupra inciſuram erit, illæſum ſanumq́; permanebit. inferior omnis pars, ſenſum & motum amittet, muſculis omnibus qui ab ipſa neruos accipiebant, collapſis. Eraſiſtratus quidẽ, licet non antea, in ſenectute tamen, veram neruorum originem tandem agnouit. At Ariſtoteles, cum ſemper eam ignorarit, merito in referenda cerebri neceſsitate hæſitat. Qua de re, quid dicat, quóue modo refellatur, cognoſcere poteris, ſi octauum librum noſtri tractatus de vſu membrorum perlegeris. Ita etiam horum omnium dogmatum quæ recenſui, principẽ fuiſſe Hippocratem cum alibi, tum verò in commentariis de Hippocratis diſſectione, à nobis demonſtratũ eſt. atque idcirco verba eius ſicut Platonis minime nunc citaui, ne bis de iiſdem agere viderer. Platonis autem dicta, qui nullo alio in libro commemorata à nobis fuerant, merito hic aſcribẽda eſſe iudicauimus.

Eraſiſtratũ in ſenectute verã neruorũ originẽ agnouiſſe. Ariſtotelẽ verò ſemper eam ignoraſſe.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER VIII.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

Nihil æque conducit, ad quẽcunque ſcriptorem intelligendum quã ſi iuxta Plinij præceptum, ad titulum ſæpe reſpiciatur. Cuicũque ſatis eſt obiter percurriſſe ſcriptorem, nõ ſubinde conſulto libri titulo, nihil quicquã egregiũ cõſequetur. Non cõmode ad metã pertingit ignarus viæ: titulus, filum eſt certiſsimũ atque breuiſsimum, ducens ad authoris intelligentiã. Cæterũ prudẽs aliquis, hæc ſecum reputans, mirabitur forſan, quod titulus in his libris argumento propoſito, nõ videatur reſpodere. Inſcriptio eſt de Hippocratis ac Platonis dogmatibus, hactenus tamen de Chryſippo potius, ac eius opinionis varietate auditum eſt, quã minimũ verò de platone & Hippocrate. De hoc monere lectorem, putaui neceſſarium, ne quem ſcrupulum illi crearet inſcriptio quæ tam procul ab argumento videtur abeſſe. cuius occaſionem ſi intelligat, minus offendetur: Galenus cùm de principatu animæ ſtatuiſſet

bre

breuiter diſſerere, cõtinuo ſe offerunt quorundã philoſophorum opiniones falſæ, abſurdæ, pugnãtes, nulla demonſtrationis lege comprehenſæ. Ad quas confutãdas, longius à propoſito euagari coactus eſt, dum explicat arteriarum, venarum neruorumque ortus ac proprietates, quid item affectus: & vbi illorum ſedes. Quibus abſolutis: tum demum accedit ad ea: quæ titulus pollĩcetur: videlicet Hippocratis *ac* Platonis *dogmata, quæ hiſce ſequentibus duobus libris: explicantur. quatenus inter ſeſe conſentiant ac pugnent. præmittitur hic excuſatio de prolixitate ſuperiorum librorum: ſimulque compendium quoddam illorum: ac imprimis libri ſexti. Hæc prior pars tribus capitibus abſoluitur. Inde ſequitur diſputatio de quatuor* Hippocratis *&* Platonis *placitis. primum eſt de elementis. Alterum de humoribus quatuor: ſanguine: pituita, vtraque bili. Tertium: de naturalium actionum opifice, quem* Hippocrates *natiuum calorem* Galenus *ignem appellat. poſtremum de reſpiratione: cui adiungitur quæſtio de illo* Platonis *dogmate: quod pulmo ad mitigandum cordis æſtum ſpiritum admittit & potum.*

ARGVMENTVM CAP. I.

Prolixitatis ſuæ cauſas & occaſionem oſtendit. Cũ enim ad principatum animæ demonſtrãdum ſumeretur, vnã eſſe animæ ac ſenſuum neruorũque ſedem ſubſumerent autem quidã falſo, in corde eſſe neruorum initium, quare inibi animæ ſedem: diſputatio in longum protracta eſt. Chryſippus itẽ occaſionem præbuit de affectibus diſſerendi, cũ doceret idẽ eſſe animi, affectuũque principium. In corde autem eſſe affectus proinde etiam principem animæ partem.

Cum de Hippocratis & Platonis decretis, conſiderare propoſuiſſemus, primum illud maximè neceſſarium & medicinæ & philoſophiæ eſſe docuimus, vt pluréſne eſſent, quæ hominem regunt facultates, an vna tantũ, certiſsimè inueniremus. Deinde inquiſitionẽ earũ aggreſsi, lege demonſtratiua, notionẽ ab omnibus cõceſſam illã eſſe diximus, animæ videlicet principatũ eum eſſe vnde origo & ſenſus, & motus ex voluntate exiſteret. nihil autẽ ad p̃ſens ꝓpoſitũ interſit, ſiue ex voluntate, ſiue ex appetitione aut incitatiõe dixerimus. perſpicuũ enĩ eſt, alias eſſe motiones, dũ brachia & crura porrigimus & cõtrahimus, dũ ambulamus

Animæ principatũ eũ eſſe vnde origo & ſenſus & motus ex voluntate exiſteret.

&

& currimus,dū ſtamus & ſedemus, aliudq́; huiuſcemodi agimus. alias cordis, & arteriarū quæ ex noſtra voluntate nō efficiuntur.aliud itidem tertiū genus motuū,eorū qui in alimenti diſpenſatione conſiſtunt. Veruntamen,à voluntariis nos exordio facto,in quibus qui propriè vocatur animæ principatus,agnoſcitur, vnam tantā poſſe ſcientiæ effectricē,colligi rationē oſtendimus,ab ipſa quæſitæ rei ſubſtātia,quæ habeat propoſitiones,in hunc modū.Vbi neruorū origo,ibi etiā animę principatus eſt. atq; hæc præcipua rationis propoſitio, ab omnibus tam philoſophis,q̄ medicis conceditur.altera quaſi eius aſſumptio vera,hęc eſt.origo neruorū, in cerebro eſt falſa, illa origo neruorum eſt in corde. quam quidē falſam aliquis & ſcribere,& apud diſſectionis ignaros , etiam iactare, oſtendere verò nullo pacto poteſt. nerui etenim in omnia animalium membra, aut à cerebro ipſo cōtinenter perueniunt,aut per mediam dorſi medullā tranſmittuntur. Illi igitur primi huiuſce prolixitatis authores extitere, qui cōtra euidētia, mētiri non erubuerūt. Non Hippocrates, neq; Eraſiſtratus, neq; Eudemus,neq; Herophilus,neq; Marinus. qui omnes poſt veterum memoriam, diſ-

Vbi neruorū origo,ibi etiā animæ principatus.

ſectoriã ſpeculationem, negligentia poſte ritatis interlapſam, pro ſe quiſq; reſtimerunt. Vnde ſi ad tantum quod ex diſſectio ne extat, dictum ab illis fuiſſet, nõ tam lon gis ambagibus eſſemus euagati, cum vna demonſtratione, quæſita res inuenta ſit. Nobis verò ſtatim in primo libro, opus fuit lõgiore vti oratione, eorum cauſa, qui quæ omnino non norant, quaſi certiſsimè explorata haberent, ſcriptis mandare auſi ſunt. vbi & neruorum. & arteriarum diſſectionem, ſummatim coacti ſumus referre. In ſecundo ex rationibus, de principatu animæ ab illis propoſitis, eas maxime probabiles eſſe oſtendimus, non quæ ex arte demonſtratiua conſtarent, ſed quæ ex genere proximo eſſent, quas dialecticas appellare Ariſtoteli mos fuit. nonnullas etiã ex iis, quæ longe abſunt, quas in oratorias, & cauillatorias diuidere cõſueuim⁹. Quod factũ à nobis fuit, cum ipſius materie, tũ amicorum quorundam cauſa, qui voluerunt ex mutua collatione rationum, differentias ita habere, cum in vna propoſita quæſtione, ad alia multa etiam eſſet vtilis hæc exercitatio futura. Sed quia Chryſippus, rationẽ huiuſcemodi ſcriptã reliquit, vbi affectus animi ſunt, ibi etiam principatus

Dialecticæ probationes proxime demonſtrationis ſecũdũ Ariſtotelem.

tus eſt. affectus autem animi in corde ſunt. in eodem igitur principatus ſit, neceſſe eſt. eum in prima huius rationis propoſitione docuimus, id de quo quæſtio eſt aſſumpſiſſe. Nam cum Plato dixerit in capite rationem, in corde iracundiam, in iecore libidinem eſſe collocatam, debebat Chryſippus, ea quæ in confirmationem ſui dogmatis adduxerat Plato, prius refellere, non ita abſolute, ſuam prolatam ſententiam, Platonis rationibus probabiliorem exiſtimare oſtendimus inſuper, hominem ne attentaſſe quidem in ſuis ſcriptis, Platonis rationibus contradicere. vt omnes qui nondum etiam philoſophiam attigiſſent geometræ, arithmetici, ratiocinatores, aſtronomi, architecti, muſici præterea, gnomonici, rhetorici, grammatici, & demum ſi quis in arte logica eſſet exercitatus, aliorũ omnes rationes quas de principatu animæ ſcripſerunt, refutatas fuiſſe, Hippoc. verò & Platonis, veras eſſe certiſsimè crediderint.

At cum ipſius Chryſippi libri, de perturbationibus conſcripti, in rationali parte animæ, affectus omnes. iras, timores, mœrores exiſtere aſſererent, eiuſq́ue ſectatores, id veriſsimè dictum eſſe con-

tenderent, coactus ſum idcirco, oſtendere Chryſippum non modo falſa pleraq; de affectibus, ſed etiam ſibiipſi repugnantia, ibi dixiſſe. Vnde effectũ eſt, vt prioribus duobus, tres inſuper libri additi fuerint, in qb. ſtatim in initio declarauimus, Poſidoniũ, maximè omnium ſtoicorum ſcientiis eruditum, quippe qui in geometria eſſet exercitatus à chryſippo defeciſſe: in libroq́; de affectibus, affirmare à tribus nos facultatibꝰ regi, cõcupiſcibili, iraſcibili: & rationali. Cleãthéq́; eiuſdẽ ſentẽtie eſſe. Quinetiã de virtutibꝰ, recte his principiis poſſe trãſigi orationem, dicere eũdem docuimus: atq́; id in magno commentario à ſe peculiariter, hac de re conſcripto.

ARGVMENTVM CAP. II.

Eorum philoſophorum culpa, longius producta eſt diſputatio, qui vel prorſus demonſtrandi facultate fuerunt deſtituti, aut breuem non potuerunt adinuenire.

Excuſat ſe quòd in ſtoicos prolixitatis nõ ſit ĩ cauſa.

QVibus omnibus patere arbitror, prolixitatis minus me eſſe in cauſa, ſed illos, qui omnia tum de animæ principatu, tum de affectibus à Chryſippo cõmenta, temerè ac petulanter laudarunt. Quæ quidẽ omnia, irreprehenſa ego omittere decreueram, propterea ꝙ deos oẽs teſtor, eas impu-

impudentium rationum redargutiones, aſcribere me pudebat: meliusq́, eſſe exiſtimabam, vt pleriſq; ignotæ eſſent, ne cognitæ nocerent, ſi vidiſſent philoſophos homines ea, quæ, ne minimũ quidem vidiſſent, quaſi optimé vidiſſent, ita prodidiſſe. Minus ſiquidem erubeſcunt, etiam ipſi in mendacio deprehendi. Erubeſcendum etiam illis eſt, qui cum in philoſophia conſenuerint, nõdũ cognoſcunt, vnam eam ſolam rationem lege demonſtratiua de animæ principatu eſſe collectã, in qua aſſumptio vera cerebrũ falſa cor, neruorum originem ſtatuit. Vt de animæ principatu, tractationem non modo non in quinque libris, ſed ne in vno quidẽ integro contineri, neceſſe fuerit, apud eos nempe, qui qualis res ſit demonſtratio ſcientiam efficiens, probe cognorint. Quæ, mea quidẽ ſentẽtia, philoſophis magis quã geometris, aut arithmeticis, aut ratiocinatoribus, aut aſtronomis, aut architectis conuenit. Et tamen minus in ea philoſophi, quàm illi ſunt exercitati. Nã Euclides, vno tantũ theoremate, quod primũ in libro de apparentibus poſuit, terram mediam eſſe mundi partem, & puncti centríque rationem ad ipſum obtinere, pauciſſimis verbis demonſtrat. Quod periti ex demroſtra

tionis concluſione, tam pro certo habent, quam bis duo quatuor reddere. At philoſophi, ea nonnulli de magnitudine & ſitu terræ effutiunt, vt inueniantur, quos totius philoſophici inſtituti poſtea pœniteat. Cũ enim ii qui ſemper hortantur & monent, nihil procaciter neque agendum, neque dicendum, petulantiſsime ſe gerere cernuntur: illi verò quos ſuperius dixi artifices, licet ſapientes ſe, vt philoſophos minime putent, demonſtrationibus tamen apte vtuntur, nunquam pugnantes inter ſeſe, aut diſſentientes, nihilq́; impudenter quod ignorant, pronunciare audent: quo modo totum philoſophiæ inſtitutum, videri pudendum non debeat? Ita igitur ratio vera, breuis admodum euadit. quæ, vt ego oſtendam paucis ſyllabis conficitur, ad hunc modum. vbi neruorum origo, ibi animæ principatus. origo autem neruorum in cerebro eſt. hic igitur eſt animæ principatus. Vna hæc eſt duabus & quadraginta ſyllabis, hoc eſt duobus hexametris verſibus, & dimidio contenta. altera quinque ad ſummum verſibus conſtat ita: Vbi affectus animi, manifeſtius corporis membra agitant, ibi affectibus obnoxiam animi partem eſſe, cenſendum eſt. at cor cernitur in ira & ti-

more, magna motus immutatione affici, in corde igitur affectibus obnoxia animæ pars collocata eſt. Quòd ſi vtraſque has ſimul componas, tota quæ ex compoſitione reſultabit oratio, hexametros octo non excedet. Qui nam igitur in cauſa fuere, vt quinque libri conſcriberentur de his, quæ octo heroicis verſibus, poterant ſcientiã efficientibus rationibus demonſtrari? nõ ego certe, ſed philoſophi illi, qui linearibus demonſtrationib. minime vti voluerunt, quorum me pudere dixeram.

ARGVMENTVM CAP. III.

Cur tantopere libro ſexto ſit immoratus, & quæ ſint libri præcipua capita, exponit ordine.

IN quos item culpa differenda eſt, ꝙ de tertio principio, quæ quidem res longiore paulò indigebat oratione, non ita tamen, vt integrum vnum volumen abſolueret, totus ſextus, exaratus ſit liber? in eos inquam, qui in linearibus demõſtrationibus audiendis, minime ſunt exercitati: ſiquidẽ huiuſce etiam ſpeculationis, paucis capitibus continetur demonſtratio. ſicut enim in plantis, craſsiſsimas partes oſtendimus, ex origine ipſarum prodire: ita in duobus ſuperius demonſtratis principiis neruorum, & arteriarum, latiores partes quaſi ſtirpes

&

& truncos ipſis originibus adhærere diximus, alias tenuiores, ramis ſimiles truncorum progreſſu germinare. vnam hanc ſumptioné euidentibus demõſtrationibus confirmauimus. dehinc alteram aſſumpſimus. vegetabilis ſcilicet, ſeu naturalis in nobis facultatis quã cõmunem cum plantis ſortiti ſumus, inſtrumenta eſſe venas: cũ tenues quidem, in ventrẽ & inteſtina pertingant, quemadmodum arborũ radices, in terram defodiuntur: omnesq́; ab vna ea iecoris in porta, ſiue ianitrice ortum habeant: & rurſus à iecore, maxima agrediatur vena, quã cauam appellant. ex qua venulę aliæ, quaſi rami quidam ſinduntur, ac per omnes corporis partes diſſeminantur. quibus conficiebatur, iecur venarum originem eſſe. Cui poſtea adhærebat & illud: communis illius cum plantis facultatis, quæ à Platone, concupiſcibilis nuncupatur, principium in eodẽ viſcere contineri. atq; hæc vna fuit demõſtratio, qua iecur venarum, & cõcupiſcibilis originem eſſe probabatũ. altera eſt illa, quæ inde ſumpta fuit: ꝙ nullũ aliud mẽbrum, in animali reperiretur, cui venæ omnes annexæ coniunctæq́; eſſent. cauã enim venam, è gibbo iecoris exorientem è dextro cordis ſinu, exoriri alii opinati ſunt. ꝙ

Vegetabilis facultatis inſtrumẽtũ

ſi è corde ſimiles ramis, per totum corpus diſcinderentur venæ, poſſemus fortaſſe eã eſſe omnium venarum originem affirmare.ſed non ita cõpertum eſt. Non enim illæ,quæ è ſimis iecoris exeunt, atq; in ventrem,in ieiunium,& tenue,exileq; inteſtinum,& cæcum,& colon, & rectum, tum in lienem,& omentum penetrant venæ,radicibus ſimiles,ab eo oriuntur: ſed alia eſt vena,harum omnium origo, ad iecoris portã collocata. Qui fiet igitur,vt dexter cordis ventriculus, venarum principium exiſtimetur,cum neque aliæ venæ,neq; hæ quæ in ſimis iecoris ſunt, cordi vſpiam committantur? At iecur, non modo his, ſed aliis etiam omnibus,quæ per totum corpus ſparguntur,coniungitur,per eam quæ à connexis partibus eius exoritur.quã medici plerique, cauam ob magnitudinem appellárunt. Hipp.verò, eiuſque ſectatores, iecorariam à viſcere unde egreditur, nominauere. Secundam iam habes iecoris demonſtrationem,qua eſſe id venarum omnium, atque idcirco altricis facultatis originem, conficiebatur. Alia ſubſequitur tertia ab exuperatione ſeu abundanti probatione, hoc modo. ſi dextrum cordis ventriculum cauæ venę principium ſtatuerimus,contra

rium erit euidentibus,iiſque quæ in piſciũ diſſectionibus reperiuntur, quorum nullius (quippe cum pulmone omnes careãt) cor dextrum ventriculum habere,compertum eſt.cur verò vnà cum pulmone, & oriatur & intereat dexter cordis ſinus, in libris de vſu partium demonſtrauimus. ab exuperatione itaque,vt dixi,non parua ex hac etiam ratione dogmati affertur confirmatio.Quin alia quoque,huic non diſsimilis ratio accedit,dum cauæ rectitudinem cõtemplamur. cuius quidem dextra pars, à gibbo iecoris rectæ lineæ inflexibilitate,ad iugula vſque protenditur:ſiniſtra, germen in dextrum cordis ventriculum emittit. hinc nonnulli venarum omnium per totum corpus diffuſarum, quaſi truncum eſſe opinantur. quod ſi verum eſſet, prorſus etiam ipſa,poſt exitum è corde finderetur, ſicut magna arteria.quæ cum omnium aliarum,abſque vlla controuerſia origo habeatur, vbi è corde primum emerſit, in duas ſcindi partes conſpicitur, quo ſcilicet alter eius ramus ſurſum,alter deorſum, per corpus diſpenſaretur.

Quocirca, ſiquidem caua vena è corde oriretur,proculdubio etiam ipſa quemadmodum arteria, bifariam diuiſa, altera

parte, ad iugula aſcendiſſet, altera ad iecur deſcendiſſet. Quod cum minime appareat, neque ex corde eius initium eſſe perſpicuum eſt. Hæ quatuor demonſtrationes in ſexto huiuſce tractatus libro poſitæ, ſatis ſuperque eſſe debent: præſertim iis, qui quid ſit demonſtratio non ignoraret. nonnulla tamen ibidem, licet demonſtrationem ſciétiæ effectricem non continerent, ſicut duæ illæ primæ rationes, ad dogmatis confirmationem diximus. contradictio inſuper, contra diuerſa opinantes habita eſt, vt quantum in me fuit propoſitam iam quæſtionem, breuiſsimè demonſtrarim. non enim prolixitas, in nobis accuſanda eſt, qui rationes eorum falſas redarguimus, ſed in illis, qui eas ita peccantes compoſuerunt. Nam cum tres à Chryſippo, rationales de affectibus ſcripti ſint libri, poſſemque ego ex iis, in quibus ab eo diſſentirem, ſigillatim refutandis, orationem protrahere. id facere nolui. neque omnia quæ de virtutum differentia, quatuor libris complexus eſt, quæ etiam à Poſidonio reprehenduntur, perſequenda mihi eſſe duxi. ſed erroribus tantum indicatis illis, qui ſcientiam efficientes demonſtrationes intelligere poſſunt, in aliud tempus, reliqua,

omnia per ocium oſtendere diſtuli, quæ Chryſippus,tum ſecum, tum cum euidenter patentium veritate pugnantia conſcripſit. proprium enim ea tractatum deſiderant. Nunc verò cupiẽtibus amicis,iam reliqua de Hippocratis & Platonis decretis audire, quæ reſtant dicenda ſubiungemus, à naturalibus elemẽtis ſumpto principio.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Hactenus prolixitatis culpam tranſtulit in quoſdam artis demonſtratoriæ imperitos: accedit nunc,ad placita Hippocratis ac Platonis.primum eſt de elementis. Definitur elementum minima pars eius rei,cuius eſt elementum.Minimũ dicitur, quod amplius ſectionem non admittit. In magnitudine minimũ non eſt, quæ per ſectionem tantum minor euadit. Speciei autem ac vocis finis eſt,vbi conſiſtit diuiſio. Corpora generationi ac corruptioni obnoxia, minimis quatuor partibus conſtant,terra,aqua,aere,igne: in quorum temperatura (iuxta Platonem)conſiſtit ſanitas.ſin excedant vel deficiant, vel in alium nõ ſuum mutentur locum,conſequitur morbus. De his alias Hippocratis expoſita ſententia: quare hic ſolius Platonis ſufficerint verba.

ELementum appellatur, minima pars eius rei,cuius eſt elementum. eſtq́; in prædicamento ad aliquid,ſicut & pars,ſimi li

li enim modo,elementum alicuius eſſe elementum,& partem alicuius partẽ, manifeſtum eſt. Quemadmodũ igitur noſtræ huiuſce vocis, qua colloquẽdo inter nos vtimur, quatuor & viginti elemẽta ſunt, ita omnium corporũ, quæ gignuntur & corrumpũtur,minimæ particulæ quatuor habentur.terra,aer, aqua,& ignis.vt minimũ id intelligatur,quod nõ amplius ſuſcipere ſectionẽ poteſt.nam magnitudinis diuiſio, nullum habet huiuſcemodi minimum.ſed quæ aliquãdo cõſiſtat, terminumq; reperiat,ſola ſpeciei ſectio eſt, perinde ac vocis.vox enim cõpoſita hæc, Iram Pelidæ, mecũ Dea coacine Achillis, eſt quoddam totum.cuius partes ſunt, Iram, & Pelidæ, & mecum,& Dea,& cõcine,& demũ Achillis.vnaquæq; harũ iterum in ſyllabas, ſyllabæ rurſus in elementa,diuiſionem ſuſcipiunt.I namq; prima ſyllaba, vno conſtat elemento.ram tribus compoſita eſt, quorum nullum,in alias minores voces partiri poteſt.ac propterea, minimam vocem, itaque indiuiſibilem vocamus.ſicut etiam philoſophis mos eſt, Dionem indiuiduam ſubſtantiam appellare.ita quoque Plato, breuiſſimam orationẽ eam vocat, quæ ex nomine cõſtat & verbo. breuiſſimam vtique,

Specierũ ſectionem eſſe perinde ac vocis.

que,quatenus oratio eſt. nam vnaquæque res quæ ex ſpecie & dicitur,& intelligitur, cùm non amplius ſectionem in plures ſpecies admittit, his nominibus nuncupatur, breuiſſima,indiuiſibilis,elementum dicta. At verò de elemẽti vocabulo, habes in tractatu de medicis nominibus, integrũ à nobis conſcriptum librum. De magnitudinis autem diuiſione, plura à geometris traduntur.quibus probant conſiſtere eam nõ poſſe.nullumq; finem habere, ſed rem, quæ ſecatur, minorem ſubinde quantitatem adipiſci.

Elementũ in naturalib. corporibus.

Cũ verò ſpeciei ſectio deficiat,inter omnes cõſtat,in ſingulis rerum generibus,indiuiduam quandã formam & ſpeciem eſſe, eodem modo, quo in naturalibus corporibus,elementum eſt,terra inquã,aqua, aer, & ignis. cuius rei demonſtrationem,ſcribere hic mihi neceſſe non arbitror,cũ de elementis ſecundum Hippocratẽ, aliud à me iam editũ ſit commentariũ.quod quidem planius,ſicut pleraque alia ſcripſiſſem,niſi illius tantũ qui id erat accepturus, non imperitiorum quoq; in quorum manus erat venturum,habuiſſem rationem. Quod cũ multi iam haberent,nequaquam aliũ librũ mihi eſſe ſcribendum duxi.præſertim cùm

pau

pauca in eo ſint,quæ longiore egeant explicatiōe.cuiuſmodi hoc eſt, quod dicebamus de elementi notione. quod latius vno eo integro (vt dixi) libro explanatum fuit.nūc per capita recenſuimus omnia, quæ in libro de elementis ſecundum Hippo. magis fortaſſe dixiſſemus,ſi ſyllabis ipſis elementum indiguiſſet. Sed cūm ab Hippocrate, de natura hominis ſcriptus fuiſſet liber,eíque additus alius,de victus ratione admodum paruus,quibus inſerta quædam venarum diſſectio fuit,quā qui diſpoſuit libello de natura hominis, & de victu,videtur adiunxiſſe,noſtrum illud commentarium de elementis ad Hippocratis ſententiam, huius de natura hominis, expoſitio eſt. non ita tamen facta, ſicut ſolent,qui enarrationes componunt, vt ſingula verba perpendant, ſed vt ſola ea quæ dogma continent, cum ſuis demōſtrationibus explicet. quas ſi diſcere cupis,ad eū legendū librū te trāſfer. mihi non eſt mos,eadē in diuerſis commentariis repetere.Hic igitur,ſolius Platonis verba aſcribam, in quibus Hippocrati conſentiens,corpora noſtra ex terra,igne, aere,aqua concreta eſſe affirmat. Quod cū aliis etiam in libris dicat, nunc ſatis erit, ſi locum ex Timæo citauerimus, vbi ad

Galeni morē nō eſſe, eadē in diuerſis cōmentarÿs repetere.

hunc modũ ſcribit. Cùm quatuor ſint genera,ex quibus corpus noſtrũ compactum eſt,terra,ignis aqua,aer,horũ ſanè præter naturã redundantia & defectus, & ſedis è propria in alienã facta mutatio, & rurſus tum ignis,tum aliorũ, quũ plura vno ſint ipſorũ genera, ſi ſingula non id quod ſibiipſis cõuenit aſſumũt,&omnia huiuſmodi, ſeditiones,& morbos afferunt. His verbis manifeſte declarauit Plato,non ſolũ ex terra,aere,aqua igne corpora noſtra cõſtare, verumetiã,ex his mẽſura quadã inter ſe cõtemperatis,ſecundũ naturã ſe habere,quod idẽ eſt,quod valere: deficiẽte verò aliquo, aut redũdante, aut etiam in alienũ locum migrante,ægrotare. exceſſum porrò & defectũ,ęquabilẽ temperaturã,in qua primorum corporũ ſanitas cõſiſtit, corrumpere nemini dubiũ eſt.quod idẽ,ex ſediũ tranſmutatione fieri liquet, ſi cõſideremus pectoris, & aſperæ arteriæ inſtrumenta ſtatim, vbi aut ſanguis, aut aliquis alius humor inciderit,integrã ſanitatem amittere. pari modo etiã ventrem,inteſtina, venas, carnem pati,ſi intra ſe,aeream aliquã materiam collegerint. ſed Plato quoq; ipſe,ſequentibus verbis hoc tibi patefaciet,ita inquiẽs: Cùm enim præter naturam vnumquod

Menſura temperiei & exceſſus in conſtitutione corporum vel defectus.

quodque afficitur, & tranſmutatur, calefiunt, quæ prius frigebant: humeſcũt, quæ ſicca fuerant: leuia itẽ grauitatem adipiſcũtur: ſicq́; omnia omnes mutationes ſuſcipiunt. tantũmodo enim hoc dicimus, quod idem ad idem, ſecundũ idem, & ſimiliter, & ex proportione accedens ac decedens, id quod cũ ipſo idem eſt, ſoſpes ac ſanum eſſe permittet. Quod verò ab his aberrabit, horum vnumquodq; aut accedens, aut decedens, alterationes perquã varias, & morbos interitusq́; innumerabiles inducet. Hic Plato & corporis noſtri conſtitutionẽ è terra, igne, aere, aqua exiſtere, & ex horum vel defectu, vel exceſſu, vel translatione, morbos fieri manifeſte declarauit.

ARGVMENTVM CAP. V.

Non diſſentit Hippocrates à Platone, terrã, aquã, aerem, ignem, non appellans elementa. philoſophia duplex, practica, quam ſequitur Hippocrates: theorica, quam Plato. Ea medicis prorſus inutilis eſt, qui eatenus tantũ de elementis diſputant, quoad morborum ſeruit curationi. Plato inſuper illorum perſcrutatus cauſas, proprietates figuras tribuens igni pyramidalem cubicam terræ octaedron aeri icoſaedron aquæ. Verum hæc omnia neglexit Hippocrates.

SEd videbitur fortaſſe, quia elementa ea non vocat, ab Hippocrate diſſentire. At neq; Hippocrates, elemẽta nominauit, ſed tantum ex eorũ concurſu, & confuſione, naturalia corpora conſtare aſſerit. nihilq́ue vltra hæc, cùm nulla id poſtularet neceſſitas, ſibi progrediendũ putauit. quippe qui actiuam ſolũ, ſpeculatiuam artem minime tractaret. Plato verò, qui contẽplatiuam philoſophiã nobiliorẽ exiſtimabat, ſolas quæ in elementis extant facultates, conſiderare ſatis non habuit. ſed cauſam quoq; eorum generationis, inquiſiuit, inutilẽ nimirum medico ſpeculationẽ ſecutus. Nam ſcire cur humectet aqua, vrat ignis, vel cur fluat aqua, ſurſum feratur ignis, ſtabiliſſimaq́; & grauiſſima elementorũ terra cõſtiterit, ad morborũ curationes nihil confert.

Ad ſanitatis conſeruationem quid cognoſcẽdũ ex elementis.

illud enim tantum ad ſanitatis cõſeruationem, morborumq́; medelam ſufficit, vt cognoſcamus, ex calidi & frigidi, ſicci & humidi tẽperatura, ſanitatẽ effici, ex horũ cõtra intẽperaturis, morbos animalibus accidere. indagare autẽ; an ex pyramidis formã habẽtibus partibus, ignis cõſtet, an aliqua alia cauſa ſit, cur occurrentia corpora incidat, ac diuidat, ſpeculatiuæ philoſophiæ opus eſt. quam tractans Plato, ignis partes

pyram

pyramidis forma eſſe ait, cubicas terræ.figuramq́; eam quæ ab octo baſibus octa edros vocatur,aeri, icoſa edron à viginti aquę aſcribit.Qua de re,rectene an ſec⁹ opinatus fuerit, non eſt præſentis negotii definire. reddere enim ratione propoſueramus,cur elementa non vocarit terram, aquam,aerem,ignem : non, falſóne formas has ſingulis aſſignet. diuidit rurſus ſingula hæc, ratione ac conſideratione in materiam & formam. & quia forma compoſita eſt, pyramidis inquam, ex quatuor æquilateris triangulis, cubus ſiue hexaedros ex quadratis ſex, octaedros ex octo æquilateris triangulis,icoſaedros,ex viginti triangulis, rurſus planarum figurarum, quæ has ſolidas circunſcribunt,ordinem ſpeculatur. atque inquit,æquilaterum triangulum, ex rectilateris duobus, quadratum verò ex quatuor conſtare.ac quoniam progredi vlterius non poterat, in his quaſi in minimis cõſiſtit.atq; ea de cauſa,elementa hos appellat,alterum æqui lateri triãguli, quadrãguli alterũ.

Ipſius enim orationes adſcribam. prima: de pyramide ita adverbum habet, erit vero prima ſpecies ex minimis cõſiſtẽs.cuius elemẽtũ eſt ea figura, quæ ſubſtratã baſin

ſin latere breuiore, duplo maiorem longitudine habet. Secunda oratio poſt hanc de icoſaedro ſequitur iiſdem his verbis etiam ipſa. Tertia verò, inquit, ex bis ſexaginta elementis compactis, & ſolidis angulis duodecim, quorũ ſinguli quinq; planis triangulis æquilateris continentur, viginti habens triangulos æquilateros pro baſibus. Nunc trianguli, qui plana corpora ſolidas figuras terminantia conſtituunt, elementa vocata ſunt, procedendo tamen etiam quæ à planis præfiniũtur corpora, elementa nominat, cùm ſcribit. Sit igitur recta ratione, & veriſimili, quæ pyramidis ſolida figura exiſtit, ignis elementum, ac ſemen. vt ſenſibilem hunc vniuerſum ignem collectioné eſſe compoſitionemq́; paruorũ quorundá corporum figuram pyramidis habentium exiſtimemus. Quaſi triticei acerui, vnumquodq; tritici granũ, elemẽtum eſſe dicas, ita ſingula ex his paruis corporibus elementa appellat Plato. pari quoq; ratione, vocis eleméta ait, ſyllabas primum gignere, mox ex ſyllabis, conſtare nomé, & verbũ, præpoſitioné, articulum, coniunctionem, & cætera, quæ Chryſippus, orationis nuncupat elementa. Hæc quidé, cùm nulla tamen eſſet neceſſitas, diſſerui, ne videlicet

Elemẽta ſingula ex paruis corporibus.

litig

litigioſus aliquis haberet, vnde orationem noſtram labefactaret, in dogmate de elemẽtis, aſſerens Platonẽ ab Hippocratis diſcrepare ſententia. cũ neq; prorſus ipſe Hippocrates terram, aquam, aerem, ignem elementa nominarit, ſed ex ipſis nos conſtare dixerit, non requiſita inſuper cauſa, quam ob rem, illam quã ineſſe in ipſis euidenter cernimus, propriã vim habeant. Plato autem, præterquam quòd ex quatuor his cõcedit omnia. quæ gignuntur & intereunt corpora cõcreta eſſe, etiã illud poſtea, perſcrutatus eſt.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Diſſerit de generatione ex elementis, quomodo ex iis, noſtra cõſiſtant ac generẽtur corpora. Ex elementis, omne cõſtat herbarũ genus, quæ pabulũ præſtãt brutis, quibus dũ naſcitur homo, in eo gignitur pituita, bilis vtraque, & ſanguis. qui noſtræ generationis materies eſt. Eo primũ nati alimur. In adultis, ſolidior cibus, vertitur in ſanguinẽ, pituitã, flauã & atrã bilẽ. Porrò cùm dixiſſet morbũ, ex primorũ corporũ intemperie creari: nec idẽ videretur Hippocrates intellexiſſe, nomine primi & ſecũdi corporis, & Plato ſecũdæ tãtum meminiſſet cõſtitutionis corporis explicatur quænã corpora prima, quæ alias ſimilaria & ſimplicia dicũtur, appellanda ſint, quæ-

que

que ex his compoſita inſtrumentaria.

Ortus plātarū fructuum & ſeminū.

IAm verò modū,quo ex elementis corpora cōſtituuntur, eundē vtriq; poſuerūt, non ex terra ſcilicet aqua inſperſa, ſoleq́; excalfacta cōtinuo generari animalia aſſerentes,ſed multis interuenietibus mutationibus.ex quatuor ſiquidē elementis, plantarum ortus,& fructuū,&ſeminum exiſtit. quæ omnia poſtea ouibus, ſuibus, capris, bobus,reliquiſq́; animalibus, quæ vel herbis,vel arborū fructibus, vel ramis,vel radicibus veſcūtur,alimētum præſtāt.at hominibus,ipſa hęc animalia,nutrimēto ſūt. ex quibus quidē cibis, ſanguis in ipſis gignitur,& pituita, & geminæbiles.ſed ſanguis plurimus,vnde ſol⁹ ex omnibus in venis apparet.alia pauciora creātur.atq; hic ſanguis,eſt noſtræ generationis,quaſi materia.qui ex quatuor quidē humoribus cōſtat,à dominio tamē ita appellatur.gignimur q̄ppe ex ipſo,dū in vtero cōcipimur, primāq; formationē adipiſcimur.ęditiq́; in lucē deinceps, formatorū mēbrorū diſtinctā explicationē,incrementū,& perfectionē inde accipimus. ac principio, lacte æducamur,ex ſanguine ortū habēte.deinde iiſdem,quibus adulti,cibis veſcimur, vnde rurſus ſāguis,& pituita,& flaua,& atra bilis

lis generatur. Flauam verò, aut luteam bilem appellare in præſentia nihil interſit. Quæ porrò omnia Hippocrates primus omnium quos ſciamus, & medicorum, & philoſophorum optime definiuit. atque ideo primorum corporum ægrotationes, ex intemperatura fieri prodidit. ſed quænam appellem prima corpora, prius explicemus, ne in oratione hac, quicquàm obſcurum relinquatur. nam ipſe Hippocrates, corpus primum, aut ſecundũ, ſicut Ariſtoteles, non videtur appellaſſe. Plato, ſecundam quandam corporum aſſeruit eſſe conſtitutionẽ. primam verò, neque ipſum nominaſſe compertum eſt. ſed quia ſecundam dixit, aliam quandam ante eam ponere, proculdubio apparet. quam videlicet Ariſtoteles, vtpote qui latius de animalium partibus, & generatione tractarit, ſimilarium nomine inſigniuit. quãto enim quis exactius, ſubtiliusq́ue quancunque rerum naturam conatur explicare, tanto plura nomina inueniat, neceſſe eſt. corpora itaq; quæ vna circunſcriptione claudũtur, interdũ ſimiliaria, eo quòd omnes partes, tum ſibi mutuo, tum toti ſimiles habeãt interdum ſimplicia, & prima nuncupãtur. quippe cũ ea poſtea cõſtituãt, quæ cõpo-

Primorũ corporũ ægrotationes ex intemperatura

ſita

ſita, & inſtrumentaria ſolemus appellare. digitos inquam, manum totam, cubitum totum, totum brachium. & quæ his reſpondent in cruribus, digitos, pedem, tibiam, & femur. Quinetiam oculus, lingua, cor, pulmo, reliqua viſcera, venter, inteſtina, inſtrumentaria ſunt. ex quibus poſtremo, totum corpus componitur. prima igitur noſtra generatio eſt ſanguis, qui ex alimento intra corpus ſumpto efficitur. eſt item ſemen.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Sanguis eſt generationis & corporeæ conſtitutionis materies. Hippocratis *eſt opinio, ex primorum ſeu elementorum commiſtione, animantis corpus ſubſiſtere.* Ea *ſunt ſanguis, bilis flaua, reſpondens igni, atrabilis terræ, pituita aquæ.* Horũ *inter ſe moderata ſi ſit temperies tum facultate, tum multitudine, valebit animal: ſin aliquid defecerit, aut abundarit, aut in corpore ſit ſeparatum, nec iuſtè cum aliis temperatum, dolebit. Iſta rectè tribuit* Hippocrates *humoribus.* Plato *elementis non rectè.* Hoc *tamen non male, quod in ſecundis conſtitutionibus ſecundũ naturam humores facit morborum cauſas.* Sub*iicitur de bilium differentia & morbis, qui ex ea & pituita naſcuntur.* Bilis *omnis ex nimio oritur calore.* Omniſque *in corpore inflammatio,*

tio,ex bilis naſcitur incendio. pituita acida & ſalſa,fons omnium eſt morborum, qui deſtillatione creantur.

Sanguis quid ſit.

SAnguinē voco, qui ex dominio hoc nomen ſortitus eſt, quiq́; in venis continetur.ex his,primæ illæ partes exiſtūt,cartilago,os,neruus,membrana,ligamentum, id genus reliqua. ex quibus poſtea oculus, lingua,caput,viſcera, crura, & brachia gignuntur.vnde totū demū corpus cōſtituitur.Quo circa Hippocrates, in libro de natura hominis,cū hāc ex elementis vnionē, cōmiſtionéq; omnibus naturalibus corporibus cōmunē eſſe dixiſſet,ad eā quę in animalibus eſt,cōſiderāda trāſit. atq; illis quidē nō omnibus,ſed ſanguine præditis tātū, inter quæ eſt etiā homo.ad quē, tota deinceps eius feſtinauit oratio.ſcribit igitur de ipſo in hūc modū. Corpus hominis habet in ſe ſanguinē,& pituitā, & bilē tā flauā,q̃ atrā.ex quibus natura corporis eius cōſtat & ꝓpterea dolet, & valet,maxime cū moderata hæc inter ſe cū facultate,tū multitudine,& miſta optimē fuerint.dolet, cū aliquid ex his plus vel minus vel ſeparatū in corpore fuerit, nec bene cū omnibus cōfuſum extiterit.neceſſe quippe cū vel ſeparatū quid eſt, & in ſeipſo cōſiſtit, nō ſolū eū

Corpus hominis quādo dolet vel valet.

H locum

locũ vnde ſeceſsit morbidũ fieri, ſed etiam cũ in quo ſtat,& in quẽ propter nimiã copiam diffuſum eſt, dolore ac morbo vexari. Etenim quũ quid horum, extra corpus effluxerit amplius q̃ redundat, euacuatio ipſa dolorẽ exhibet. Rurſus itaq; ſi idem intus fecerit euacuationẽ & tranſitionẽ, ab aliis ſecretionem, geminatũ dolorẽ exhibere neceſſe eſt, nempe & vnde ſeceſsit, & vbi receptũ redundat. Hactenus Hippocrates. Quem ſequi Plato, illis paulo ſuperius citatis verbis, mihi videtur voluiſſe, vbi de quatuor elementis generationis noſtræ, & vniuerſali morborũ ratione agebat. quorũ initiũ tale fuit. Cũ quatuor ſint genera, ex quibus corpus noſtrũ cõpactũ eſt, terra, ignis, aqua, aer. & reliqua. Accuratius verò de ipſis, medicoq; etiã vtilius ſcripſiſſe Hippocratem cõſtat. quippe qui, cum ex quatuor elementis corpus noſtrũ dicat extitiſſe, ab effectricibus qualitatibus omnino ea appellat, ſiccum, humidum, calidũ, frigidum. neq; tamen de morbis ſecũdum illorum rationem ſermonem facit. poteſtate ſiquidem in corporibus, non actu inſunt. actu verò inſunt, quæ ex ipſis per media alimenta gignuntur, ſanguis, pituita, flaua & atra bilis. igni flaua, atra terræ

Effectrices qualitates.

pitu

pituita aquæ correſpondet.atq; idcirco,calida & ſicca eſt flaua bilis facultate, ſicut ignis,atra frigida & ſicca perinde ac terra, pituita non ſecus,atque aqua,frigida & humida euaſit.ſolum autem aereum elementum, in animalium corporibus iuxta naturam ſuam, tum in reſpirationibus, tum in pulſibus cernimus perſtitiſſe. Quin-
10 etiam in palpitatoriis affectionibus inflationibus, tumoribus, atque iis quos flatus dicere cõſueuimus. æquabilis autem ex omnibus quatuor elementis temperatura. exquiſitum ſanguinem creat.meliusq́; eſt, vt de humoribus dicamus,quod de elementis Plato ſcripſit. Nam Hippocrates cum dixiſſet,corpus hominis in ſe habet ſanguinem,pituitam,flauam,& atram bilem.deinceps ſubiungit ,& propterea dolet & va- *Verbū dolet & valet quomodo intelligatur.*
2 olet. vt dolet per excellentiam magni morbi,de omnibus præter naturã,valet de oppoſitis ad præter naturalia omnia, intelligatur. Inde progrediendo, quo modo valeat, docet ita. valet maximè cum moderata hæc inter ſe , tum facultate , tum multitudine, & miſta optimè fuerint. Quænã hæc? non elementa ſanè,ſed quæ cõtinẽter & proximè corporis mẽbra ꝓducunt ſan-

guis videlicet, & pituita, & geminæ biles. dolet, inquit, cum aliquid ex his, plus vel minus vel ſeparatum in corpore fuerit, nec bene cum omnibus confuſum extiterit. Id quod Plato, paraphraſticè imitatus, ait. & ſedis è propria in alianā facta mutatio. ſed hic, vt dixi, errat cum addit; & rurſus tum ignis, tum aliorum, quum plura vno ſint ipſorū genera. non enim ſunt hæc quæ trāſmutātur, & ſedem in animaliū corporibus variant, ſed pituita, bilis & ſanguis. nā ſanguis quoq; ſæpenumero, aliena ſede occupata letalium morborū cauſa efficitur. Illa porrò, ꝙ cum plus & minus, vnūquodque ex iis ꝗ nos cōponunt, euadit, morbi cōſtituantur, & de humoribus, & de elementis cómunis oratio eſt. ꝙ verò idem fiat, cùm aliquid per ſe in aliquo corporis loco conſtiterit, non amplius de vtriſq; verum reperitur. perſpicuè enim humores videmus, quocunq; in membro per ſe conſtiterint, morbos inducere, ignem ſacrum, & herpetas, Bilem flauam, cancros Nigrā, tumores Pituitam. Sanguis quoque è propriis vaſis effuſus, cum in pulmone, & inter pectus & pulmonem collectus putruerit, tabem affert. concretus etiam in ventre, & in magnis vulneribus extremis periculis homi

Humores quocūque in mēbro per ſe cōſtiterint, morbos inducere. vel ſi ſeparētur ab alijs.

mines expoſuit. At terram nullibi videmus per ſe ſolã, in corpore cõgregatã eſſe. nullibi ignem, nullibi aquã. ſed ſanies tantum quaſdam aqueo, & igneo elemẽto inter ſe cõmiſtis, neq; illis ſynceris, ſed cœnoſam quandã craſsitiem adeptis. eodem modo etiam, cum aerea ſubſtantia, humido vapore coniungitur, flatuoſus ſpiritus in animalibus gignitur. Recte igitur Hippo. humores ſcripſit, & ſeparatos ab aliis, & in quolibet membro ſigillatim collectos morborũ cauſas exiſtere. Plato verò idem de elemẽtis nõn recte. De generatione itaque ex elementis, de ſanitate, & morbo ſimilariũ, primorumque corporũ hactenus. nunc ad reliquam in Timæo ſcriptam orationem deſcendamus. quam tamen expoſitione iam præuenimus, ſic ad verbum habentem: Cum verò ſecundæ conſtitutiones ſecundum naturam conſtiterint, ſecunda etiam quædam morborum intellectio, volenti cuique animaduertere, ſeſe offert. nam cum medulla, & os, & caro, & neruus ex illis conſiſtant, ſanguis præterea, quamuis alio quodã modo ex iiſdem factus ſit, cæterorum pleraq; quemadmodum ſuperiora eueniunt, maximi verò morbi hoc modo grauiſsime ingruunt. Hic lite Pla- *Secunda ni*

omnium elementorū conſtitutio. ab humorib. ortū habentia.

to, recte quidē ſecūdū omniū elemētorum conſtitutionē medullæ,& oſsis,& carnis,& nerui ait eſſe ex humoribus enim,quorum prima eſt generatio,ortū hæc habent. non recte tamen, ſanguinē inter ipſa cōnumerauit.quippe qui primæ, nō ſecundæ conſtitutionis opus ſit. Quanq̃ mihi videtur, etiam ipſe diſsimilitudinē quandam ſanguinis aduertiſſe, atque ideo non abſolute ita dixit:nã cum medulla,& os, & caro, & neruus ex illis cōſiſtant, & ſanguis præter ea:ſed addidit,quãuis alio quodã modo, ex iiſdem factus ſit.quibus verbis fatetur, nō eadē conſtitutione ex quatuor elementis, vt os,& medulla,& caro,& neruus,ſed alia ſanguinē procreari.qui quidem,prior illis omnibus, cōmunē cum aliis humoribus generationem,ſortitus eſt, ex quibus poſtea prima corpora,medulla ſcilicet,caro, neruus,os,conſiſtunt, atq; alia multa. integer enim à me de ſimilariū corporū differētia ſcriptus eſt liber. At verò ſi quis à Platone quæſiuiſſet, quiſnã alius modus ſanguinis generationis ſit illæ,quem innuit, mirarer profecto,ſi aliū poſſet dicere,q̃ qui ab Hippocrate fuit explicatus. diffuſius enim vir ille, de humorum generatione,differentia, & facultate tractauit,atque eorū quis, qua

in

in regione, tempore, ætate, corporis habitu dominetur, optimè diſſeruit. Quæ tamen omnia, Platoni nõ fuit neceſſe cõmemorare. ſed neq; illa Hippocratis inſtituto, quæſtio cõueniebat, quid eſſet in cauſa, cur albus pituitæ humor, ſanguinis ruber, flauus amaræ bilis, acidæ verò niger extitiſſet. Cuius tamẽ rei inueniẽdæ cauſam, ipſe videtur præbuiſſe. Quemadmodũ cũ ex linguę coloribus, nigras in corpore affectiones dignoſcendas docet, ex aduſtione fuliginoſa fieri eas affirmans. ſicut enim extra corpus è lucernis, & facibus, aliiſq; huiuſcemodi pinguibus rebus, exire fuligo cõſueuit: ita etiã in animaliũ corporibus ſæpenumero fit, vt torrefactis humoribus ac præcipuæ pinguibus, fuligini ſimile quiddã generetur. Nam pituitam propterea albã apparere, quia in generatione eius multæ paruæ ampullæ in ea contineantur, illud verò dicere non eſt auſus Hippocrates cum maioris id, quàm arti medicæ conueniret, naturæ ſpeculationis eſſe videretur. At Plato & hoc dixit, & de ſanguinis colore in eodem libro diſſeruit. quæ tamẽ in præſentia mihi non eſt opus aſcribere. melius em̃ eſt vt, quẽadmodũ amici quidã faciẽdum cenſent alibi rerum medicinalium

in Timæo ſcriptarum explanationes condamus. Siquidem, cũ de aliis multi cõmentaria ediderint, & longiora etiam nonnulli quàm par erat, de his pauci admodũ, neq; illi quidem bene ſcripſerunt. In præſentia igitur, id tantum dixiſſe ſufficiat, quatuor humores à Platone nõ ſecus atq; Hippocrate plurimorum morborũ in cauſa eſſe exiſtimari. id quod ſigillatim de ipſis, ad calcem libri ſcripſit. principia tantum orationum citabo, reuocandæ memoriæ cauſa. De bilium differentia, ſit ſatis hæc annotaſſe.

Cauſæ colorũ humorum.

Quæcunq; autẽ vetuſtiſsima, concoctioniq; inepta caro colliquata fuerit, ex multa exuſtione nigreſcit, atque ex eo, quia vnde quaq; corroſa adeſaq; eſt amaritudine cõtracta, omni corporis parti, quæ nondũ corrupta fuerit, infeſta euadit. & interdum ex amara, acidiſsima effecta, amaro videlicet magis attenuato, nigrum adipiſcitur colorẽ, interdum ſanguine tincta amaritudo, ſubrubrum colorem habet, viridem verò & herbaceũ, ſi huic niger admiſceatur. commiſcetur prætereà flauus color, cum amaritudine, cum à flãmeo igne recens caro contabuerit. atque his quidem omnibus, bilis nomẽ eſt vel à medicis quibuſdam fortaſſe inditum: vel certe ab ali-

quo eius ingenii homine, qui in multa, ac diſsimilia ſpectans, vnum in ipſis genus cognomento vno dignum, deprehendere potuerit. aliæ verò quæ bilis ſpecies dicũtur, pro colorum varietate rationem ſingulæ propriã acceperunt. Hæc ſunt quæ à Platone, de bilium differẽtia ſcribuntur, ex nimio calore omnes ipſas, ſicut Hippocrates dixit fieri, aſſerente.

Ex nimio calore omnes biles fieri.

Iam verò de morbis etiam qui ex bile oriuntur, tractans Plato, ita exorditur. Quæcunq; corporis partes, inflammationẽ pati dicuntur, à bile incendi, atq; inflammari cõtingit. Item de pituita ad hunc modũ cœpit. Pituita verò acida, & ſalſa, morborũ omniũ qui deſtillatione fiunt, fons atq; origo eſt. De atra bile quoq;, cùm alia quædã, tum hæc ſcribit. Sanies quæ ex ſanguinis ſeroſa ſubſtantia exiſtit, mitis, quæ ex atræ bilis, acida, & fera eſt. Neque ſolus Plato, ſed & Ariſtoteles, & Theophraſtus, aliiſque cum Platonis, tum Ariſtotelis diſcipuli, hanc de humoribus Hippocratis rationem æmulati ſunt. Quinetiam ex medicis antiquis grauiſsimi quique, Diocles, Pliſtonicus, Mneſitheus, Praxagoras, Philotimus, Herophilus. Eraſiſtratus verò, manifeſtam videtur aduerſus Coos exercere

contentionem.cuius ſtudio,vt oſtendimus alibi,veritatem neglexit.atq; idcirco quẽpiam ex humoribus veretur calidum , aut frigidum,aut humidum,aut ſiccum appellare.

ARGVMENTVM. CAP. VIII.

Sunt in homine quoad viuit quatuor, nomine ac natura diſtincti humores: ſãguis, pituita, bilis,atra:& flaua. Confutantur qui ex his faciunt vnum , veluti qui aſſerunt hominem eſſe ſanguinem.

Hippocr. meliori doctrina ordĩe quãdam tractaſſe quã Plato.

VErũtamen Hippocrates in libro de natura hominis,cũ alia quædã tractaſſe,tum ordine doctrinæ meliori,q̃ Plato fuiſſe vſus videt.nã & quatuor humores ſecundũ naturã eſſe,id qđ ne attentauit quidẽ Plato,& ex ipſis,aliũ alio anni tempore redũdare demonſtrauit. Verũ pauca quædã de hac re, etiã ex eo libro aſcribã. Dixi autẽ me ea quæ aſſerã hominẽ eſſe,ſemper eadẽ eſſe demonſtraturum & lege,& natura. ea ſunt ſanguis,pituita,bilis & flaua,& atra.principio igitur horum nomina lege diſtincta affirmo, nullumque ex his, eodẽ cenſeri nomine,deinde natura,formas etiã eſſe ſeparatas: neque pituitam ſanguini, neque ſanguinem bili, neque bilem pituitæ ſimilem eſſe. qui enim fieri poteſt: vt

hæc

hæc ſimilitudinem inter ſe habeant,cum neq; ſi inſpiciantur,coloribus conueniãt? neque,ſi manu attrectentur,calida, aut frigida,aut ſicca,aut humida, pari modo eſſe videãtur? Quando igitur adeo inter ſe & forma,& facultate diuerſa ſunt,vnum non eſſe,neceſſe eſt,ſiquidẽ ignis & aqua,nõ ſunt idem.Hæc verò vnum non eſſe,ſed propriã ſingula & facultatem , & naturam habere, hinc facile cognoſceres. Nam ſi homini dederis medicamentum, pituitam educens,pituitam euomet.ſi bilem purgantem potionem, bilem vomet. ſimili modo , atra bilis educetur, ſi atram cientibus medicamentis prouocaueris. ſi præterea pars aliqua corporis vulnerata fuerit, adeo vt vlcus efficiatur, ſanguinem effluere videbis. atq; hæc omnia faciet homo, diebus omnibus & noctib.hyeme & æſtate,quouſq; ad attrahendum in ſe ſpiritum,rurſusq́; emittendũ idoneus fuerit.Idoneus verò erit tãtiſper,quoad vno ex his congenitis priuatus fuerit. ſunt quippe hæc congenita homini . quid ni ? primum enim hominem hæc omnia in ſe habere, donec vixerit , deinde ex omnia hæc habẽte, homine gigni,atque in omnia hæc habẽte homine,ali certiſsimum eſt.omnia inquam hæc quæ aſſero, & demonſtrò.

 Hic

Hic Hippocrates, quatuor humores natura in nobis ineſſe demonſtrauit, nõ ſanguinem tantum, vt nonnulli opinantur, ex ſuperabundanti probatione deinceps eos refellit, qui vnum ex his quodlibet hominẽ eſſe aiũt. ſicut eos ſuperius coarguerat, qui corporum, quæ oriuntur & intereunt, vnũ eſſe elementum contendebant. de quorũ demonſtratione, vt dixi, ſcriptum à me eſt, eo in libro qui de elementis ad Hippocratis ſententiam inſcribitur. totam hanc rationem etiam prætermiſit Plato. Hippocrates verò, vt iam dictum eſt, in ſequentibus pertractat. ſatis erit, ſi principium tantum aſcribam orationis. quod quidem ſic ad verbum ſe habet: Qui dicunt vnam tantum rẽ eſſe hominem, hac mihi videntur vti ratione. cum videant aliquos qui medicamenta ſumpſerunt, in ipſis nimiis purgationibus quandoque interire, alios bilem, alios pituitam euomentes, vnumquodque horum exiſtimant eſſe hominẽ, cuius excretione mori hominem vident. Non ſecus qui ſanguinem eſſe hominem aſſerunt, eadem vtũtur ſententia, intuiti quippe in iugulatis hominibus, ſanguinem è corpore effluere, eum animam hominum eſſe opinantur. Atque hæc ſunt quæ orationibus ſuis adducunt

teſtimonia.His dictis Hippocrates, poſtea ita exiſtimantium confutat opinionē.quæ omnia ſi quis cupit audire, legat ipſum de natura hominis librum,qui apud omnes iã habetur.Ego verò breuitati ſtudens, ad ſequentia deſcendam.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Ex humoribus, alius alio abundat tempore: hyeme pituita,Vere ſanguis,æſtate flaua bilis,& autumno atra.quare ſi eidem homini,idem medicamentum quatuor in anno exhibueris, hyeme euomet pituitoſa,vere humidiora, æſtate bilioſiſſima,autumno nigerrima.

POſtea quàm Hippocrates confirmauit quatuor in nobis humores eſſe,atq; eos ſecundum naturam, qui tum redundantes quantitate,tum qualitate alterati morborum cauſæ exiſtunt,deinceps oſtendit hyeme pituitam,vere ſanguinem, flauam bilē æſtate,atram autumno, redundare.ſed melius eſt,vt totam eius hac de re orationem, ad verbum producamus: quæ huiuſmodi eſt.Augetur in homine pituita in hyeme.ea enim eſt ſecundum naturam hyemis, maxime omnium quæ in corpore ſunt.frigidiſſima enim exiſtit.cuius rei argumentum id eſt,ſi pituitam & bilem,& ſanguinem attingas, frigidiſsimam omnium pituitam reperies.

ries,atqui tenaciſsima etiam eſt,& violentia ſecundum atram bilem ſcilicet maxima agitur.quæ verò violenter impelluntur, à violentia coacta,calidiora euadunt.pituita tamẽ ſupra hæc omnia nihilo minus ex natura ſua frigidiſsima omniũ apparet. Qđ autem hyems,corpus pituita impleat, hinc cognoſces.Homines hyeme & ſpuunt,& maximè pituitoſos mucos emungunt.& tumores albi,hoc maximè tempore,& morbi alii pituitoſi exiſtunt.At vere,adhuc quoq; valida eſt pituita in corpore, & ſanguis augetur.quo ſcilicet tempore,frigora remittũtur, & aquæ ſuperueniunt. ſanguis quippe tum ab imbribus,tum à dierum calore, incrementũ accipit.ea enim anni pars, vtpote humida & calida, naturæ ipſius maximè competit. Quod hiſce tibi patere argumentis poteſt.Homines vere & æſtate,maximè à dyſenteriis vexantur.defluuiaque ſanguinis,ex naribus patiuntur.calidiſsimi itidẽ, & rubri ſunt. Aeſtate ſanè, adhuc ſanguis pollet,& bilis in corpore turgeſcit,& ad autumnum vſque porrigitur.Autumno verò imminuitur ſanguis,cui vtique natura contrarius eſt.ſed bilis æſtate & autumno corpus obtinet.Indicio tibi eſſe poterit. quòd homines hoc tempore,& ſponte bilem euo

Vere qui humores vigeant.

mun

Quõ humores mutatiõe tẽporũ mutentur.

munt, & in purgationibus bilioſa admodũ excernunt. Idem ex febribus, coloribusque, hominum liquebit. Iam verò æſtate pituita imbecilliſsima eſt, ſeq; ipſa etiam obtuſior. quippe cum contrarium tempus illud ſit ſiccum & calidum. ſanguis autumno paucíſsimus in homine. ſiccus enim eſt autumnus & frigefacere hominem incipit. at nigra bilis, plurima & validiſsima eo tempore. cum autem hyems ſuperuenit, ſicut bilis perfrigerata minuitur, ita pituita partim pluuiarum copia, partim noctium longitudine augeri conſueuit. manent quidem omnia hæc ſemper in hominis corpore. ſed pro tempore inſtante, vnumquodque modo maius, modo minus, tum quantum ad partem, tum quantum ad naturam ſpectat efficitur: perinde atq; annus omnibus temporibus omnium eſt particeps, calidi inquam & frigidi, ſicci & humidi. non enim quicquam ex his, vllo tempore ſine omnibus aliis quæ in hoc mundo continentur, eſſe poteſt. ſed ſi vnum deſit, omnia intereāt neceſſe eſt, cum eadem neceſsitate omnia conſtent, & à ſeſe mutuo alantur. ſimili modo ſi ex his congenitis, aliquid in homine deficeret, homo viuere amplius non poſſet. Porrò in anno præualet maxime

me

me omnium interdum hyems, interdũ ver, quandoq; æſtas, alias autumnus, ſic in homine viget pituita aliquãdo, modo ſanguis modo bilis, prius quidem flaua, deinde ea quæ atra nuncupatur. huiuſce rei euidentiſſimum teſtimonium habebis, ſi eidẽ homini eandem medicamenti potionem, quater in anno exhibere volueris, hyeme enim vomet pituitoſa, vere humidiora, bilioſiſsima æſtate, autumno nigerrima.

ARGVMENTVM CAP. X.

Singulas hominis ætates & regiones, ſingulis anni partibus accommodat Hippocrates. Veri, puerum & regionem temperatam: Aeſtati, iuuenem, & regionem calidam Autumno. ſenem atque regionem inæqualem calore ac frigore, quæ tamen abundet frigiditate & ſiccitate: Hyemi, decrepitum, ac regionem humidam & frigidã. percenſet inde Hippocrates morborum genera, quæ certo anni tempore, ac ætate hominus, dominantur in vere & infantia æſtate ac adoleſcentia, autũno & ſenio hyeme atq; ætate decrepita.

HAc oratione Hippocrates, quamuis de temporum diuerſitate tantum egerit, facultate tamen de ætatibus etiam, & regionibus, videtur docuiſſe. nam ſemper ipſe in omnib⁹ quę qualibet in oratione pręcipit, tempus anni, & regionem & ætatem

inſp

inſpectandam monet,& quodcunque de vno ex his audiueris, ad reliqua duo, tranſferre te id vult per ſimilitudinem. eandem ſiquidem rationem, in ætatibus puer, quã in quatuor temporibus ver habet. eandem iuuenis, quam æſtas. eandem ſenex, quam autumnus .eandem poſtremo decrepitus, qeam hyems. pari modo & ex regionibus temperata veri,calida æſtati, quæ in caliditate & frigiditate inæqualis,frigiditate tamen & ſiccitate exuperat,autumno,frigida & humida,hyemi correſpondet.

Regionũ qualitatibus varietas.

Cum hęc igitur docuerit, & inſuper contrariorum, contrarias eſſe curationes,methodi artis elementa tradidit.

Elemẽta methodi artis.

poſtea in Aphoriſmis de morbis diſſerens, qui ſingulis & temporibus & ætatibus infeſtant, ad hæc elementa, quaſi ſyllabas annexuit.citabo etiã hic eius orationem ad verbum. Morbi omnes in omnibus temporibus quidem fiunt,quidam tamen magis in quibuſdam & fiunt,& irritantur. Vere etenim,atræ biles,inſaniç,comitiales,ſanguinis fluxus,anginæ,grauedines,raucedines, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines,& puſtulæ vlceroſæ plurimę,& pani,& articulorum dolores. Aeſtate verò tum nonnulli horum,tum febres continuæ & ardentes,& tertianæ,& quartanæ,vomi-

tus item,& alui profluuia.lippitudines, aurium dolores,oris vlcerationes,genitalium putredines , papulæ ſudoroſæ . Autumno multi æſtiui etiam morbi inuadunt , & febres quartanæ,& erraticæ,& lienes,& aquę inter cutem,tabes,vrinæ ſtillicidia,inteſtinorum leuitates,dyſenteriæ,coxendices,anginæ,anhelationes,voluuli, comitiales,furores , atræ biles. Hyeme infeſtant lateris dolores,pulmoniæ,grauedines,veterni,raucedines,tuſſes,pectorum,& laterum,& lumborum,& etiam capitis dolores,vertigines morbi attoniti.Hæc de temporibus cum dixiſſet Hippocrates , deinceps de ætatibus ſubiungit ad hũc modum:Iam vero in ætatibus hæc contingere conſueuerunt.paruis & infantibus puerulis feruida oris vlcera (aphthas Græci vocant) vomitus , tuſſes, vigiliæ,pauores,vmbilici inflammationes, aurium humiditates.dentitionem incipientibus,gingiuarum pruritus,febres, conuulſiones,alui profluuia & maximè cum caninos emittunt, atque iis præcipue qui craſſiſsimi ſunt,& ventres duros habent.magis verò iam adultis tonſillæ accidunt , vertebræ , quæ eſt in occipitio introrſum luxationes, anhelationes, calculi, lumbrici ro-

Morbi ex variatione ætatũ.

tund

tundi,pituitæ,verrucæ,tumores glandularum circa aures oblongi ſatyriaſmi appellati,ſtrumæ & alia tubercula.grandioribus autem effectis,& iam ad pubertatem accedentibus & ex his morbis multi, & febres longinquæ magis, & è naribus ſanguinis profluuia accidunt. plerique verò in infantibus morbi iudicantur. alii in quadraginta diebus,alii in ſeptem menſibus, in ſeptē annis nonnulli. in iis autem qui ad pubertatem iam progreſsi ſunt,morbi qui in infantia permanſerunt,nec maribus circa pubertatem,fœminis circa menſtruorum eruptiones deſierunt,ſolēt inueteraſcere. A doleſcentibus ſanguinis ſpuitiones,tabes, febres acutæ,comitiales,& allii,ſed præcipue antedicti morbi. ſupra hanc ætatem laterum dolores,pulmoniæ, veterni, phrenitides,ardentes febres,alui profluuia,choleræ,dyſenteriæ,hæmorrhoides.prouectioribus verò ætate,ſpirandi difficultates,deſtillationes cum tuſsi,vrinæ ſtillicidia, vrinæ difficultates,articulorum dolores, renū affectiones, vertigines, morbi ſtupidi, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, ventris,oculorum, & narium humiditates, viſus hebetudines,glaucedines, auditus grauitates.

ARGVMENTVM CAP. XI.

Tribus nominibus reprehenſus hic Plato.1. neglexit prædictum ordinem Hippocratis.2.Febriū circuitu redeuntium, cauſam reduxit ad elementa omnibus corporibus communia, nō ad ea quæ in ſanguineis tantum ſunt.3. Veram quotidianæ ac tertianæ febris cauſam non attigit. In quotidianis, phlegmaticus humor redundat, in tertianis flaua bilis.

Medico magis quā philoſopho ordinē ſequi cōuenire.

HOc ordine doctrinæ, vti debuerat Plato magis. ſiquidem philoſopho etiam magis quàm medico ordinem, & viā, & doctrinam ſequi conuenit. Sed fortaſſe de iis quæ experientia indigebant, nō potuit exacte diſſerere, cum ipſe operū medicinæ, peritus haud quaquam eſſet, atque in hoc eſt laudandus, quòd de iis dicere non fuerit aggreſſus, quæ non exacte cognorat: ſed illa tamen poterat, vel ab ipſa rerum natura didiciſſe, quæ in aphoriſmis his verbis referuntur: Atque in anni temporibus, vere & prima æſtate pueri, quidque his ætate, quā proximè accedunt, optime degunt, & maximè valent. æſtate & autumno ad quandam parte ſenes. extrema autumni partè & hyeme, in media ætate conſtituti. Hæc ſanè de antedictis ætatibus tum in ſe, tū in aliis famil

milliaribus animaduertere vnuſquiſq; poteſt, qui ſcilicet ætate iã fuerit prouectus. qualem veriſimile eſt Platonem fuiſſe, quo tempore Timæum conſcripſit. neglig ẽter igitur illum ſe geſſiſſe manifeſtum eſt, & in hac inquiſitione, & multo magis etiam in iis quæ Hippocrates de morbis ſcripſit, q in ſingulis & ætatibus, & temporibus abundant, atque inualeſcunt. Quibus porrò ſi attendiſſet, nequaquam illa ſcriptis mandaſſet, cùm inquit: Quod igitur ex ignis exceſſu præcipue ægrotat corpus, continuos ardores, & febres continuas patitur. quòd ex aeris, quotidianas, tertianas, ex aquæ redũdantia: propterea quòd ipſa, & aere & igne ſegnior eſt. at terra, quippe quæ tardiſſima horum omnium eſt, dum in quadruplis tẽporis circuitibus expurgatur, quartanas febres inducit. quibus ſerò liberari homines conſueuerunt. In hac oratione, primus error fuit, quòd ad elemẽta communia omnibus corporibus, non ad ea quæ in ſanguineis tantũ ſunt, redundantium per circuitum febriũ, cauſam reducit: cum melius ea quæ manifeſtè in corporibus redundare cernuntur, curari poſſint. ſecundus error ille eſt, quòd ad veram quotidianæ, & tertianæ febris cauſam, ne propè quidẽ acceſſit.

Error Platonis.

nam cùm euidenter pateat, in quotidianis phlegmaticum humorem redundare, qui humidus& frigidus eſt,in tertianis verò flauam bilem, quam contra ſumme calidam ac ſiccã eſſe,conſtat,debuerat dicere in tertiana ignis, in quotidiana aquæ elementũ redundare.ſicut in quartana atræ bilis humorem,& terrę elementum.quicunque verò ſingulorum horum naturam cognoſcere voluerit,habet de his, tum in commentariis de iudiciis,tum in libris de differentia febrium, abſolutam orationem. neque meus is mos eſt,vt de iiſdem eadem ſæpius repetam.ſed cùm ſemel atque iterum, quãdoque demonſtrationem explicauerim aliis in libris.poſtea illius demonſtrationis vtor concluſione.perinde atque hoc in tractatu feci.nam cùm ſemel in prioribus libris,tria eſſe facultatum nos regentiũ principia demonſtrarim,poſtea id omnibus aliis in locis,abſolute ſumo,admonitis quãdoque tantum lectoribus, alibi hoc fuiſſe demonſtratum. Ita nunc ſatis erit,ea tantum quæ illis in libris demonſtrauimus,cõmorare.acutiſſimas ſcilicet, & ardentiſſimas febres,à flaua bili oriri, & tertianam ex ardentium genere eſſe.cur verò hæc cõtinua minime ſit, vt ardens, ſed intermit-

tat,cauſam ibi explicabimus. Plato igitur in hoc, artem Hippocratis non eſt aſſecutus, licet vſquequaque ſequi hominẽ conatus fuerit.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Non recte iudicat Plato, albam pituitam, ex collicatione carnis mollioris exiſtere, generatur enim ex alimento natura frigidiore, nec (vt par eſt) ab inſito calore concocta.

DE pituita præterea alba, ꝙ ait, ex bullis eã in ſe incluſis fieri, adeo quidẽ paruis, vt videri nequeãt, quẽadmodũ ipſe inquit, q̃ tamẽ omnes ſpeciẽ quandã exhibeãt, qua talis color viſui cõſpicuus reddãt probabile eſt, ac rationi conſentaneũ. at ex colliquatione mollis carnis, interdũ phlegma exiſtere, illud verò abſurdiſſimũ non eſſe, nullo modo poteſt. niſi quis videlicet Prodicꝰ immutato nomine amaræ bilis humorem phlegma nũcupet, dicatq; à verbo φλέγεσθαι quod eſt inflãmari eã appellationẽ habere. ſed Plato etiã ipſe, huiuſcemodi bilis calidiſſimũ eſſe humorẽ, ꝓbe ſe nouiſſe teſtat̃, vbi ait: Quæcũq; corporis ꝑtes inflammationẽ pati dicuntur, à bile incendi, atq; inflãmari cõtingit. & deinde ſubiungẽs ita: Eadem reſpiratione accepta, extra ad cutẽ varias feruendos puſtulas effundit.

intus cohibita aduſtos morbos permultos inducit. Hinc perſpicue cognoſcimus Platonem vſitata appellatione de amaræ bilis humore vſum fuiſſe. qui quidem humor, flauus omnino colore eſt. atque interdum multa admiſta ſeroſa humiditate, luteus ac pallidus euadit. Quinetiam ex eo quòd dixit, à bile inflammari, oſtēdit ſe non in appellatione ſicut Prodicus, ſed in cognitiōe naturæ ipſius humoris erraſſe. de eo ſiquidem in hunc modum ſcribit; Cùm verò ex recente, & tenera carne, aliquid cum aere eliqueſcit, ventumq́; intus concipit, ab humiditateq́ue corripitur, ampulæ quædam inde exiſtunt, quæ cum ob paruitatem ſingulæ viſum effugiant, vniuerſæ molē quādam exhibent videndam. coloremq́; ex ſpumæ generatione album habent. hancq́; omnem tenerioris carnis eliquationē, ſpiritu inflatam albū phlegma eſſe dicimus. Nec multo poſt item de ipſo ita ſcribit: Album ſanè phlegma ob ampularum ſpiritum intus incluſum, infeſtum admodum eſt. foras verò expirans ad cutem mitius quidē euadit, variis tamen corpus albis maculis, & vitiliginibus inficit. aliosq́ue huiuſcemodi morbos parit. Hic benè de affectionibus à pituita exorientibus, pronunciauit. cùm

verò ſuperius omnem dixit teneræ carnis eliquationem, ſpiritu inflatã album phlegma eſſe, non rectè. declaratum ſiquidẽ eſt, phlegmatis hoc eſt pituitæ ortum ex alimento natura frigidiore exiſtere, cùm ſcilicet ab inſito calore, non bene fuerit concoctum. at colliquata caro, ſimilem calore habet colliquationem, pallidæ bili, ad albedinem magis tendentem, ità vt efficiatur quod ſuppallidum fuluum appellant. eſt præterea craſſior etiam colliquatio hæc, quàm pallida bilis, peiusq́ue olet. & quandam ſæpenumero tenacitatem, pinguedinemq́ue in ſe habet.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Non vnũ ſentiunt Hippocrates *&* Plato, *de omnium naturalium operum authore. ille tradit eſſe innatum ſemper calorem: hic, nõ rectè, ignẽ. Calor natiuus, gignitur nõ ex ſpiritu, qui eſt in arteriis, ſed ex ſeipſo eſt: ſubſtãtia quidem in ſanguine & pituita conſiſtens potiſſimũ: qualitate autẽ, ex caliditate & frigiditate tẽperatus. Quæ augẽtur corpora, & ventres hyeme ac vere, plurimũ huius caloris obtinent. Adſcribuntur* Platonis *verba, in quibus calorẽ natiuum, ignem vocat. mutat tamen aliquando ignis nomen in calorem. Ruber color in ſanguine, generatur iuxta* Platonẽ, *propter ignis abſterſionẽ.*

ATque hæc ſatis in præſentia, decreta ſint de humoribus. ſiquidem, vt quidam amici faciendum cenſent, alibi ſum ea quæ in Timæo medicinalia dicuntur, expoſiturus. nũc reliqua quæ eodẽ libro cõtinẽtur, ſummatim, referã vt in quibus cõueniant viri hi, in quibus item diſſentiant, perſpicere poſſumus, pluribus, ac diffuſius poſtea inſcribendis commentariis, eadem tractaturus. Hippocrates ſemper innatum calorem omnium naturalium operum authorem eſſe ait. Plato, non calorem, ſed ignem nominat. Age verò quo modo ab ipſo animali corpus diſpenſari ac regi inquiat, videamus. Omne animal, inquit, in ſanguine, & venis, calorem quaſi ignis, quendam fontem habet. Porrò hæc omnia recte dixit. neque enim ex attritu ſpirituũ, qui ſunt in arteriis, calor in animalium corporibus gignitur, ſicut in lapidibus, & lignis fieri videmus, ſed econtrario, ab inſito calore arteriarum ipſarum motus cauſantur. Nam cùm vel frigore, vel medicamento frigefactum fuerit corpus, nulla alia re, in ipſo alterationem pariente, ſtatim quidẽ arteriarũ motus, neruorum itẽ, & muſculorum ceſſant. Melius tamen erat non ignis, ſed inſiti caloris fontem dicere,

Calor in animaliũ corporib. quomodo gignatur.

in corporibus noſtris eſſe, vt Hippocrates vbique appellauit. Nam ſi ab igne, ciborũ concoctio, digeſtio, ſanguificatio, & nutritio fieret, melius in acutis febribus, omnia hæc conſpicerentur abſolui. ſed inſitus calor temperatus eſt, ſuſtantia quidem in ſanguine & ſpiritu ſubſiſtens, qualitate veró congruè ex caliditate & frigiditate contemperatus. Verius igitur ab Hippocrate dicitur: Quæ augentur corpora, plurimum inſitum calorem habent, vnde plurimo etiam alimento indigent; ſin minus, abſumuntur. ſenibus verò paruũ ineſt caloris atque idcirco paucis indigent fomitibus: à multis enim extinguuntur. Eadem cauſa eſt, vt cùm corpus frigidum habeant ſenes, non ita acutis febribus infeſtentur. Hinc & in libro de natura hominis, in prima ætate, hominem ait calidiſſimum eſſe, ſicut frigidiſſimum in extrema, quæ eſt ſenectutis. Nõ abſolutè tamen calidiſſimum, quemadmodum in ardentibus febribus, ſed inſito calore, calidiſſimũ eſſe ſubſtantia, nu per genitum infantẽ dixim⁹. propterea in aphoriſmis: quæ augẽtur, inquit, corpora, plurimũ calorẽ inſitum habẽt. ſed hic quidẽ aphoriſmus, modò à me citatus fuit: alia inſuper ſcribit huic cõſentiẽtia, his verbis:

Inſitũ calorẽ temperatum eſſe.

Ven

Ventres hyeme, & vere, calidiſſimi natura ſunt,& ſomni longiſſimi. quibus temporibus etiam alimenta copioſiora ſunt exhibenda.nam innatus calor multus eſt: quo fit, vt pluribus alimentis indigeant. argumento eſſe poterunt ætates,& athletæ. Innati caloris plurimum eſſe hyeme ait.cum aduentitius, æſtate abundet. ſed de eius ſententia,non eſt opus plura in præſentia dicere, cum aphoriſmos ſeptem commentariis enarrarim, aliumque inſuper ad diſcipulum Quinti Lycum conſcripſerim. qui non intelligens vtique, qualem innatum calorẽ velit Hippocrates, ante à me modò recitatis aphoriſmis, contradicere non eſt veritus. Nunc ſufficiet verba Platonis ſubſcribere, quæ in Timæo de alimenti digeſtione poſuit: Quorum initium tale eſt: Hinc iam aquæ deriuationem ſeu aquæductum huiuſcemodi quadam ratione præparauerunt. quod facilius perſpiciemus, ſi inter nos illud prius conſtiterit.omnia quæ ex minutioribus conſtituta ſunt, continere maiora. Quæ ex maioribus verò, minora cohibere nullo modo poſſe.ac propterea ignem,cum minutioribus partibus quã cætera genera conſtet, per aquam,terram, aerem & alia quæ ex his componuntur, penetra-

netrare.quodque cum continere valeat,eſſe nihil. Idem de noſtro ventre cogitandũ, qui cibos, & potus ingeſtos poteſt retinere,ſpiritum, & ignem, quæ conſtitutione ipſius longe tenuiora ſunt,non poteſt. His igitur deus,ad irrigationem à ventre ad venas traducendam vſus eſt, reticulo ſcilicet ex aere & igne, inſtar naſſæ contexto. Aere quidem, & igne ad alimenti concoctionem,ſanguinis procreationem, & digeſtio nem faciẽdam,vti naturam recte dictũ eſt. quòd verò ex ipſis reticulum eſſe factum ait,& non commiſtionem potius per totũ, non approbo. Quemadmodum etiam illud non placet, quòd ignem dixerit, cùm poſſet & melius, vt Hippocrates,innatum calorem appellare, ſed ita vocãdo,illud mihi videtur voluiſſe ſignificare, ex ignis cõmiſtione,cũ aliis elementis caliditatis quæ eſt in corpore,ex intimis ad exteriores partes euocationem fieri. Quippe cum etiam ipſe ignis nomen, in caloris appellationẽ mutare interdum videatur.ſicut in ea oratione:calorem verò ſecundum naturam in ſuam ſedem exterius ad cognatum ire,confitendum eſt. his conſentiunt etiam illa: atque ob eam cauſam per totũ corpus, omnibus animalibus alimentorum liquores ita

faci

facile perfluunt.qui cum recenti cõciſione extiterint,à cognatis rebus ſumpti,partim à fructibus, partim ab herbis, quæ omnia deus ob id ipſum vt nobis alimoniam ſuppeditarent produxit,varios colores ex confuſione contrahũt. plurimus tamen in his ruber color diffunditur à natura inciſionis abſterſionisq; ignis in humido procreatus. vnde eius liquoris qui per corpus permanat,talis ſpecie color, qualem modo diximus,euadit.quem & ſanguinẽ appellamus. Rubrum colorem gigni ait in ſanguine ex ignis abſterſione, hoc eſt depoſitione impreſſioneq; eius qualitatis,ac facultatis: vt ex ignei elementi,& humiditatis excipientis miſtione,ipſe ſanguis efficiatur. Verũtamen cum humiditas illa, non puræ aquæ ſit,ſed admiſtum quiddam etiam terreũ habeat, quod corpulenta craſſitudo indicat, ex omnibus gigni ſanguinem manifeſtum eſt,aliqua etiam aereæ ſubſtantiæ portiuncula neceſſario aſſumpta,vt alibi declaratum eſt.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Non idem de aſpiratione indicant Plato & Hippocrates. Ille primum, perſpicationis cauſã potius affert quam reſpirationis.deinde, attractionem tollit,cuius ſumma vis eſt in animali.

diff

Differt reſpiratio, à pulſu arteriarum. Illa, functio eſt voluntaria, quæ eleuato aut depreſſo fit thorace: Hic adnatus eſt animali, triplicis vſus gratia refrigerij, euentilationis, & ſpiritus animalis generationis. Hippocrates rectè indicauit de reſpiratione: male Plato, ſicut prius adſcripta teſtantur verba, quæ redarguit Plato. In hoc Platoni conuenit, cum Hippocrate, quod inſpirationem fieri cognoſcat refrigerii cauſa: expirationem fuliginoſa excrementa expellendi.

Videtur igitur etiam in his Plato Hippocratem ſequi, cùm innatum calorem in cauſa eſſe affirmet, concoctionis ciborum in ventre, & inde in iecur & venas digeſtionis, ſanguinis creationis præterea, & ſanguinis in totum corpus diductionis & diſpenſationis. In ſententia tamen de reſpiratione, non parum diſcrepat. in eo primum quòd perſpirationis potius, quàm reſpirationis cauſam affert. deinde quòd neque id facit ſine reprehenſione, vtpote cũ attractionẽ tollat, qua Hippocrates in multis naturalibus operationibus vtitur. atque ea cauſa fuit, cur operationes nonnullas, quæ non ſine attractione efficiuntur, in circumuolutionem retulerit. At verò, qualis attractionis vis ſit, licet tibi vel inde co-

gnoſc

gnoſcere. ſi fiſtulam orificio altero in aquã emittas, altero labiis comprehendas, atque aerem qui in ipſa eſt ſuctu extrahas, ſimul aquam ſequi continuo videbis. non ſecus etiam infantes, labiorum admotione tum ex papillis, tum è bombyliis anguſtiſsimi oris vaſculis, humorem qui in ipſis continetur, attrahunt. adde quòd fabrorum etiã folles, diſtentos exteriorem aerem per annexas fiſtulas ad explendam diſtentionem attrahere, compertũ eſt. ſimili modo in animalibus, diſtentus thorax, per aſperam arteriam neceſſario in os aerem exteriorem attrahit: idem paulo poſt contractus in expirationibus exprimit. atque hanc quidem functionem, in ſecũdo de muſculorum functione voluntariam eſſe demõſtratum eſt. alia verò, quem pulſum appellamus, à corde & arteriis exiſtit. quæ quidem arteriæ, dum diſtenduntur, per oſcula, quibus cutem adeunt, exteriorem aerem in corpus attrahunt. atque id tribus de cauſis, vt refrigerent, vt vẽtilent, vt ſpiritum animalem gignant. dum contrahuntur verò, quidquid in ipſis fuliginoſum, fumoſúmque ex humoribus creatum fuerit, id exprimendo elidunt. cæterum de reſpiratione in commentario de vſu reſpirationis, ſatis demonſtra-

tum

tum eſt.de pulſibus,vbi de pulſuum vtilitate diſſeruimus. Quòd item thorax diſtentus,exteriorem aerem attrahat,in libris de thoracis & pulmonis motione declarauimus.qui nam verò ſint, qui eum diſtẽdant vel contrahant muſculi, oſtendimus in tractatu de cauſis reſpirationis. nerui autẽ, à quibus ſinguli hi muſculi cientur, omnes è dorſi medulla,non meo tantũ,ſed omnium etiã diſſectionis peritorũ iudicio, ortũ habẽt.à cerebro verò ipſa medulla.Vnde è cerebro, per mediã dorſi medullã nerui motũ per appetitionẽ thoracis muſculis afferunt.à quibus diſtẽtus,externũ aerem per ſummum guttur, & aſperã arteriã in pulmonẽ attrahit.contractus foras, eundẽ per eaſdẽ vias exprimit. Errauit igitur Plato, cum noluerit Hippocratem ſequi hęc in libello de natura hominis dicentem. Et hæc omnia tibi faciet omnibus diebus & noctibus,hyeme & æſtate, donec idoneus ad attrahendum in ſe ſpiritum,& rurſus emittẽdum fuerit.attrahit igitur in ſe homo exteriorem aerem per os in pulmonem, per cutem in arterias.ac rurſus per eoſdem meatus per quos accepit remittit. Altera igitur ex his operationibus reſpiratio, altera quæ per cutem fit perſpiratio ſeu diſflatio

Neruos à quibus ſinguli thoracis muſculi cientur oẽs è dorſi medulla oriri.

appellatur. quas tamen vtraſq; neque inter ſe connexas, neque ab vna facultate effectas cõfundẽs Plato, vt ex iis quę modo dixi, demonſtratum eſt, de reſpiratione in Timæo diſſerit, his verbis. Videamus prę terea quibus cauſis reſpiratiõis affectio in hunc modum qualis nunc eſt facta fuerit. Quod ita liquebit. Cum nihil vacuum ſit in quod ex iis quæ feruntur, aliquid poſſit irrumpere, & ſpiritus è nobis foras exiliat, omnibus perſpicuum eſt, eum non in vacuum ferri, ſed vicinum è ſede propria depellere. depulſum verò illum, proximũ atque hunc item alium, ſubinde impellere. eaque neceſsitate fieri, vt circũagitatus cõpellatur, iterum eum in locum vnde exierat ſpiritus. ingreſſusque illuc ac repleta ſede, ſpiritum ipſum ſubſequatur. atq; hoc totum, quaſi rota circumuoluatur, ita fit, propterea quia vacuum nullum reperitur. Quamobrem, cum è pectore, & pulmone foras exierit ſpiritus, ab aere qui corpus ambit, introque per raritatem carnis penetrat, & circũuoluitur, locus eius repletur. Qui aere deinde rurſus regrediens, & foras per corpus exhalans, intrò reſpirationem per oris & narium tramitem, intrudit. Hic rotæ circumuolutio, non ſimplex eſt intelligẽ

ligenda,ſed quæ è contrariis motibus conſtat.cum ſcilicet ad cutem innato calore incitato,intruditur, & circũagitur in corpus per os externus aer:& cõtra eodem per os exeunte, aer corpori noſtro circumfuſus, in corpus per cutim impellitur.vt expiratio, & perſpiratio, operatio ex natura noſtra ſit:inſpiratio affectio tam quæ per os, quàm quæ per cutim fit. in neutra verò ex ipſis,Plato vtitur voluntate, cum tamen citius & tardius,plus & minus, & frequẽtius quoque,tum inſpirare tum expirare,in noſtra poteſtate ſitum eſſe , dubitet nemo.

Platonis oratio de inſpiratione falſa.

Quinetiam Platonis oratio,falſa eſſe conuincitur, eo quia ſequeretur,poſt arteriarum contractionem, cõtinuo inſpirationẽ fieri debere. poſt iſidem expirationem, illico arteriarũ diſtentionem ſubſequi.quod minime ita euenire compertum eſt. ſed ſi voluerimus,vel multo tempore reſpirationem cohibere,ſtatim arteriæ,vnà cum corde agitantur.& dum inſpiramus interdum diſtenduntur,contrahunturq;,dum expiramus.adde quòd in vnius reſpirationis mora,cor vnà cum arteriis diſtendi & contrahi ſepties,vel octies,vel decies quãdoq; cõſpicitur. Ratio preterea ipſa circũuolutionis & protruſionis,abſurda eſt.neq; neceſ-

ſarium nullo pacto videtur, vt ab expiratione circūagitatus aer,rurſus per cutē introferatur. Cū eñ reſpiratorii inſtrumenti cōtrationē, ſequatur expiratio, aer qui nos ambit,eā cōtractionē ſecutus,illi quod expiratur locū exhibet. Quòdverò in aliis etiā quæ attractionē tollendo dixit Plato, abſurde argumētatus fuerit, in enarratiōe ipſorū explicabimus. Nūc ſatis eſt oſtēdiſſe, tantū in quibus cōſentiat cū Hippocrate,vel ab eo diſcrepet. Subiūgamus igitur & alia. Videtur Plató de reſpiratiōe agēs, cū Hippocrate etiā cōſentire. qui inſpirationē vult fieri refrigerādi caloris innati cauſa,expirationē,vt fuliginoſa excremēta diffundantur,ac difflentur.

Platonē cum hippocrate de reſpiratione ſentire.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Quoniā pulmo mollis eſt & exanguis,fiſtulas habens ſpongiæ inſtar foraminoſas,Plato aptum eſſe dixit,excipiendo ſpiritui & potui, ad æſtum cordis mitigandū. Id quatenus verum ſit inquirit Galenus,admonēs non quodcūque falſum eſt,cōtinuo rideri debere moderamē adhibēdū in redarguēdo. Oſtēdit deinde, Platonē nō ſic intellexiſſe,quaſi tota potio in pulmones deferatur,cū alias & propriū aſsignet locū infra præcordia: ſed pauxillū tantum.quod eſſe rerū, experimento eſt per ſectionē poteſt intelligi.

Vbi

VBi autem hæc dicit, ibi etiam de potu, quò ad pulmonē feratur, in hunc modum diſſerit. Cum verò ex cordis palpitatione in terribilium rerum timore, & ex iræ excitatione præuiderent fore, vt totum hoc iraſcentis partis domiciliū, æſtuoſum ac propemodum ignitum redderetur, ſubſidium illi pulmonum forma aggenerata inuenerunt. quæ mollis primum, ac exanguis, deinde cauernoſa ſpongiæ, ac foraminulenta eſt, vt ſpiritu potuq; excepto reſpirationē refrigeraret, æſtumq; mitigaret. Si totum nos potum in pulmonem deglutire exiſtimat Plato, merito accuſandus eſt. quippe qui apertiſsimā rem ignoret. ſi portionem quandam potus, per aſperam arteriam percolatam, ferri ad pulmonem arbitratur, probabile quoddam dicit. id quod in aliis dogmaticis vſu venit, in quibus, inter philoſophos & medicos diſceptatio eſt. neque idem eſt, falſum aliquid & deridiculum affirmare. Nam etiam ipſum Eraſiſtratum oſtēdimus, de vſu reſpirationis, de vſu item pulſuum & generatione, de deuoratione, & concoctione erraſſe. neque tamen deridendum eſſe etiam exiſtimauimus. nō enim omne quod falſum eſt, continuo etiam deridendum. Quinimo cū

Platonē accuſandū ſi totū nos potū in pulmonē deglutire exiſtimat.

de inflammationis etiam ortu, & febrium dignotione,de ſanguinis miſsione, nonnulliſque aliis curatoriis rationibus, erraſſe cum demonſtraſſemus, è ſectatoribus eius quidam contra me,oratione contorta, nos non Eraſiſtratum in iis erraſſe contendit. neque tamen aut nos illum,aut ille nos deridendos duxit.Cum enim incerta ſint dogmata, & rationum argumentis probabilia aliis, aliis abſurda videantur, ſicut ſuccenſendum non eſt,ſiquis veras eſſe putãs, opiniones ſuas defendit: ita concedere, vt alii nobis ipſis cõtradicant,debemus.at carpere mordaciter,atque irridere quaſi ſtultum,aliquid quod dogmatice in controuerſiam venerit,illud verò eſt procacis hominis ac petulantis.Cuiuſmodi hoc eſt,quod inter bibendum è potu aliquid ad pulmonem per ſummum guttur, & aſperam arteriam feratur,non repente totum, neq; per mediam inſtrumenti fiſtulam influens,ſed per tunicam ipſam, ſenſim irrorãs. Quod ſanè verúmne an falſum ſit,paulò poſt cõſiderabimus. Satis modo ſit, deridendum illud orationis genus à Platone, nuſpiam fuiſſe dictum,non inventrem videlicet per gulam, ſed in pulmonem per arteriam totam potionem deferri.in eodem enim ipſo

Incerta dogmata alijs probabilia, alijs abſurda videri.

hoc

hoc libro, quo ante citata de potu verba ſcripſit, in ventrem quemadmodum cibi, ita potulenta omnia deſcendere inquit. neque id ſemel, ſed ſæpius aſſerit. Quod tibi ex eius verbis facile conſtabit. ac primum his poſt quatuor verſus ab ea, quam modo recenſuimus, oratione. Eam verò animæ partem, quæ cibos, & potus concupiſcit, & reliqua quibus ob corporis naturam indiget, inter præcordia & vmbilici terminos collocarunt. Non in corde & pulmone, inquit, ciborum, & potuum concupiſcibilem partem eſſe, ſed infra tranſuerſum ſeptũ. præcordia enim, hoc eſt phrenas, non ipſe tantum, ſed alii etiam veteres, ſeptum appellarunt. Infra verò hæc præcordia tum venter, & inteſtina ſita ſunt, tum iecur ipſum, de quo hic ab eo ſermo fiebat. Et paulò poſt rurſus. Cum futuram in nobis potuum, & ciborum intemperantiam præuiderent, qui genus hoc noſtrum cõdiderũt, noſque illis longe plus quàm aut modus aut neceſsitas poſtularet, ob ingluuiẽ fuiſſe vſuros, ne interitus ex morbis repentinis accideret, atque ita imperfectũ ſtatim mortale genus finiretur, ſuperfluo futuro, cibi & potus habitui receptaculum cum, qui inferior venter appellatur,

conſtituere. Inferius itidem in eodẽ libro hæc ſcribit. Idem profecto de noſtro ventre etiam conſiderandum eſt, qui cibos, & potus ingeſtos poteſt retinere. ſpiritum, & ignem, quæ conſtitutione eius ſunt longe tenuiora, non poteſt, Hic etiã manifeſtiſſimè dixit cibos, & potus in vẽtrem deferri. ſucciq́; eius, qui in ventre ex cibi & potus cõmiſtione efficitur, in venas digeſtionem, irrigationẽ ob humiditatẽ nuncupauit, mox ita ſubiungens. His igitur deus ad irrigationem à ventre ad venas traducendam, vſus eſt. Deinde poſt non multa. Cum enim, inquit, vltro citroq́; reſpiratio cõmeat, ignis interior cõnexus ſequit̃, atq; identidem per vẽtrem eleuatus cibos potusq́; deprehendens, maceret ac liquefacit. eosq́; in minutas particulas contritos, per exitus per quos ipſe fertur, traducit. ac facit, vt quaſi è fonte hauſti in riuos, hoc eſt venas, permanent. atq; ita per corpus venarum fluenta, quaſi canales diducit. Iam vero ſubſequendo vbi de reſpiratione & concoctione agit, eandem ſententiam ſeruare cõſpicit̃, vt à ſtolida illa opinione, longe remotus eſſe videatur. Imò illi potus qui eum adeò ſtultũ putant fuiſſe, vt in pulmonẽ ferri potum vniuerſum

opinatus ſit, damnandi, quòd ita impudenter mentiantur. Vtrū verò aliqua potionis pars circa interiorē ſummi gutturis, & aſperæ arteriæ tunicam ingrediatur, vnuſquiſq; in ſeipſo periculum facere ſi voluerit, poteſt. ſtans enim ſatis copioſam aquā in os recipiat, deinde reſupinatus orificiū ſummi gutturis, paululum aperiat, in noſtra ſiquidē eſt poteſtate, aperire & claudere cum volumus, tuncq; interlabi pauxillum quippiam in id, ex ore perſentiet, qđ titillare, & iritare, ſi paulò copioſius extiterit, conſueuit. Quinetiam iritatā tuſsim, tolerando aliquis cohibere poteſt, vt ſtatim ceſſet, ſi puſillum id ſit, quod titillationem induxit. Quandoq; etiam fit, vt parua tuſsis excitata titillationem omnē, nulla reiectione facta diſcutiat. Ex quo ſatis patere arbitror, potionem, ſi vniuerſa fuerit & multa, ac demum tanta. vt ſpirationis vias occupet, tuſsim iritare. ſi verò adeò pauca ſit, vt circa interiorem ſummi gutturis, aſperæq; arteriæ tunicam, quadā irroratione inſpergatur, neque iritare, neq; vllum penitus, dum per arteriam delabitur, ſenſum efficere. Perſpicuum quoque inde eſſe poteſt, aliquam potionis particulam, ad pulmonem deferri, quòd ſi quod-

An potionis pars aliqua circa interiorē ſummi gutturis & aſperæ arteriæ tunicā ingrediatur.

cunq; libuerit animal ad eam ſitim redegeris, vt coloratám aquam haurire patiatur, tum vel cæruleo colore, vel minio infectā potionem exhibueris, ac mox iugulatum ipſum diſſecueris, colore eodem infectum pulmonem habere deprehendes.

CL. GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER IX.

ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS.

PLus ſemper nocuit ſimilitudo veri, quàm aperta falſitas. Verum namque per ſe nobis placet, animosque noſtros natura ſua commouet: mendacia auerſamur omnes. Hinc homines Panurgi, alijs impoſituri, hoc imprimis cauent, ne ſe falſum prodat alibi, ſed quoad fieri poſsit, tegatur. Proinde ne quis mentita hac probabilitate in falſam quampiam ducatur perſuaſionē, cum primis vtilis eſt hic poſtremus liber de placitis Hippocratis & Platonis. Quæ enim multorum errorum, diſputationum, opinionumque diuerſarum occaſionem, ex mentita pro-

babilitate præbuerunt, cum medicis tum philoſophis: hic quâ ratione euitari poſsint ac debeant, Galenus ex Hippocrate & Platone copioſè declarat. Sunt autem tria: dignotio ſimilis rei à diſsimili, methodus diuiſoria & compoſitoria, denique æquiuocatio. Cæterum non ſatis eſt generatim nouiſſe quæ ſimilia aut diſsimilia ſunt, vt quis ſe prompte expediat quæſtionibus, quæ difficultatem inde pariunt: ſed imprimis neceſſaria eſt exercitatio ſedula, in omni genere taliũ quæſtionum particularium. Ac ne quæreretur quiſquam, deeſſe ſibi exempla, ad quorum formam ſe exercitet, plurima profert Galenus ex Platone & Hippocrate, in quibus difficultas naſcitur ex ſola ſimilitudine veri. Platonis exemplum eſt huiuſmodi: Si mulieribus paria debeant eſſe ſtudia cum viris. Hippocratis exemplum eſt de luxatione. pulcherrimum eſt Galeni cap. 15 de prouidentia diuina quam aſtruit ex admiranda humani corporis fabrica: iis confutatis, qui fortuito eam opinati ſunt exiſtere. Eadem diligentia & exercitatio adhibita in methodo compoſitoria ac diuiſoria, quæ ſuperiori affinis eſt, cuius neglectus quantum ſecum trahat errorum, ſatis conſtat ex Platonis & Hippocratis dogmatibus quæ hic Galenus proponit, vt in his exerceamur & diſcamus prompte nos explicare difficultatibus quæ ex diuiſione aut compoſitione naſcũtur.

Platõ

faciemus.mõſtrabimusq́; hos primũ in vniuerſum de his ipſis eodẽ modo pronunciaſſe.deinde per exempla ſpecierum medicinę alterum,alterum philoſophiæ nos exercuiſſe.tertio iis iiſdem quibus exercuerunt,nobis viam tradidiſſe, per quam ingreſsi propoſitum aſſequi optime poſsimus.

ARGVMENTVM CAP. II.

Qui alios vult fallere nec falli ipſ, debet rerum ſimilitudinem diſsimilitudinémque, probe cognoſcere.Cognoſcitur,cuiusque rei percepta veritate quam diſcimus,initio ſumpto à naturalibus principÿs,quæ nos ad eam ducunt. illa ſunt, oculi,aures,lingua,nares,cutis tota, mẽs qua cognoſcitur, quid conſequatur & repugnet, quid diuiſum & compoſitum,ſimile & diſsimile. Cũ hoc Platonis dogmate,cõgruit Hippocrates, qui nos ad ſimilium diſsimiliumque exactam notitiam,peruenire dicit,principio ſumpto à naturalibus inuentionis iudicÿs, ſenſu puta ac ratione. Duo nobis natura largita eſt iudicia, ipſa videlicet inſtrumenta ſenſuum,inſtrumentiſque vtentes facultates: & fidem ſiue perſuaſionem.

IN vniuerſum quidem & generatim de illis Hippocrates definiuit,quæ errores, & dubitationes vel optimis quibuſque medicis exhibere conſueuerunt. At Plato in hunc modum: Primum, inquit, debet ille qui

Veritas vniuſcuiuſq; rei quæ ſit, quo inueniatur.

qui alios fallere, ſe à nullo falli vult, ſimilitudinem & diſsimilitudinem rerum optime tenere. Quod quomodo aſſequi aliquis poſſet, te idem Plato docebit his verbis: Nunquid poteſt aliquis ſingularum rerum ignorata veritate, ſimilitudinem eius quod ignorat, vel paruam, vel magnam in aliis diſcernere? Nequaquam poteſt. Quemadmodum verò vniuſcuiuſq; rei quæſitæ, veritatem inuenias, ex me prius audi, rem tibi, & dilucide & breuiter explicabo. deinde quæ audieris, memoriæ commenda, atque ita ad aliorum orationes diſcutiẽdas poſteà deſcendes. Ego porrò id aſſero, quæſitarum rerum veritatem ita demũ inueniri poſſe, ſi prius vnuſquiſq; viæ quæ ad ipſam ducit, initium cognouerit. à quo ſi aberret, in multos errores, magnamque allucinationẽ delabatur oratio neceſſe eſt. iiſdem iudiciis poſtea quibus principium inueneris, tibi erit vtendum ad ea quæ ſecundum principium, ſecundo & tertio loco ſubſequuntur, & deinceps ſigillatim omnia inuenienda. Quomodo igitur principium eſt inueniẽdum? Nam & Plato cum laudarit adagium id, quo dici ſolitum eſt, principium dimidium eſt totius, ipſe maximũ adiũxit, principium inquiens vniuſcuiuſque operis, ma-

ximo

ximum eſſe,& alii nonnulli, partim non dimidium totius eſſe principiũ, ſed amplius etiam quàm dimidium eſſe dixerunt, partim vel totum ipſum eſſe, poteſtate videlicet aſſeruerunt. oſtendamus igitur quo modo principium inuentionis rerum quæſitarum, indagari poſsit, commemorantes breuiter ea, quæ pluribus cùm alibi, tum in libro de demonſtratione diſſeruimus. Nam ſi nullum in nobis naturale iudicium eſt, neque artificioſum quippiam inuenire poterimus. ſi verò naturale id habemus, tum artificioſum inuentu haud difficile erit. Habemúsne igitur naturalia aliqua iudicia communia omnes homines? neq; enim naturalia appellari cõuenit, quę communia omnibus nõ fuerint, cum debeant, præterquam quòd communia ſunt, naturam quoque habere communem: habere equidem naturalia iudicia, omnes nos aſſero. atq; hoc commonendo potius, quàm docendo, & demonſtrando. neque velut ipſe dixerim ita profero. quænam verò ſunt hęc? oculi, inquã, qui ſecundum naturam affecti ſunt, quæ viſui expoſita videant'. aures naturali prædita conſtitutione, quæ auditui obiecta percipiant. lingua quæ ſuccos guſtet. nares quæ

Naturalia iudicia quæ ſint.

quæ odores olfaciant.tota cutis quæ tactũ mouentia,æquabiliter perſentiſcat.ad hęc mens,vel notitia, vel quo libuerit nomine appellare facultatem eã,qua dignoſcimus, quid conſequatur , quid repugnet , & reliqua quæ ſub his continentur,intelligimus. ſicut diuiſionem & compoſitionem, ſimilitudinem & diſsimilitudinem.vnde hęc profecta diſſertatio eſt. Hippocrates igitur de ipſis ita ſcribit : Similiáne an diſsimilia ſint, à principio ex maximis facillimisq́ue percipi poteſt:ex iis vtique quæ ab omnibus vbique cognoſcuntur . quæ videri , & tangi, audiriq́; poſſunt,quæ viſu tactu,auditu,naribus,lingua,mente ſentiuntur.quibus omnib. cognitio noſtra conſtat. Quæ verba,cum ſatis abſolutè in primo commẽtario,in librum de medici officio expoſuerim.nunc non eſt opus,amplius eadem repetere.capita tantum ſummatim recẽſebo. oportere inquit,ad ſimilium diſsimiliumq́ue exactam dignotionem,peruenire,principio inuentionis à naturalib. iudiciis, hoc eſt,ſenſu,& ratione ſumpto.licet autem, id quod ſæpenumero à me dictum eſt,cogitationem,mentem,rationem, vel quomodocunque volueris appellare, & tamẽ eadem Hippocratis ſententia ſeruabitur. Quemadmo

Mẽs vel notitia.

admo

admodum enim ſenſus, rerum quæ ſenſui ſubiiciuntur, iudicium eſt, ita intelligibilium, aliam quandam eſſe facultatem manifeſtum eſt.quam vocare, vtcunque vnicuique libuerit,permittimus,ne maius corollarium,opere ipſo efficiamus.vtimur enim nominibus,&demum mutua inter nos locutione,vt opiniones animæ, nobis ipſis explicemus, quas ex naturæ rerum contéplatione,concepimus. qua re omiſſa, velle de nominibus certare ridiculum eſt. Quo igitur modo inquit Hippocrates rerũ naturam inueniri poſſe?ſi à maximis,facillimiſq; exordiamur.maximis inquã, vſu.facillimis, quantum ad noſtram cognitioné ſpectat. natura ſiquidem vtraq; hæc nobis largita eſt,& ipſa iudicia,& fidem,quam ſine vlla diſciplina,iudiciis adhibemus. Iudicia ſunt inſtrumenta ipſa ſenſuum, quæq; inſtrumentis vtuntur facultates. fides & perſuaſio,quę ſine vlla doctrina,natura duce,non tam in hominibus, quàm in omnibus aliis animalibus ineſt.Nam cum accedentem aliqué viderint,aut ſtrepitum, vocémue audiuerint, confeſtim, ſi maius eſt id animal quod accedere conſpexerunt,aufugiunt. quieta verò permanent, ſi minus, imbecilliuſq; aduentare ſenſerint. Si quis

Iudicia cognitionis.

igitur non credit iis quæ per ſenſum, & intellectionem euidenter patent, vanum erit conſtitutioni alicuius artis,operam nauare. Sin artium effectus,vitę humanæ vtiles eſſe agnoſcuntur, de ipſis prorſus naturalib.iudiciis credentes,iudicaſſe homines neceſſe eſt: noſque illis eatenus feliciores ſumus,quòd ea quæ illi longo temporis ſpatio,multis laboribus,curiſque inuenerunt, breui tempore diſcimus. Quòd ſi poſthac, non negligenter artes excolere,& ſimilium diſsimiliumq́; diſcretioni, aſsiduam operã ſtudiumq́; impendere voluerimus,nihil vetabit,quo minus veterib.meliores eruditioresq́; efficiamur. Quo igitur pacto exercere,excolereq́; nos ipſos poterimus? Si iuxta Hippocratis admonitionem,à facillimis cognitu incipiamus. quippe cũ ea ſint quæ magnam vniuerſæ hominum vitæ, vtilitatem afferant,magnamque inter ſe habeant differentiam.

Quo pacto exercere nos ipſos poterimus.

ARGVMENTVM CAP. III.

A cognitu facillimis naturalibus indiciis, ſumenda principia docet,exemplo primum Hippocratis de præſagiis ſumendis, in acuto morbo: deinde Platonis argumentis duobus. priori quo docet, vnam eſſe animæ noſtræ ſubſtantiam. Altero,quo declarat deceptionem maxime fieri, in iis quæ

quæ parum diſtant. proinde ſtudendum imprimis, ſimilium diſſimiliumque rerũ cognitioni, quæ paratur ſingularum rerũ natura percepta. quæ diſcenda primum à facillimis: naturalibus nempe iudicijs. Talia enim, autore Platone, in ſe controuerſiam habent nullam, vt cõtra quæ ſub hæc prorſus non cadunt, exiſtunt ambigua.

EXemplum etiam, ab vtriſque his ſumptum producam, quò res euidẽtius dilucidiusq́ue queat intelligi. Hippocrates porrò ita in præſagiis ſcriptũ reliquit: In acutis morbis, ad hunc modum contemplari debemus. primum an ægrotantis facies, valentium faciebus, & præcipue ipſa ſibiipſi, ſimilis ſit. optimum enim hoc eſt in ęgrotante indicium. ſicuti peſsimum eſt, cum lõge à ſimilitudine, diuerſa cõſpicitur. vt naſus acutus, oculi caui, & cætera quæ ſequuntur. Hic videtur præſagientium locorum, dignotionis principium, ab iis quæ natura lib. maximè contraria habentur, ſumpſiſſe. Eo quòd ſint & maxima, & cognitu vnicuique facillima. Quib. perceptis, facile poterit aliquis, ad reliqua ſibi mutuo proximè adhærentia, paulatim deſcendere. id quod Hippocratẽ in pręſagiis feciſſe oſtẽdimus. De his Plato quoq; in eundẽ modũ ſcripſit cum inducit in republica & Glaucone &

Adimanto inuitari Socratem, ad totam de iuſtitia, ſibi explicandam orationem. Cum enim ſciret, ſe ad propoſitam quæſtionem demonſtrandam, quòd non vna nempe eſſet totius animæ noſtræ ſubſtantia, rogari, prius de ciuitate diſſerendum, ſibi eſſe duxit. Verba eius ita habent: So. Dixi id quod mihi viſum eſt: quæſtionē hanc quam aggredimur, haud facilem eſſe. ſed acutè admodum cernentem requirere. Ad. ita videtur. So. Quo circa cum nos parum idoneos ad hoc eſſe videā, perinde in pertractatione eius, nos geremus, vt illi quibus quāuis obtusè intuentibus, minutæ literæ procul legendæ proponuntur. Si enim ſcirent eaſdē literas alibi & grandiores, & latiori in ſpatio reperiri, nónne operæpretium eſſe iudicarét, eas prius perlegere, deinde ad has minutiores accedentes, an eædem eſſent, contemplari? Ad. proculdubio. ſed quid huiuſcemodi ò Socrates in quæſtione de iuſto, eſſe perſpicis? So. tibi dicam. Iuſtitia eſt vnius hominis. nōne eſt etiam eadem totius ciuitatis? Ad. profecto. So. Nónne maior ciuitas eſt, vno tantum homine? Ad. eſt ſanè. So. maior igitur fortaſſe iuſtitia in maiori ſubiecto erit, cognituque facilior. Si vultis itaq; qualénam hoc ſit quod quærimus

in ciuitate prius, deinde in ſingulis hominibus conſiderabimus, maioris ſimilitudinem, in minoris ſpecie contemplantes. Atque ita cùm prius exercuiſſet nos in ciuitate Plato, oſtendiſſetque in ea, partem aliam eſſe quæ imperaret, aliam quæ propugnaret ac defenderet, ac poſtremo tertiã, quæ artificiis incũbens operaretur, tranſit inde ad animam. ſimiliterque in ea oſtendit, cùm bene habet & valet, partem eſſe quandam, quæ imperium obtineat, quandam quæ eius dicto audiens ſit, perinde vt in ciuitatibus, principi obedire milites conſueuere. tertiam demum aliam eſſe demonſtrat, quam corporis alẽdi cauſa nobis, qui nos condiderunt opifices, addidere. Quanquam qui imperiti, minusque exercitati ſunt, internoſcendis inter ſe ſimilitudinibꝰ, tres has animæ partes vnam tantũ eſſe falſo opinantur. Quo autem pacto in diſcretione harum, exercere nos debeamus, docuit Plato tum in ciuitate per totam propemodum rempub. tum in anima ipſa. de cuius præcipua parte, hoc eſt cogitatione & mente, in quarto libro. de aliis quæ mentem ſequuntur, in reliquis ſubſequentibus diſſerit. Sed tempus vt quæ in Phædro hac de re dixerit, iam audiamꝰ. So. deceptio in

iis neque multum, an quæ parum differũt, contingit? Phæ.in iis quæ parum diſtant nimirum. So.Quin etiam te ad contraria deueniſſe minus aduertes, ſi paulatim, & non magnis interuallis tranſieris. Phædr. quid ni? Soc.primum igitur debet ille qui alios fallere, ſe à nullo falli vult, ſimilitudinem & diſſimilitudinem rerum optimè tenere. Phædr.neceſſe ſanè eſt. Socr. nunquid ergo poteſt aliquis, ſingularum rerũ ignorata veritate, ſimilitudinem eius quod ignorat, aut paruam aut magnam in aliis diſcernere? Phædr.nullo modo id poteſt. Socrat. Conſtat ergo iis, qui præter rerũ naturam opinantur, ac falluntur, errorem illum ex ſimilitudinibus quibuſdam irrepſiſſe. Phædr. Sic profectò accidit. Socrat. num igitur poterit aliquis artificioſe vel alios paulatim per ſimilitudines quaſdam, à vero in contrarium traducere, vel ipſe hunc errorem euitare, niſi ſingularum rerum naturam cognorit? Phædr. minime. Socrat.dicendi igitur artem, ille qui veritatem ignorans, ſe tamen reperiſſe eam opinatur, inertem, vt videtur, ac ridiculam exhibet. Veruntamen quia, vt dicebat Hippocrates, quædam ſunt facillima cognitu, quædam non ita, exordium à facillimis

Quædã eſſe facilia cognitu, quædã non ita.

mis

mis quæ ob euidentiam ab omnibus conceduntur,faciendum eſt. Id quod etiam Platonem ſenſiſſe ex his verbis cognoſces. Socrat. Nonne omnibus hoc perſpicuum eſt nos in quibuſdam eiuſmodi conſentire,in quibuſdam diſſentire? Phædr.videor mihi intelligere quod dicis.planius tamen adhuc explices velim. Socrat.cùm aliquis aut ferri,aut argenti nomen dixerit, nonne idem omnes animo concipimus? Phæd. profectò.Soc.Quid verò?cùm iuſti aut boni nomen auditur,nonne alius alio fertur, & tum ab aliis, tum à nobis ipſis diſſidemus?Phæ.Maximè quidem. So.in quibuſdam igitur conſentimus, in quibuſdã non. Ph.ita eſt.So. At vtra ex parte,deceptioni ſumus magis expoſiti? vtráve in parte rhetorica plurimum valet?Phæd.vbi erramus ſcilicet.So.quicũq; igitur rhetoricã artem tractaturus eſt,is debet primũ hęc,via quadam diſtinguere,quandamq́; vtriuſq; generis figurã,ſibi præſcribere,vbi errare ſalliq́; multitudinẽ,& vbi minime neceſſe ſit. Ph.Egregiã ſanè ò Socrates ſpeciẽ cognoſceret,qui id quod ais pcepiſſet. So.deinde quid ſingulis rebus eueniat non ignorare, ſed accuratè animaduertere vtrius ſit generis id,de quo dicturus eſt.Phę.Quid ni?So.

Quid vero amorem? vtrum ex ambiguis & controuerſis nécne eſſe dicemus? Phæ. ex ambiguis proculdubio. So. An putas tibi conceſſurum eum eſſe, quæ de ipſo dixiſti, eum inquam tam amato quàm amanti detrimento eſſe? & rurſus maximum eum bonorum eſſe? Phæ. Optime dicis. Atque hęc eſt oratio quam in Phædro ſcripſit Plato. vbi nos docet, ea quæ naturalibus iudiciis, euidenter expoſita ſunt, nullam in ſe ambiguitatem controuerſiamq́ue habere. ſed in illis, quæ ſub hæc iudicia vel non prorſus, vel non admodum abſolutè cadunt, ambiguitatem exiſtere.

Ea quæ naturalibus iudicis euidẽter expoſita ſunt, nullã ambiguitatem habere.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Ad rerum ſimilitudines accurate celeriterque diſcernendas, adhibenda eſt exercitatio. Nunquam generalis methodus citra multam in ſingularibus actionem bonum reddit artificem. quod in dialectica, rhetorica & muſica eſt manifeſtum. Exercitatio natura præſtantiores ſuperat facile, ſi ſe non exerceant. quod in robore corporis conſtat. Cæterum exempla ſubiiciuntur Platonis & Hippocratis, ad vitæ actiones vtilia, quæ nobis exercitatione ſunt exprimenda. primum, hic Platonis exemplum ponitur, quomodo mulieres eadem cum viris ſtudia de-

beant

beant exercere. In quo docere voluit Plato, quo pacto prudenter ſimilia à diſſimilibus ſeparanda ſint.

PRoinde in rerum ſimilitudinibus diſcernēdis, exerceri hominem oportet. nonnulla enim ſunt, quæ (quantum attinet ad ſimilitudinē & immutationem) ita ſeſe habent, vt in aliquo ſimilia, in aliquo diſſimilia prorſus extent, in quibus dignoſcendi peritia, callere artifex debet, vt exactè ſimul, & celeriter, ſimiliáne inter ſe, an diſſimilia ſint, poſſit agnoſcere. atque hic illud quod ſemper ex me ſoles tum voce, tum ſcriptis audire, repetitum omnino, etiam nunc audies. Vniuerſalis inquam methodus, ſine exercitatione multa in ſingularibus, artificem bonum efficere non pōt. atque hoc tibi in omnibus huiuſcemodi videre licet. quod etiam in quibuſdam, tantā habere vim perſpicuum eſt, vt vniuerſalē methodum diſcere, vnius anni ſpatio vel abſolutiſſimè vnuſquiſque poſſit, niſi tamen eam aſſiduè per totum vitæ curriculū exercuerit, in artis operibus, impedimentum offendat. Cuiuſmodi artes eſſe ratiocinatoriam, rhetoricam, necnon muſicā quæ inſtrumentis fit, nemini dubium eſt. At demonſtratiua, non tanta quidem, neque ta-

Methodum vniuerſalem ſine exercitatione inutilē.

men pauca etiam ipſa indiget exercitatione. qua quidem vti debemus in ſingularũ artium executione, in materiis, quibus ad vtiles vitæ actiones nobis eſt opus. Nam ſi aliquis, quamuis optimo præditus ingenio, quapiam in re, negligat exercitationẽ, nunquàm illis qui licet natura ſint inferiores, diligentia tamen, & ſtudio ſuperant, melior euadet. fac enim aliquem & crurum conſtitutione, & totius corporis robore optime affectum, vſque adeò naturam ſuam negligere, vt pręter quàm quòd nunquam currit, in deambulatione etiam ſemper pigrè ſegniterque ingrediatur: fieri ſanè non poterit, vt is vnquàm victor in olympia efficiatur, niſi prius ſegnitie illa depoſita, ad exercitationum conſuetudinem, ſe transferat, earum præcipue quæ non obuiæ cuilibet, ſed cruribus accommodatæ maximè ſunt. Nam ſi quis talem hominem docendum ſuſcipiat, ſupraque tenuem funiculum ingredi iubeat, ac per erectum lignum ſurſum reptare, ſicuti præſtigiatores ſolent, non modo victoriam olympicam non conſequetur, verum etiam, vel quolibet homine in curſu velocior non erit. Hoc eſt quod ab Hippocrate & Platone ſcriptum eſt, qui exempla & ad artes, &

ad omnes vitæ actiones vtilia nobis tradidere. ſubiungam pauca quædam, tantum vt illorum formam agnoſcamus.

Quibus tamen contenti eſſe non debent (vt ſenſeo) illi, qui in quacunque arte artifices euadere volunt. ſed aſſiduæ exercitationi vacare eos, neceſſe eſt, perinde atque oratores, qui ſingulis quibusque diebus, ſe in argumentis ad propoſitam inſtitutionem idoneis, exercere, conſueuerunt. Sumamus igitur primum à Platone id qđ in quinto de repu. docuit. vbi de mulierum natura agere incipit. vultque eas, eadem quæ viri ſtudia ſectari, quippe cum eadem qua illi, natura præditæ ſint. deinde huic ſuę ipſe orationi occurrens, nõ cõceſſuros fortaſſe aliquos inquit, eandem & maris & fœminæ naturam eſſe. atque idcirco, in quo ipſe eandem eſſe dixerit, oſtendit. Tota eius oratio in hunc modum habet.

Exercitationi aſſidue vacãdum.

Mari & fœminæ, an eadẽ exercitia cõueniãt.

Soc. vtrum ex canibus gregis cuſtodibus, fœminas cenſemus oportere vna cuſtodire eadem quæ mares, vna venari, & alia ſimul facere? an domi ſe continere ob impotentiam ad catulorum fœtum, & educationem, mares verò laborare, & ſtudere circa gregem debere? Glau. Simul omnia facere quidem debent fœminæ, ſed tamen illis vt

infir

infirmioribus,maribus vt fortioribus vtimur. So.fieri ne poteſt,vt aliquo animali, ad eadem vtamur , niſi eadem educatione, diſciplinaq́; inſtruxeris?Gla.non ſanè.So. ſi igitur ad eadem fœminis & maribus vtemur,nónne iiſdem erunt fœminæ inſtituendæ? Glau.Profecto. So.nónne muſica & gymnaſtica maribus erãt aſſignatæ? Glau. erant quidem.So.fœminis ergo etiam eædem hæ duæ artes,& reliquæ quæ ad bellũ pertinent,erunt aſſignandæ. iiſdemq́ue vſibus inſeruient fœminæ,quibus mares. Hic cùm in vniuerſum Plato eadem omnia fœmineo generi, tradenda eſſe propoſuerit, deinde etiam de exercitationibus, quibus nudi vti ſolemus,deq́; eorum geſtatione agit.& tum hæc,tum ea quæ belli cauſa diſcimus,&tractamus.exercenda etiam à mulieribus cenſet. Vbi verò ſermoni huic aduerſatur,ita inquit: So.visne vt nos cõtra nos ipſos,pro aliis altercemur, ne deſertæ alterius partis rationes, oppugnari videantur?Glau.nihil obſtat quin id fiat. So. Dicamus igitur iam pro ipſis.Ad. Nihil opus eſt ò Socrates & Glauco,vt vobiis alii contradicant. vos enim ipſi in principio huius quam conditis ciuitatis fatemini,debere vnumquodque ſecundum ſuam naturã,

vnum

vnum quoddam opus tractare. So. faſſi ſumus ſanè. quid ni? Ad. nónne fœmina & vir longe inter ſe ſecundum naturā differunt? So. cur non differant? Ad. diuerſum igitur opus vtrique prout ſingulorum natura poſtulat, iniungēdum eſt. So. Quid tum? Ad. Quomodo non peccetis in præſentia, & repugnetis vobis ipſi, non video. quippe qui dicatis viros ipſos & mulieres, eadem agere oportere. cùm tamen longe diuerſam diſcrepantemq́; inter ſe naturam ſortiti fuerint. So. habéſne aliquid mi Glauco, quod ad iſta pro nobis reſpondeas? In his cùm quædam de contradictoria facultate dixerit, deinceps totum contradictionis ſermonem ſubiungit, in hunc modum. So. in diſcrimen ſanè adducimur, vt inuitis contradictionem aggredi nobis opus ſit. Glauc. Quomodo? So. Eandem naturam, eadē ſtudia exercere debere, viriliter admodum, & litigioſe, in nomine tantum inſectamur. neque conſiderauimus vllo pacto, quænam ſit ſpecies, diuerſæ, eiuſdemq́ue naturæ. & quorſum ſpectantes, definiuimus tunc, cū ſtudia diuerſæ naturæ, diuerſa, eidem eadē attribuimus. Glau. Non profectò conſiderauimus. So. igitur licet noſmetipſos interrogare, eadémne ſit caluorum & crinitorum

torum natura, non contraria? deinde vbi conceſſerimus contrariam eſſe, quærendũ nunquid ſi calui ſutores fuerint, idem facere crinitos non ſinant, & ſi criniti è contrario eam artem exerceant, calui minime poſſint. Glauc. ridiculum id ſanè eſſet. Socrat. aliámne ob cauſam ridiculum eſt, quàm ꝙ tunc non prorſus eandem & diuerſam naturam poſuimus, ſed illam tantum ſimilitudinis & diſſimilitudinis ſpeciem obſeruauimus, quæ ad ipſa ſtudia pertinebat, id eſt medicum & qui medicæ facultati idoneum animum haberet, eandem naturam habere diximus. nónne ita videtur? Glauc. mihi quidem. Soc. medicum verò & architectum, aliam. Glau. prorſus. Soc. ergo etiã virorum fœminarumque genus, ſi ad arté aliquam, aliudque ſtudium, diuerſum eſſe inter ſe apparet, hoc vtrique aſſignandum eſſe cenſebimus. ſed ſi eo tantum videntur diſcrepare, ꝙ fœmina parit, vir gignit, nõdum quicquam demonſtratum eſſe magis putabimus, quantum ad id de quo agimus, pertinet, à viro videlicet fœminã differre. Verum adhuc eadé & à cuſtodibus noſtris, & ab vxoribus ipſorum, tractanda eſſe cenſebimus. Gla. rectè proculdubio. So. nónne igitur hortabimur eum, qui nobis aduerſa

tur, hoc ipſum dicere, ad quãnam artẽ aut ad quod officium, ex iis quæ ad ciuitatis inſtitutionem faciunt, non eadem, ſed diuerſa ſit maris & fœminę natura? Gla. Cõueniẽs ſanè eſt, ita facere. So. Id quod tu paulo ante dixiſti, diceret etiam aliu: fortaſſe, ex tempore ſatis idoneę reſpõdere haud facile eſſe, poſt conſideratione verò, non difficile. Gla. diceret quidem. So. vis igitur rogemus eũ, qui nobis hæc contradixit, vt attendat an oſtendere illi poſsimus ac probare, nullũ eſſe, ad adminiſtrationẽ ciuitatis mulieris propriũ officium? Glau. maxime. So. age verò ita ad ipſum dicemus. reſpõde nõne ad hunc modũ aiebas, alium natura idoneum ad aliquid eſſe, aliũ ineptũ, ꝙ ille facile, hic difficulter diſceret. ille breui paruaq̃ue diſciplina multa inueniret, ex eo quod didiciſſet, hic multum diuq́; cum didicerit, meditatusq́; fuerit, ne ea quidem quæ didiciſſet conſeruaret. quodq́; in illo corporis diſpoſitio menti ac cogitationi ſubſeruiret in hoc repugnaret? nunquid alia quędam ſunt, quàm hæc, ea quibus ingenioſũ in ſingulis, & hebetẽ deffiniebas? Gla. nullus profecto alia diceret. So. Scis ne aliquid, quod ab hominib. exerceatur, in quo non omnia hæc virorum genus, præclarius quàm fœ-

min

minarum præſtet? an pluribus agemus, lõgiusq́ue oratione vagabimus, texendi artẽ & placentarum, obſoniorumq́; cocturam cõmemorando, in quibus eſſe aliquid mulierum genus videtur, deridendumq́ue eſt, maximè ſi ſuperetur? Glau. vera loqueris ſanè. ſexus à ſexu in omnibus, vt ita dicam longe ſuperatur. fœminę tamẽ multæ, multis viris, ad multa opera ſunt meliores. in vniuerſum autem, vt tu dicis, res ſeſe habet. So. nullum igitur ò amice ſtudium eſt ex iis, quæ ad adminiſtrationem vrbis pertinent, mulieris propriũ, quatenus eſt mulier. nullũ item viri, quatenus eſt vir. ſed ſimili modo diſperſæ naturæ in vtriſq; animalibus ſunt. omniumq́; officiorũ particeps eſt fœmina ſecundũ naturã, omniũ item vir. in omnibus tamen imbecilliorem eſſe fœminam, q̃ virum non negauerim. Glau. prorſus. So. quid igitur? omniane viris mandabimus, feminæ nihil? Glau. at quo modo? So. eſt enim opinor, vt dicemus, etiam mulier, alia medicinæ apta, alia minimè. muſica alia, alia natura à muſica aliena. Glau. quid ni? So. nonne exercitationi etiam, & rebus bellicis idonea alia, alia inepta, belliq́ue exercitationiſq́ue expers? Glau. ita arbitror. So. Nonne ſapien

pien

pientiæ alia ſtudioſa,animoſaq́; eſt, alia à philoſophia abhorrẽs,& timida? Glau. Sic eſt. So. Eſt igitur etiam cuſtodiis idonea quædam fœmina, quædam minimè. nõne talem etiam virorum cuſtodientiũ ciuitatem,elegimus naturã? Gla.talem profectò. So. reſtat igitur, vt & viri,& fœminæ ad cuſtodiam ciuitatis natura eadem ſit, niſi quatenus imbecillior hæc, ille fortior robuſtiorq́; eſt. Glau.videtur. So.tales itaq; fœminæ cũ talibus viris, quæ vnà cũ ipſis & habitent,& cuſtodiant,eligendæ. quandoquidem idoneæ, & cognatæ ipſis natura ſunt. Glau. Prorſus. So. At ſtudia, nõne eadem iiſdem naturis attribuenda? Glau. eadem ſanè. So. ad priora igitur tandem circunducti deuenimus. fatemurq́; nõ eſſe præter naturam,vt cuſtodum vxoribus tũ muſica,tum gymnaſtica aſsignetur. Glau. omnino. His omnibꝰ verbis, Plato hoc vno mulierum exemplo,exercuit nos, vt & inuenire,& diſcernere poſſemus, in quo ſimilia, in quo item diſsimilia ſint, quæ inter ſe comparantur. fœminæ enim in eo ſimiles viris,ſunt, quatenus & ipſæ, animalia rationalia, hoc eſt ſcientiæ, capacia ſunt. At quatenus virorum ſexus.robuſtior validiorq́; habetur,ad omneq́; opus,omnéq́;

Fœminæ à viris in quo diſcrepent.

diſciplinam melior, fœminæ autem imbecilliores, & peiores, in eo verò à viris diſcrepant. in hoc etiam, contrariam viris naturam habent, ꝙ fœminæ ſunt, atq; eã ob cauſam, ad concipiẽdos fœtus idoneæ. mẽbra enim quædam fœminis natura comparauit, quibus viri carẽt. Vnde merito quiſpiam poſſet fœminas, in aliquo ſimiles viris eſſe affirmare, in aliquo diſsimiles. Si igitur ex ſimilitudine, tranſitum ab altero ad alterum feceris, verum dices. ſi ex diſsimilitudine, mentieris. ſi ex contrarietate, multo magis. Quemadmodũ enim Hippocrates, in libello de medici officio ſcripſit, à prĩcipio ſimiliane an diſsimilia ſint, ſpectandum nobis eſſe præcipiens, deinde in præſagiis contrariũ iis quæ dixerat, de facie poſuit, hoc eſt illud quod maxime ſimili aduerſãtur, eſſe grauiſsimum ac peſsimum. Ita Plato in ſuperius citata oratione, demonſtrationem videtur cõtexuiſſe.

ARGVMENTVM CAP. V.

Proponitur exẽplũ ex Hippocrate de luxatione ac luxatorũ mẽbrorum ſignis, vt exerceamur in ſtudio diſcernendorum ſimilium diſsimiliumque.

SEd age, aliud etiã ex Hippocratis ſcriptis ſubiungamus, in exemplũ ſimilitu

di

dinis ac diſsimilitudinis, in vnaquaque re quæ cõparatur, diſcernẽdæ ſumpta eſt oratio, ex libro de articulis, in hunc modum ſe habens. Exciderit ne brachium hiſce notis cognoſcendum eſt. Nam cum iuſtũ habeãt corpus homines, & manus, & crura: ſano mẽbro vti debemus ad non ſani, & non ſano ad ſani exemplũ. neq; alieni articuli inſpiciẽdi, alii enim aliis exarticulati magis natura ſunt. ſed ipſa eius qui laborat membra, attẽdenda, ſanúmne ægrotãti diſsimile ſit, atq; hoc quidẽ recte dictũ eſt. admodũ multã tamẽ ꝓpterea erroneã intelligẽtiã habet: neq; ſatis eſt, ſi tantũ ratione, artẽ hãc cognouerimus, ſed cõſuetudine verſandũ eſt. Multi enim ſunt qui præ dolore vel alia cauſa, licet nõ exciderint articuli, in figurã tamẽ ſimilẽ illi, in quã ſanũ corpus formatur, redigi non poſſunt. inſuper igitur, aduertenda atque intelligenda huiuſmodi figura eſt. Quin & in alam caput brachii magis incumbere in luxato, quàm in ſano videtur: deſuper verò in ſuperhumerali, cõcauus locus apparet: osq; ſummi humeri, vtpote cũ in inferiorẽ partẽ ſubierit articulus, extare conſpicitur. Cęterum erroneã intelligentiam quoq;, hoc quandã exhibet. ſed poſtea de hoc, cum res digna

Non ſatis eſſe ratione artem cognoſcere, ſed cõſuetudine verſandũ in illa.

ſcriptu ſit, nonnulla ſcribemus. In luxato præterea,cubiti gibbus videtur à coſtis magis,ꝗ̄ alter diſtare. ſi tamen vim attulerit quiſpiam,admouebit quidem, ſed cū labore.ſurſum idem rectam manū ad aurem cubito extēto attollere,aut hac & illac perinde ac ſanā traducere non poterit.Hæc Hippocratis oratio ſimilis illi eſt,quā in præſagiis poſuit. quēadmodum enim ibi faciē ſpectare ægrotantis iuſsit, atque id attendere,ſimilis ne an diſsimilis ſanis,ac præcipue ſibi ipſi videretur:ita hic luxatum articulum,ſano cōparat, in eodem ipſo qui laborat, facta cōparatiōe. Nā deceptio(quā erroneam intelligētiam ipſe appellat,) ſæpenumero contingit,ſi cum alienis articulis,ipſum contuleris. ſicut etiam in præſagiis oſtendit,poſſe nos ex ſingularibus, an ſimilis ſit pars ea quæ laboret, naturalem ſitum obtinenti dignoſcere:ita hic fecit,cū alia planè ſcripſerit,Illud verò, in quo error ob ſimilitudinem, ad luxatam partem contingere poſſet, optime optarit, quippe ꝙ falſam intelligentiam, ipſum quoq; afferat.humilis enim eſt, ac deiecta humeralis brachii pars,quā epomida appellāt, nō ſolum in luxatis,ſed etiā in iis, qui alluſionem in ſummo humero patiuntur, vt quā

Erroneā intelligētiā ſæpenumero cōtingere ſi idem cū alieno cōparetur.

tum

tum ad hoc ſpectat,confundatur luxatorũ dignotio,cum ad cõmune ſignum cũ auulſis deueniat. Verum hic etiam,quod generaliter in libro de medici munere dixerat, nunc, vnius ſpeciei ſtatuit:non modo qua ſimilia ſint,duarum affectionum ſigna, ſed etiã qua diſsimilia,demonſtrans.Nam cõcaua quidem brachii ſumma pars in vtriſque apparet. alii tamen caſus quos de luxatis humeris enumerat,in ſummi humeri auulſionibus,nõ accidunt.de quibus, vt ſuperius retuli, ſcripſit ita. Præterea luxati cubitus,videtur à coſtis magis, quàm alter diſtare,ſi tamẽ vim attulerit quiſpiam, admouebit quidẽ,ſed cum labore. ſurſum itẽ rectã manum attollere, cubito ad eiuſdem partis aurẽ porrecto, aut huc & illuc intendere,perinde ac ſanam nõ poterit. Hæc in luxatis fieri,manifeſtum eſt. In quibus verò auulſus eſt ſummus humerus, nihil tale contingit.ſolũ enim in his,illud in cõmune eſt,ꝙ humeralis brachii,pars caua & ſinuata conſpicitur. in qua quidem cõmunitate quædam eſt tum ſimilitudo,tum diſsimilitudo. Videtur enim locus ille, depreſsior eſſe, non tamen eſt re vera, ſeipſo natura humilior,ſicut in luxatis.in illis ſiquidem, cùm brachii caput,in alam decubuerit,ex-

tuberatio quæ prius in brachii ſumma parte,extabat,re vera interiit. id quod in auulſionibus minime eſt. cũ enim ſummus humerus,ſurſum exierit, falſam quandã humiliationis loci illius ſpeciem exhibet. At verò melius fortaſſe eſt,vt vnã aliam ex libro de articulis ſumptam orationẽ,ſubiungamus, in qua in vna eademq́; affectione, ſimilitudinem & diſsimilitudinẽ, pleroſq; medicos fallentem oſtendit Hippocrates. Cum enim aliqua vertebra,in anteriorem partẽ luxata fuerit,ſedes ea, in ſpina depreſſa humiliſq́; apparet.interdũ etiã poſterioribus vertebrarũ proceſsibus fractis,ex quibus ſcilicet ſpinæ ſumma extuberatio, exiſtit,cauus ac depreſſus locus, idẽ cernitur, non ſecus atq; in luxatis,in anteriorẽ partem vertebris.Cum tamẽ hic morbus, curatu quam facillimus, alter q̃ pernicioſiſſimus habeatur. Inquit igitur Hippocrates,medicos quoſdam eſſe,qui horum differentia ignorata,facile ſe luxationem in anteriorem partem curaſſe opinantur: hunc autem in anteriorem partem exitum non ſolum hoc modo appellat,verum etiam in interiorem partem dicit,cùm videlicet intus profunditas corporis, foris ſuperficies extima intelligatur, & in anteriorem, & poſte

poſteriorem partem.Eſt autem oratio vbi iſta conſcripta habent, hæc. A poſteriore verò parte, in interiorem huiuſmodi prolapſio fieri,niſi per quā graue aliquod pondus ingruat,nō facile poteſt.ex oſsibus em̄ quæ extra prominent, talis vnūquodque eſt naturæ,vt prius frangeretur, q̄ introrſum inclinationem aliquam magnā admitteret:& copulis violenter abductis,& articulis qui alternati inter ſe ſunt: dorſualis prȩterea medulla laboraret,ſi ex paruo ſpacio, inflexionē haberet, tali elapſu egreſſa vertebra: tū vertebra q̄ exiliiſſet, medullā comprimeret,ſi non etiam abrumperet. at ea compreſſa & intercluſa, multis magnis & nobilibus partibus,torporem induceret vt cū multa & ingentia alia mala infeſtēt: medico,quo modo vertebram dirigat,curare non liceat.quin neq; fieri poſſe,vt reponatur, neq; dequaſſando, neq; alia quapiā ratione, perſpicuum eſt:niſi quis diſſecto homine, atque in ventrem manu iniecta, intrectando ab interiori parte, ad exteriorem retrudat. at hoc mortuo quidem fieri poteſt,viuo non poteſt. Sed quorſum hæc ſcribo? vt intelligamus nonnullos eſſe,qui curaſſe ſe eos homines arbitrantur, quibus ab interiore parte, vertebræ prolapſæ

articulos omnino tranſilierint. quin & diſtortionem hanc curatu facillimam, nullaq́ue indigere repoſitione, ſed ſponte ſanari opinantur. ignorant quidē multi, atque ex eo quòd ignorant, lucrantur. ſuadent enim aliis hoc ipſum, & ipſi falluntur, hac de cauſa. Spinā eā quę hac in parte ſpinæ eminet, vertebras ipſas eſſe autumant: propterea quòd rotunda ac teres, attrectanti apparet. neq; aduertunt oſsicula eſſe illa, à vertebris procedentia, de quibus paulò ante dictum eſt. at vertebræ multo anterius abeūt. anguſsimū enim ex omnibus animalibus homo, pro magnitudine ventrem habet, à poſteriore in anteriorē partem, præſertim ad pectus. cū agitur aliquod ex his eminentibus oſsibus valide confractū fuerit, ſiue vnū, ſiue plura: ea in parte, depreſſior locus efficitur, quàm hinc & inde videatur. ac propterea iſti vertebras intro abiiſſe exiſtimant, ac decipiuntur.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Ex ſuperioribus exemplis conſtat quantam vim habeat ſimilium diſsimiliumque dignotio: ideoque diligenter obſeruandum cuique artifici, ſimiles ne res ſint an diſsimiles in quibus verſatur. Vtque reddatur promptior hac in re exercebitur in multis variisque exemplis, ab ijspo

tiſsi

tiſsimum petitis qui optime in hac arte elaborarunt. tales ſunt Plato & Hippocrates. Exemplũ hic à Platone propoſitum diuerſos indicat medicorum fines. proprius eſt, corporis ſanitati conſulere. ſin quid aliud in ſua arte reſpiciant, perdunt medici nomen: appellanturque quæſtuoſi, humani, vel ambitioſi. Tria ſunt diligenter notanda. Primum, vt in rebus communia diſcernamus à proprijs. Secundum, ſimiles ne ſint res an diſsimiles quæ comparantur. Tertium, quid in ipſis idem ſit & diuerſum.

MAximam habere vim ſimiliũ ac diſſimilium dignotionem, vnumquéque item artificem res in quibus verſatur, ſimiles ac diſſimiles diſcernere debere, ex hoc exemplo facile conſtat. Cum enim in exercitatione, præcipua huius cognitionis pars collocata ſit, non in vniuerſalibus exẽplis ſpectare, ſed in pluribus, & variis exerceri opus eſt, ab his præſertim authoribus qui artẽ hanc optimè tractarunt, Hippocrate & Platone exemplis depromptis. Cũ igitur in primo reip. Plato, cum allis pluribus exemplis, tum nauium gubernatorum & medicorum, demonſtraſſet artiffces, iis quibus imperant, & quos tractat, non ſibi vtilitates comparere, deridens hoc Thraſymachus opilionum, & bubulcorum mẽtio-

Vnúſquéque artiſicẽ res in quib. verſatur. ſimiles ac diſsimiles diſcernere debere ex exercitatio.

nem facit,qui ſuæ,non ouium, & boũ vtilitati conſulunt. at Socrates horũ diuerſum eſſe ſcopum,ac finem oſtendit.alium eorũ qui in paſtoritia arte,nihil aliud pręter ouium,& boum vtilitatem ſpectant,alium eorum qui vel ad venditionem, vel epulũ animalia, ea ſaginare conſueuerunt. apertum eſt igitur,medicum etiam, qua medicus eſt,corporis ſanitati conſulere,qua verò ob aliud quid hoc agit, aliam habiturũ eſſe appellationem.quippe cùm nonnulli, lucri cauſa, medicinam exerceant. quidam ob ſibi legibus conceſſam immunitatem, ac reipub.vacationem, alii humanitate cõpulſi.gloria alii,& honore allecti. Quatenus itaque ſanitatis opifices ſunt, medici omnes cõmuni nomine vocabuntur.quatenus verò diuerſos ob fines,munus illud tractant,alius humanus,alius ambitioſus,glorioſus hic, ille quæſtuoſus appellabitur.

Exercitatio Galeni ducta à ſimilitudine præcedentiũ.

Quocirca medicorum finis, quatenus ſunt medici,minime eſt, vt Menodotus Empiricus ſcriptum reliquit,glorioſus, aut vtilis. Sed ipſi Menodoto talis profectò fuit. Diocli verò nequaquã,ſicut neque Hippocrati,aut Empedocli,aliiſq; cõpluribus ex veteribus, qui humanitate & benignitate, hominibus medebantur. Si quis igitur in

hu

huiuſcemodi exemplis ſe exercuerit, ſunt autem apud Hippocratem & Platonē, perquàm multa,facile tum propria,tum communia vniuſcuiuſq; artis perſpiciet.aduerſus Thraſymachū,ſiquidem in primo reip. libro Socrates, diſſerens de opilionibus, & bubulcis, in eo communicare eos oſtendit, quòd ſunt opiliones,& bubulci,at ꝙ ille vt lucretur,hic vt ædat,pecudes ſaginat,in eo verò quamplurimum diſcrepare. At in libro de fracturis, Hippocrates pluribus docuit, nos communia diſcernere à propriis. Et vbi de artibus, hoc eſt de medici officio tractat,an ſimilia ſint,aut diſsimilia.tres enim hæ conſiderationes,poteſtate vnum & idem ſunt.de propriis inquam, & communibus ſpeculari.tum diſcernere ſimiliáne an diſsimilia ſint,ea quæ conferuntur. tertio quid idem & quid diuerſum ſit in rebus conſidera. Solent quippe græci,ſimilia interdum appellare, quæ aliquid quod idem ſit,in ſe habuerint. Exempla quoque in rebus quæ conferuntur,per idem facienda eſſe,Plato præcepit.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Quæ via diuiſiua inueniuntur, affinia ſunt his quæ ad ſimilis diſsimiliſque cognitionem ſpectāt Methodi itaque diuiſoriæ exēpla multa profert Galen

Galenus: primum ex Platone, deinde ex Hippocrate. Eſt methodus iſta compoſitoria vel diuiſoria ad artium conſtitutionem imprimis neceſſaria, in qua dupliciter exercemur: vel à generaliſſimis per medias differentias ad ſpecialiſsima deſcendendo aut à ſpecialiſsimis ad primum genus aſcendendo.

Methodus diuiſiua.

HVic autem ſpeculationi, affinis quodam modo etiam illa eſt, quę diuiſiua appellatur methodus. cuius exercitationē Plato in ſophiſta, & ciuili tradidit. vſum vero non hic modo, ſed euidentiſsime atque abſolutiſsime in Philebo, & Phædro, in repub. quoque, āliiſq́ue quibuſdam tractatibus demonſtrauit. In ſophiſta igitur & ciuili, docet quomodo quis loco appellationis & nominis, breui & dilucida oratione, ſignificatum eius interpretetur. Quæ oratio poſtea definita, & definitio à recentioribus per excellentiam fuit nūcupata. In Philebo, & Phædro, ad artium conſtitutionem diuidendi & componendi artem, oſtendit eſſe quam maxime neceſſariam. duobusq́ue modis nobis præcipit in ea eſſe exercendū. vno vt à primo, maximeq; generali, ad ea quæ nullam amplius ſectionem admittunt deſcendamus, per medias differentias, quibus definitiones ſpecierum, conſtare in ſo-

Oratio definita.

phi

phiſta, & ciuili oſtenderat. altero vt à ſpecialiſsimis quæ multa ſunt, ad primum genus componendo aſcendamus. vna ſiquidẽ vtrorunque via eſt, iter verò duplex, ab altero extremo, ad alterum viciſsim tranſeũti. de quibus in Phædro ita loquitur. So. mihi videntur ſanè cætera per luſum re vera eſſe dicta. ſed ſi quis duarum harum ſpecierum, quarum modo forte fortuna mentionẽ fecimus, vim ipſam arte poſſet cõprehẽdere, eſſet nõ iniucundũ. Phæ. quarũ ſpecierũ? So. vt ſcilicet in vnã id eã formamq́; intuens, ea quę multifariam diſperſa ſunt, cogeret, quò ſingula definiendo, planum faceret identidem quicquid docendum ſuſcepiſſet, quemadmodum nos in præſentia de amore agentes, cum definiuimus. quod ſiue bene ſiue male dictum ſit, diluciditatem tamen, & conuenientiã attulit orationi. Phę. alteram verò ſpeciem quam dicis ò Socrates? So. vt econtrario ſecundum ſpecies poſſit articulatim pro rerum natura, res ipſas diuidere, neque inſtar mali coqui frangere membrum aliquod aggrediatur.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Exempla diuiſoriæ & compoſitoriæ methodi ſubijciuntur. primum ex Platone de arte rhetoris

rica quæ iuxta illam methodum diſcentia eſt, nō per experientiam aut conſuetudinem. Valet eadem ſeruata methodus in omnium artium compoſitione. Exempla hic habes grammatices & muſices. Grammatica ars primum ex literis inuenta eſt.

Dicēdi facultas aīe quædā allectatio.

HAec generatim de diuiſiua ac compoſitiua methodo, à Platone dicta ſunt. tranſiens deinde ad rhetoricam artem, vno enim hoc exemplo, totius tractatus erimus contenti, hæc ſubiungit. So. Quando dicendi facultas, animæ allectatio quædam eſt, ille qui orator futurus eſt, quot animæ ſpecies ſint, cognoſcat neceſſe eſt. tot igitur ſunt ac tot, talesque ac tales, vnde illi tales, hi tales efficiuntur, his ita diſtinctis, orationum item tot ac tot, talesq́ue ac tales ſunt ſpecies. tales igitur homines, talibus orationibus, talem ob cauſam, ad talia facile perſuadentur. tales contra, ob talia difficulter. Oportet igitur, eum qui hæc fuerit ſpeculatus, poſtea eadē in actionibus ipſis ſpectare, celeriterq́; ſenſu percipere, alioquin nihil amplius quicquam habebit quàm ea, quæ à doctoribus audiuit. at cū ſatis idonee poteſt dicere, qualis, qualibus orationibus ſuadeatur, cumq́; aliquis acceſſerit, perſentit talem eum eſſe, & ſecum, hæc, inquit, na

tura nunc re adeſt, qua de ſermo ante habebatur, &: hæc oratio ad hos perſuadendos, eſt adhibenda. hæc omnia conſecutus, ſi dicendi & tacendi inſuper opportunitatē adiunxerit, breuiloquii itidem, tum commiſerationis, & vehementiæ, atque amplificationis, cæterarumq́; orationis partium, quas didicit, occaſiones & importunitates cognouerit, tunc demum rectè, atq; abſolutè, artem hanc erit executus. prius verò minime. in quocunque autem horum quis defecerit vel dicendo, vel docendo, vel ſcribendo, licet ex arte ſe verba facere dicat, non ipſe, ſed qui non perſuadetur, vincit. Hæc de rhetorica diſſeruit, docēs quomodo quis eam methodo vſus conſequeretur. non vt plerique faciunt, experientia, & conſuetudine. ad hæc inferius, vbi vtilia multa connumerauit, ſummatim ea colligens, ſic ad verbum ſcribit: So. Quare, ſi aliud quid de arte docendi afferes, audiemus: ſin minus, iis quæ diſſeruimus, acquieſcemus. vt niſi quis auditorum naturas diſcreuerit, in ſpecieſque res ipſas diſtinxerit, & in vnam ideam colligere ſingula idoneus fuerit, nondum is dicendi artem, quò ad homini licet, fuerit aſſecutus. Hoc equidem in libro compendioſè, quum de artium omnium in

vniuerſum conſtitutione,tum de rhetorica diſſeruit: in Philebo verò exactiſsime totã hanc rem pertractauit: ex qua ego oratione, quod ad propoſitum maxime facere videatur,aſcribam:id eiuſmodi eſt: So. Vox profectò nobis quæ ex ore exit,vna eſt.Eſt item infinita rurſus multitudine cunctorũ, & ſingulorũ.Pro.quidni? So. Et ex neutro horum,ſumus ſapiẽtes,neque ꝙ infinitam, neque quòd vnam eam eſſe cognoſcimus, ſed tantum quòd & quales,& quot ſint voces,tenemus: hoc enim vnumquemque noſtrum grammaticum reddit. Pro. veriſsimum eſt. So. At verò muſicum hominem nónne idem facit?Pro. quo modo? So. vox enim ſanè etiam illa in arte vna eſt. Pro. Quidni? So. Duo item ſtatuamus neceſſe eſt,graue &acutum:& tertiũ inſuper quod medium inter vtraque tenorem habuerit: nónne ita?Pro.ita profectò.So.nondum tamen ſi hæc ſola cognoueris, muſicæ euades peritus: ſed niſi cognoueris, nullius, vt ita dicam,quantum ad hæc ſpectat,pretii æſtimaberis.Pro.nullius ſanè.So. Sed vbi ò amice acceperis,quot interualla numerò vocis circa acutũ & graue,& qualia ſint: necnon interuallorum terminos. quotq́ue ex his conſtitutiones efficiantur: quæ veteres

conſpicientes, poſteris nobis tradidere, vt harmonias concentuſque appellaremus: aliaſque quaſdam huiuſcemodi affectiones, in corporis motionibus exiſtere deprehenderunt, quas numeris dimenſas, numeros vel rhythmos, & modulos vocitandas cenſuerunt: cogitandumque nobis reliquere, ita de vnaquaq; re, quatenus vel vnum vel multa eſt, eſſe contemplandum. Cùm hæc ita acceperis, tunc ſapiens doctuſque euaſiſti. Cùm etiam aliquid aliud qualibet in re hac ratione comprehenderis, in eo prudẽs ſapienſque efficieris. Infinitas verò ſingulorum, & multitudo, in ſingulis expertem te ſapiendi, neque doctum, neque numeroſum reddit: quippe cum nullum in numerum, aliqua in re vnquam reſpicias. Pro. Præclare hæc ò Philebe mihi videtur Socrates dixiſſe. Phi. mihi quoq;: ſed quid ad nos hæc oratio dicta eſt? quidúe ſibi vult? Soc. recte hoc à nobis Protarche quæſiuit Philebus. Pro. prorſus. reſpõde igitur ipſi. Soc. faciam, ſi tamen pauca quædam de his adhuc ſubiunxero. Nam quemadmodum ſi quis vnum aliquid, quodcunque tandem ſumpſerit, is vt diximus, non in infiniti naturam continuo, ſed in numerum aliquem ſpectare debet: ita è contrario cum quis

Artẽ hãc cõem ad omnia.

N in

infinitum prius accipere coactus fuerit, eũ non ad vnum ſtatim, ſed ad numerum quẽdam, multitudinis alicuius capacem intendere opus eſt, ac demum in vnum deſinere: rurſus verò hoc quod dicimus, licet in literis contemplari. Pro. quo modo? Soc. poſteaquam infinitam vocem animaduertit ſiue deus, ſiue diuinus quidã homo ille fuit vt fama eſt Theuth quendam apud Aegyptios huiuſce rei inuentorẽ fuiſſe, qui primus vocales in infinitate non vnum eſſe, ſed plures conſiderauit: rurſus alias ex his non vocis, ſed ſoni cuiuſdam eſſe participes cognouit: atque has quodam in numero eſſe. tertium inde literarum genus diſtinxit, quæ nunc mutæ à nobis appellantur: poſtremo mutas, & ſoni immunes, ad vnũ vſque diuiſit, ſimili modo vocales, & medias, quò ad earum in ſingulis quibuſque: & vniuerſis, certo comprehenſo numero, elementum nominaret: animaduertẽs pręterea. neminem noſtrum vnum ex his per ſe ipſum ſine cunctis aliis percepturũ fuiſſe, vinculum, hoc quaſi vnum quoddam, atque omnia hæc vnum quodammodo efficiens, excogitauit: vnamq́ue his grammaticam artem perfecit. Hæc Plato in Philebo De conſtitutione artium ſcripſit, ea videlic

Infinita vox.

delicet,quę rationali quadam methodo,nõ diuturna obſeruatione,ex ſingulorum peritia in vnum collecta cõficitur. Eam ſanè rationalem artium conſtitutionem,nõ poſſe ſine exercitatione diuiſionis & compoſitionis fieri, ex his quæ à me nunc commemorata ſunt,manifeſtum eſſe arbitror:per totum itaque Philebũ,ille re ipſa methodũ hãc oſtẽdit,deinceps de voluptate verba facięs, omneſq; eius differentias cõnumeras.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Vſus diuiſionis & compoſitionis docetur ex Hippocrate, qui in plura diſtinxit morborũ medicamentorúmque genera,quæ vnum ab imperitis iudicabantur,quod factũ eſt in literali morbo.qui vt cognoſci curarique poſsit obſeruata illius varietate,paucis ex Hippocratis ſentẽtia perſtringit Galenus.

IDem quoque Hippocrates, in libro De victu,in acutis morbis,multo ante præuertit,Gnidios medicos reprehẽdens, quippe qui morborum differentiam ſecundum genus,& ſpecies ignorabãt:ipſe vero diſtinctiones quaſdã tradit,quibus id quod vnũ videtur eſſe,non tã in morbis,q̃ in aliis omnibus,ſi ſecetur,plura eſſe deprehẽdatur:in quo pleriq;,vel maximè illuſtrium medicorũ etiã in remediis ipſis,erraſſe inueniũtur

ſiquidem nonnulli, ad ſingulares ipſorum vtilitates deuenientes, inertem quandã omni ratione methodoq; carentem doctrinam effecerunt: alii contra cõmunia ſectati, prima quidem fronte artificioſiſsimam, re autem vera, prauiſsimam diſſertationem inſtituerunt. Inde etiã inter ſe diſſenſere nonnulli de certo aliquo morbo, verbi cauſa lateris dolore, ſententiam proferentes, eius medicamentum, alii ſanguinis miſsionem eſſe, alii purgationem dicunt: non ſecus fomentum, alii ſpongiis, alii iis qui à medicis marſypi, & ſacculi appellantur, vel aliquo alio contendunt eſſe faciendum. Eodem modo etiam de lotione, & illuuie, de aceto mulſo, de aqua mulſa, de aqua, de vino diſſentiunt, de ptiſana item nihilominus. vel enim ſuccum tantum excolatum, vel ſolam hordeaceam ſubſtantiam exhibendam cenſent: alii etiam cibos non ſubtrahunt, cum alio modo, alius & ægrotantium & relatorum differẽtias diſtinguat, ipſe quibus indigere remediis lateralem morbum ſentiat, demonſtrat. Quod quemadmodum ipſe dicat inordinatius paulò, vtpote qui primus id inuenerat, in cõmentariis De victu acutorũ expoſui. Quẽ librũ nõnulli cõtra Gnidias ſentẽtias, alii de ptiſanã inſcribũt,

De lateris dolore sẽtentia.

prau

praue vtrique. Ego veró, quo hac etiam in re, breuibus explicatam ſententiam habeāt ſtudioſi, capita non grauabor referre. Cū enim primum laterales morbi oriuntur, doleréque latus incipit, quia nondum manifeſta eſt affectio, calefactionibus fomentiſq; quæ appellantur, periculum faciendum eſſe iubet. materiamque ipſe exponit: deinde ſi minime ita fuerit ſolutus morbus, conſiderandum præcipit, nupérne comederit, aluus deiecerit, nécne: quidque ſit faciendū docet, ſi neque hac ratione ceſſerit langor, diſtinctiones quaſdam tradit eorum, vel qui ſanguinis miſſione, vel qui purgatione indigeant, in quibus item mulſa aqua, vel mulſo aceto, vel aqua vtendum ſit, nullo modo vſque ad iudicium exhibito alimēto. Quibus etiam ſuccum ptiſanæ, quibus hordeum ipſum, quibus cibos firmiores, eo tempore dare debeamus. Non ſecus de vini exhibitione definit, quibus dandum, quibus non, quando, & quale: ſimili modo de balneis, aliiſque id genus.

ARGVMENTVM CAP. X.

Dupliciter in diuiſionibus peccatur, defectu atque exceſſu. Reprehenduntur ab Hippocrate primum qui in morborum diuiſionibus peccarūt exceſſu. deinde qui defectu in remediorum diui-

In diuiſionib. duplex peccatum.

ſione errarunt.

CVm verò duplex ſit peccatum, in diuiſionibus, propterea quia alii deficiunt, alii accedunt, in multitudinem non propriam rei, de qua agitur, ſecantes, horũ vtrunq; Hippo. in principio libri reprehẽdit: atq; ita inquit. Diuerſitates tamẽ morborum nonnulli, multimodasq́ue eorũ diuiſiones non ignorarunt: ſed cum numerũ ſingulorum morborum voluerint euidenter explicare, non recte id ſcriptis tradiderunt. neque enim numero comprehendi hi facile poſſunt: ſi huic argumento fides præſtanda eſt: quòd ægrotantiũ morbus, alius ab alio in aliquo differt: neque idem eſt, niſi nomen etiam idem habuerit. De remediis verò & medicamentis contra, vtpote in defectu peccantibus, in hunc modũ ſcribit. Et non modo eam ob cauſam illos non approbo, verumetiam quia paucis admodum numero medicamentis vtuntur.

ARGVMENTVM CAP. XI.

Multa ab aliis medicis nõ obſeruata animaduertit Hippocrates in hac quæſtione: Cur in acutis morbis tam varia ſit medicorum ſentẽtia, vt quidam non percolatam ptiſanam exhibeant: alii non niſi percolatum præbeant ſuccum. porro mirandum videtur, medicos tam diuerſa iu-

dica

dicare in rebus quæ ab experientia pendent. contra non ita mirum eſt, in philoſophia nondum ſedatas controuerſias, vtpote à ſenſus iudicio alienas.

POſt hæc cùm præſumpſiſſet, id quod quæſtioni vtiliſſimũ eſt, non explicatè poſtea ſolutionẽ eius ſcripſit: atq; idcirco tota quæſtionis vis, fuit à pleriſq; medicis ignorata. Ego ſanè, licet totã hanc orationem, in primo De victu acutorum cõmentario enarrauerim, nunc quoq; tamen breuiter dicendum de vi eius, mihi eſſe arbitror. Ipſam quæſtionem his verbis ſcripſit Hippocrates: Digna vt ſcribatur mihi videtur eſſe, præcipue ea quæ vel nõ animaduerſa à medicis ſunt, cũ tamen per quã oportuna eorũ cognitio ſit, vel magna aut emolumẽta, aut dãna afferre conſueuerũt. non animaduerſa ſunt hæc. Cur in acutis morbis, alii medici, cùm perpetuo non colatam ptiſanã exhibeant, recte ſe medicinã exercere exiſtiment: alii verò in primis id dent operam, vt nihil hordei deuoret ægrotus, magnam quippe id noxã affere putãt, ſed per lintheum ſuccum excolatum exhibeant: nonnulli alii verò, neq; craſſam ptiſanam, neque ſuccum dent: atq; id alii vſque ad ſeptimũ diẽ, alii ſemper quoad mor-

De ptiſanæ exhibitione in acutis morbis.

bus ipſe iudicetur. Sanè neque huiuſcemodi quæſtiones proponere, neque fortaſſe propoſitas ſoluere, cõſueuerunt medici. Verum maximam vniuerſa ars, apud imperitos & populares, calumniam patitur, vt ne medicina quidem vlla, eſſe videatur. Quare in acutis quidem morbis, adeò inter ſe opifices diſcrepãt, vt quod alter attulerit, optimum vtiliſſimumq́ue eſſe affirmans, alter pernicioſum eſſe contendat. Et paulo poſt. Aſſero profectò optimam eſſe conſiderationem hanc, pleriſque in arte rebus, atq; his vtiliſſimis, affinitate quadam connexam: nam ægrotantibus omnibus ad ſanitatem, ſanis ad tutelam, exercentibus ad bonum habitum, atque ad quodcunque aliquis voluerit, plurimum facit. Hanc de artificum diſſenſione conſiderationem, non ſolis languentibus magnam vim habere inquit, ad ſanitatem recuperandam, verum etiam ſanis, ad tutelam, eiuſdem videlicet ſanitatis, & exercentibus ad bonũ corporis habitum, vt & acquirant ipſum, & vt perſeuerent, plurimum valere. deinde ſubiunxit, & ad quodcunque aliquis voluerit, vt ſignificet, non tam ad medicinam, quàm ad omnes etiam alias artes, vim ſuam porrigere. Admiratione ſanè dignum videtur,

In acutis morbis opificum diſcrepãtia.

quamobrem fiat,vt medici qui artem eam tractant,in qua an admota remedia profuerint,an læſerint, experientia poteſt iudicari,nihilo ſecius tamē,de iis quæ iuuant vel nocent,maximè inter ſe repugnantes ſentētias protulerint. Nam ſi in philoſophia, nondum ſedatæ fuere diſcordiæ , nihil mirum eſſe debet: quippe cùm de rebus eiuſmodi ſint,quæ euidenti experimento iudicari minime poſſunt:atque idcirco effectū eſt,vt alii ingenitum eſſe mundum,alii genitum prodiderint: alii nihil extra mundū contineri,alii eſſe aliquid affirment: atque ex his rurſus , qui aliquid extra eſſe aiunt, nonnulli vacuum, nulla præditum ſubſtantia,ibi eſſe dicunt,nonnulli mundos alios, nullo tamen numero comprehenſos , vt in infinitū progrediatur multitudo.Huiuſmodi enim res , nullo euidenti ſenſuum iudicio,definiri queunt:at in vtilitate & læſione medicamentorum , quæ corpori exhibentur,nihil ſimile eſt: quæ tamen in tantam controuerſiam, inter medicos venere: quaſi experiētia ipſa quid iuuaret, quidve offenderet,iudicare facillimè nō poſſent.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Solutio ſuperioris quæſtionis in hoc conſiſtit, ſi ægrotantis natura,morbi habitus, medicami-

nis vis ac tempus obſeruentur. Nonnulli enim inedia indigent vſque dum iudicetur morbus: alii cibo. & ex his quidam, hordeaceam ptiſanã, alii ſuccum ſolum, nonnulli ſolidiorem cibũ poſtulant. Inſuper oxymel quidam aut mulſam: aquam autem alii vel vinum exigunt. Notantur etiam hic qui experientia tantum ſunt medici, atque in ſanandis vulneribus non recte adhibent medicamina.

HVius igitur quæſtionis ſolutio, propterea quia non admodum clarè ab Hippocrate fuit explicata, omnes ferè libri huiuſce interpretes, latuit. quæ nimirũ talis eſt. Ex ægrotantibus alii inedia quoad morbus iudicetur, alii cibo indigẽt: atque ex his quibus alimentò eſt opus, quidã hordeaceam ptiſanam, quidam ſuccum ſolum, ſicut nonnulli, firmiorem cibum exigunt: quidam item aceto mulſo, vel aqua mulſa: aqua alii, vel vino egent. Hinc euenit, vt medici, qui ex ſola experientia, artẽ cõſtituũt, vtile illud exiſtimarint, quod forte fortuna, ſæpius profuiſſe, vnuſquiſque compererit: neque ad contrarium victus genus, experiendi cauſa trãſire audẽt, ne infeliciter res cedat formidantes. Solus igitur ille, qui & ęgrotantis naturã, & morbi affectionẽ, & adhibiti remedii vim, tempus

Qui medici certũ habeant ad quodvis experimentũ.

pus

pus item,quo ipſi fuerit vtendum,optimè calluerit,non verebitur, quin ſi medicamēto quod ratiōe excogitauit,vſus fuerit, ſpē ſuam experiētia cōfirmare poſſit.ſolusq́ue inueniet,tum diſſentionis cauſam , tum diſtinctiones,quas ſecutus aliquis,id quod lāguēti vtile futurū ſit,facile deprehēdat.atque præter iſtū, nemo alius poterit cognoſcere.Qui enim experientia tantū cognitis inſiſtūt,ii ſola illa q̄ experti ſunt, adhibere conſueuerūt.ac nocumenti cauſam in naturam,vel artē,vel tale quippiā referūt. Idē hoc etiam,in libello de fracturis,in fractionibus quæ cum vlcere factæ ſunt, oſtendit Hippocrates his verbis : Alii ſunt qui huiuſmodi fracturas,linteis ſtatim curent:atque hinc & inde linteis cōuoluentes,qua vlcus eſt intermittāt:refrigerariq́; id ſinant. poſtea ſupra vlcus medicamēto aliquo purgāte impoſito,& plagulis vino imbutis ,& lanis ſuccidis,ita medeantur. Curatio hæc mala eſt. veriſimileq́ue eſt, hos qui ita curant,cum in aliis fracturis,tū in huiuſmodi maximè deſipere,quippe cùm pręcipuū illud ſit ac maximum , vt cognoſcamus, quo modo iniiciendum initium linteorum ſit,& qua parte maxime comprimendum. quam vtilitatem item conſequantur æ-

Qui ſola experientia cognitis inſiſtunt, ſola experta adhibent.

gri

gri,ſi quis & rectè,initium faſciæ cõiiciat & qua maximè eſt opus comprimat. quo, contra damno afficiatur,ſi neque recte faſciationem incipiat quiſpiam, neque qua maximè conuenit,ſed hinc & inde,tantum compreſſionem faciat.quæ ſanè ex vtriſque eueniant,& dictum etiam ſuperius eſt, & ipſa quoque medicina teſtificatur. quippe cum neceſſe ſit, vt ei qui ita deligatur, tumor in ipſo vlcere inſurgat. Nam ſi ſanum corpus,hinc & inde deligatum fuerit, in medio autem intermiſſum ſit: id qua intermiſſio facta eſt,intumeſcet ac decolorabitur.quomodo igitur vlcus hæc non patietur? Neceſſe igitur eſt, vt vlcus decoloratum,& labiis euerſum ac protuberans & lachrymoſum euadat,nec ſupperet: oſſaque, quæ receſſura minimè erant,recedant. nec non pulſet,ac febrile vlcus efficiatur: vt cogantur ob intumeſcentiam, emplaſtra imponere.id quod inutile iis, qui hinc & inde deligati ſunt,euadit:cum nihil ipſis,niſi põdus quoddam inutile, ad pulſum illum ſuperueniat.Poſtremo verò,cum iam recrudeſcit malum,faſcias reſoluunt,& ſine deligatione poſtea,reliquam curationem perſequuntur.& ſi aliquod aliud vulnus huiuſmodi deprehẽderint,nihilominus eodẽ mo

do

do ei medentur. neque enim deligationem hinc & inde factam,& vlceris refrigerationem,eſſe in cauſa, ſed aliquod aliud infortunium putant. Non putant,inquit,pernitioſam illam ligationem , nocumenti cauſam fuiſſe,ſed aliquod aliud infortunium. Quo fit , vt nunquam cõſuetam iſtã ſuam tractationem relinquant, ſed in male perceptis cognitiſque perſiſtant.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

Diſcordiæ cauſam in adhibẽdis remediis præbet,affectionis diuerſitas & materiæ. Affectio morbus eſt : materia,ipſum remediũ,nempe mulſum,aqua,ptiſana,vinum cuius differentias & proprietates hic numerat. Adminiſtrantur hæc ægrotantibus vel negantur adhibito iudicio. Veluti voluptas quædam iuxta Platonem , nempe quæ ex honeſtis diſciplinis oritur , perſequenda eſt alia contra fugienda, quam ebrietas , gula, venus promouent.at quæ inter has media,nec fugienda eſt,nec expetenda. Pari modo propoſitæ rei differentiæ diuiſiua methodo ſunt inueſtigandæ,quæ affinis eſt ei quæ ad ſimilis diſſimiliſque notitiam ſpectat.Vtranque inuenerunt & excoluerunt Hippocrates *& Plato quibus methodis neglectis . multarum diſſentionum anſa data eſt.*

HAec quæſtionis illius diſſolutio eſt, quatenus cauſam diſſentionis, in remediis adhibendis conſiderare debeamus. quam vniuerſaliter complectens aliquis, differentiam eſſe diceret, rei generaliter intellectæ, & dictæ, & propoſitæ, ſiue ea res affectio, ſiue materia aliqua remedii, fuerit. affectionem appello, vt lateris dolorem

Affectio.

de quo, vt de exemplo, diſſeruit: materiam, mulſam aquam, vel vinum, vel aquam, vel acetum mulſum. in ſingulis enim his, propriæ quædam differentiæ ſunt, de quibus omnibus non breuiter egit Hippocrates, ſed explicatè etiam, quomodo differentiæ ſint diuidendæ, diſtinctiones docuit. Satis eſſe arbitror, ſi exempli cauſa, dictum aliquod ex his commemorauero, quale eſt illud de vino: Dulce vinum, ac vinoſum, album, & nigrum, & aquam mulſam, & aquã, & acetum mulſum, his ſignis in acutis mor

vinũ dulce.

bis diſtinguere oportet. Dulce quidem, caput minus grauat quàm vinoſum. minuſque mentem attentat. faciliuſque quã aliud, per inteſtina deſcendit. lienem tamẽ & iecur auget: neque iis qui amara bile infeſtãtur, idoneum eſt. ſitim enim huiuſcemodi, hominibus parit. ſuperiuſque inteſtinum inflat. inferiori verò, quantum ad inflation

flationes ſpectat, minime inimicū. Quanquam inflatio, quæ ex dulci vino exiſtit, non admodū eſt penetrabilis, ſed circa prę cordia immoratur. minus ſiquidē vrinam ciet vinū hoc, in vniuerſum quā vinoſum albū. At verò ſputum educit, dulce magis quā aliud. minus tamen quā aliud id facit, iis quibus ſitim afferre coſueuit. quibus verò nō eſt ſiticuloſum, ad ſputa excreanda, magis quā aliud ꝓdeſt. vinū ſanè vinoſum albū, in diſſertatione de vino dulci plurimū & laudatum, & vituperatū iam fuit. cum tamen ad veſicā facilius, quā aliud penetret, vrināq; magis cieat, magiſque ſemper perrumpat, multā in talibus morbis. vtilitatē affert. licet enim ad alia inutilius quā alterum ſit, ea tamen per veſicā purgatio, quæ ab hoc efficitur vino, liberat, ſi quale oportet, propellat. Atq; hæc quidem de vini & vtilitate, & leſione præclara ſunt argumēta, quæ maioribus meis, non fuerunt animaduerſa. Fuluum autem vinum, & nigrum auſterum, his in morbis, vtiliter exhibere poteris, ſi neq; capitis grauatio, neque mētis attentatio fuerit, neq; ſputi, quo minus exeat, impedimentū aliquod, neque vrinæ retentio extiterit. deiectiones verò liquidiores, ac ramentoſæ fluxerint. nam in

Vinū vinoſum album.

in huiuſmodi. ſimilibusq́ue aliis maximè conuenit,ex albo tranſmutationem facere. Sciendum inſuper,ſuperiora omnia,& veſicæ etiam partes,minus offendere vinum, ſi dilutius ſit : ſi contra meracius exhibeatur,inteſtinis vel præcipue conferre. Hic Hippocrates iſta,inquit,quę ad vini differentias,& vſum pertinent, antiquioribus incognita fuerunt. at ego, traditis diſtinctionibus quibus diſcerni hæc poſſint, horum artem conſtitui. ad eundem modum etiam de mulſo,de melle,de aqua,de aceto mulſo,de ptiſana, & balneis,diſtinctiones conſcripſit, eos damnans, qui in omnibus acutis morbis,horum huiuſcuiuſq; vſum vel prorſus concedebant, vel prorſus interdicebant. Si quis enim interroget,dandúmne ſit vinum febrientibus, reſpondendum eſt,quòd hoc quidem, nonnullis dandum.

Vinũ an dandũ ſit febrientibus.

Idem hoc de voluptate facit Plato,cũ quaſdam ex ipſis fugiendas,quaſdam admittendas præcipit. voluptates enim quæ in honeſtis,vtilibusq́ue diſciplinis,omnibusq́ue demum probis actionibus proueniunt,admittere debemus.fugere contra eas, quas ebrietates,crapulæ,venerea exhibẽt.at quę nihil horum,in ſe diſtinctum habuerint,ille verò neque fugiendæ, neque expetẽdæ.

inueniuntur.ſi quidem etiam generis voluptatũ differentiæ, ex diuidendi methodo, quemadmodũ in toto Philebo oſtẽdit Plato, dum differentias ipſarũ omnes nos docet.atq; idcirco dixi,ea quæ via diuiſiua inueniũtur,iis quæ ad ſimilis & diſsimilis cognitionẽ ſpectant, adiuncta eſſe & affinia. ſimilitudo enim eſt voluptatibus inter ſe, & cõmunitas ſecundum genus.vnum ſiquidem eſt in ipſis cõmune genus,quo ſcilicet cõmunẽ ſortitæ ſunt appellationem.diuerſæ autẽ ſunt ſecũdum ſpeciem in propriis differentiis. Nam ſimplices, vltra ſpeciei cõmunionẽ ſimplicitate etiã aſſumpta maiorẽ ſimilitudinem ac ſimplices acquiſiuere,perinde atq; compoſitis compoſitæ, corporeæ corporeis,animales animalibus, vtiles vtilibus,nocuæ nocuis, maiori ſimilitudine accedunt.ad eundum modum, & quæ ex bonis actionibus,& quæ ex malis reſultant,ſibi mutuo magis ſimiles ſunt. & quæ in rationali parte animæ exiſtunt, & quæ in iraſcibili,& quæ in concupiſcibili,inter ſe ſingulæ magis aſsimulantur: ſed ſi abſq; vlla ſectione ſingulorum generum, in proprias differẽtias,voluerint vel medici, vel philoſophi, vniuerſale aliquid, & indefinitum pronunciare, multam quotidie euidẽ

Repugnãtia in his quæ ſiunt abſque ſectione ſingulorum generum.

O tes

ter apparẽtia, ſuis ſentẽtiis repugnare de
prehendent. Nã ea quæ ab omnibus egre
giis circa artes viris,celebratur diſtinctio,
harum duarum ſpeculationum, de quibus
hoc in lib.diſſerui,exercitatione conſtat,&
abſoluitur. duas ſpeculationes inquã has.
alteram ex ſimilium diſsimiliũq́ue digno-
tione,alteram,tum ex via quæ fit per diui-
ſionem generum vſque ad indiuidua, tum
ex oppoſito huic modo , hoc eſt aſcenſu à
ſingularibus,ad primum vſque genus, per
medias differentias. Atque has vtraſque
vias,ex omnibus veteribus medicis & phi
loſophis, pulcherrimè atque optimè Hip-
pocrates & Plato inuenerunt multaq; ope
ra ab auctoribus qui communia à propriis
diſtinguere neſciebant, falſo fuiſſe conſcri
pta demõſtrarunt. Superius enim oſten-
di,hinc omnes ortas eſſe diſſenſiones, & in
ter medicos de ptiſanę vſu,omnibusq́ue a-
liis quæ ægrotantibus exhibentur, & inter
philoſophos de animæ virtutibus,cũ non-
nulli diſciplina eas poſſe cõparari, natura
alii eſſe inſitas,vel conſuetudine,& exerci
tatione acquiri poſſe affirment. Quòd ſi
animæ ſpecies diuiſiſſent, cognouiſſent a-
pertè, alteram eſſe rationalem, irrationa-
lem alteram . quæ etiam ipſa bipartitam

Hippocrates & Plato authores vtriuſque viæ methodicæ.

poſtea ſuſciperet diuiſionem, neque à rationali ſcientiam abſtuliſſent, neque irrationabilibus ipſam conceſsiſſent. Vt dictum illud quoque Platonis, cùm inquit, ſubſtantiæ vniuſcuiuſque rei, de qua artem aliquam conſtituere volumus, naturam accurate indagandam eſſe, cum ſupra dictis iis viis ac methodis connexionem communicationemq́ue habeat. Qui enim non ſimplicem vnam animæ ſpeciem in nobis, ſed ſicut in plantis concupiſcibilem, rationalem in diis, ita in homine vtraſque has, & tertiam inſuper iraſcibilem eſſe cognorit, is ſimul virtutum & numerum, & vim, & acquiſitionem compertam habeat, neceſſe eſt. non ſecus etiam ille, ſingulis cõuenientem curationem, & præſeruationem optimè tenebit, qui naturalem corporis noſtri conſtitutionem perſpexerit, in ſimilaribus elementorum, eſſe æquabilitatem, in inſtrumentariis ex ſimilarium numero, & quantitate, conformationeq́ue inſuper ſingularum partium, & poſitura, reſultantem compoſitionem naturalẽ, in vnoquoque animalis corpore, æquabilitate videlicet in ſingulis relatis propria ſeruata.

Qui ſingulis conuenientẽ curationẽ & præſeruationem optimè teneant.

ARGVMENTVM CAP. XIIII.

Exponit quàm ſit vtilis ad methodicam artis cuiuſque conſtitutionem exacta ſimilium diſſimiliũque cognitio quæ dux eſt ad controuerſiarum earum diiudicationem, quæ cum falſæ ſint, ſimilitudine veritatem imitantur. Medicis ad curandi facultatem eſt vtile nouiſſe, cui animæ parti eius principatus tribuendus philoſophis nõ item, neque ad inueniendam virtutum differentiam, nec illarum exercitatione͂. niſi thoriticen philoſophiam profeſsis, qui quæſtiones huiuſmodi nihil ad mores ciuilesque actiones pertinentes inquirunt. quales ſunt de mundi generatione, numerorum &c. ad quas qui practici appellantur, nonnunquã ob ſimilitudinem ſenſim delabuntur.

MErito igitur, nõnulli exactã ſimiliũ & diſsimiliũ cognitione͂, ad vniuſcuiuſq; artis rationale͂ cõſtitutione͂, ſatis idoneã eſſe opinant͂. quippe quæ ad diiudicatione͂ etiã cõtrouerſiarum, dux eſſe idonea cõſpiciat͂. Nã cũ in quibuſdã, quæ probabilia quide͂, nõ tame͂ vera ſunt, magna ſit cũ veritate ſimilitudo, qui in his inter ſe dignoſce͂dis exercitatus fuerit, optimè ſciet, quibus vt veris aſſentiendũ, quæ cõtra, vt falſa repudiãda. cũq; incerta, in quibuſdã probabilitas inſit, quæ ea ſit incertitudo,

Probabilib. & nõ veris, magna cum veritate ſimilitudo.

quæ

quæ abſurditati ſimilis habeat. quẽadmodũ in iis quæ ex æquo vidẽtur propendere ſiue duo, ſiue tria, ſiue plura fuerint, nihil certius alio æſtimandũ iudicabit. Quorũ ſanè iudiciũ,in viſionẽ quãdã ſeu phantaſiam,vt iuniores Academici dicunt nõ modo probabilẽ verũ etiã circumquaq; verſatam,firmaq́; ita vt cõuelli nullo modo poſſit,vt Chryſippei verò in cõprehenſionẽ vt cõmuniter omnes homines credunt, in ſenſum, & intellectionem euidentẽ refertur.quæ quidẽ antedicta nomina,licet differre inter ſe videantur, ſi tamen quis diligentius rem perpendat, eandẽ vim habẽt. Quemadmodũ,cùm quis à cõmunibus animi notionibus, dicit exordiendũ, ſtatuitq́; eas eſſe primũ omniũ iudiciũ, ex ſeipſo fidem faciens.primũ quidem omniũ iudiciũ ſine demonſtratione aliqua certum eſſe debere inter omnes conſtat. at id naturale omnibusq́ue hominibus cõmune eſſe oportere,non omnes concedunt. imò verò pleriq; ſunt, qui licet quandoq; cõmunis illa omnibus notio,euidentiſsima ſit, velint tamen in ſua ſentẽtia perſiſtere, ſimulentq́;, ſe certam illis fidem adhibere, quæ temerè protulerunt,vt ſuæ quiſque ſectæ,decretũ aliquod cõfirmet.ſicut ecõtrario, alii qui-

Mos eorū qui ſectā aliquam ſunt profeſſi.

dam inueniuntur,qui in improbanda alterius ſectæ oratione,ſponte mentiri nō erubeſcunt.is enim mos eſt, eorum qui aliquā ſectam profeſsi ſunt, vt omnia, etiā ſi nullam cū principiis atque elementis, neceſſariā cohærentiā habuerint, ſibi defendenda proponant. perinde atq; in hoc etiam , de principatu animæ decreto cōtingit. quod cognoſcere medicis perquam vtile eſt,quo videlicet ægroti loco, adhibere ſciant medicamenta, vbi ratio fuerit læſa. Philoſophis verò, neque ad differentias virtutum inueniendas,neque ad ipſarum exercitationem, ſpeculatio iſta quicquā confert. ſiue enim in corde,principalis animæ pars, ſiue in capite fuerit, poterimus & prudētiā, & temperantiam,& iuſtitiam,& fortitudinem acquirere. quippe cum ex aliis decretis,aliisq́ue exercitationibus, nihilominus ad ipſarum acquiſitionem liceat peruenire.ſolis igitur illis philoſophis,cōſentaneū eſt huiuſcemodi quæſtiones nihil ad mores,& ad ciuiles actiones conducentes indagare,qui ſpeculatiuam philoſophiam profitentur.ſicut etiam illa omnia. vtrum aliquid ſit extra mundum nec ne,& ſi ſit, quale id habeatur. vtrum item hic mundus, in ſeipſo cōtineatur. vtrum plures vno. vtrū

quā

quãplurimi,numero ſint. ſimili modo etiã genitúſne,an ingenitus.& ſi genitus,deúſne aliquis ipſum crearit,an à deo nullo,cõditus fuerit, ſed à cauſa quadã irrationali, & fortuita.tam pulcher extiterit, vt à deo & ſapientiſsimo & potentiſsimo, fabrica eius procurata eſſe videatur. Verũenimverò, quæſtiones iſtæ nihil faciunt, vt bene priuatam domũ adminiſtres, beneq; negociis publicis conſulas, aut cum cognatis & ciuibus,& peregrinis,iuſto ſocietatis iure verſeris.nonnulli tamẽ ex iis qui actiuũ finẽ ſibi conſtituerunt, in quæſtiones huiuſcemodi deueniũt,ab illis quæ vtiliter inueſtigãtur,ad hæc ſenſim vtpote ſimilia ꝑ lapſi. Nõ enim quẽadmodum quæſtio illa de mundo, factúſne an minimè ſit inutilis eſt,ita quoque de prouidentia, vt diis indagare non confert. ſed vtilius omnibus eſt, vt vim quandam eſſe in mũdo,hominibus & potentia & ſapientia meliorem cognoſcamus. quales tamen ſubſtantia ſint ipſi dii,incorporeíne prorſus, an pinde vt nos corpora habeãt, cõtẽplari non eſt neceſſe. quippe cũ hæc,& alia multa,tũ ad eas quæ morales, ciuileſq; appellantur virtutes & actiones, tũ ad animaliũ affectionũ medelas curationeſq; inutilia prorſus habean-

Quæſtiones inutiles.

tur. ac de his optime à Xenophonte literis mandatũ eſt.: qui non ſolũ ipſe, huiuſce rei inutilitatem damnauit, ſed Socratem quoque, ita ſenſiſſe aſſeruit. Cui aſſentiuntur, tum alii Socratis amici, tũ Plato ipſe: qui, cum naturalẽ cõtemplationẽ philoſophiæ adiunxiſſet, eam diſſertationẽ nõ Socrati, ſed Timæo aſcripſit. Non ſecus etiam dialecticam, quæ vltra morales terminos protendebatur, in Parmenidem, eiusq́; ſocium Zenonem retulit. ob ſimilitudinem igitur quandam, cum vtilibus, inutilium etiã rationaliũ, naturaliumq́; ſpeculationũ quæſtio acceſsit fieri enĩ non põt, vt in morali, ciuiliq́; contemplatione, naturalem & ratiocinatoriam prorſus nõ attingas. ſed hęc quæ diximus, inutilia habentur.

ARGVMENTVM CAP. XV.

In demonſtrationum principijs plura ſunt falſa imitantia verum, vnde multa ſtruuntur ſophiſmata. quæ non promptum eſt diſcernere, niſi ingenioſis & in eo argumento diligenter exercitatis, in quo ars verſatur. Proinde quo res inter ſe diſcerni, atque ſimilitudines diſsimilitudinesque obſeruari diſcantur, pulcherrimũ proponitur exemplũ de prouidentia diuina, imprimis declarata in corporis humani fabrica: quæ fortuna nõ poteſt exiſtere, ſicut quidã falſo opinati

nati

nati ſunt eo argumento, quod nonnunquã artẽ imitetur fortuna. Copioſe inde admirabilis ſtructura humani corporis deſcribitur, quæ talis eſt, vt Hippocrates dixerit, homines iuſtum corpus obtinere. Redarguuntur negantes corporis noſtri opificem, quia non conſpicitur oculis. Hippocrates noſtræ creationis authorem, appellat naturam. Plato deum.

Multa falſa ſimilia veris in principijs demõſtrationũ inueniri. & cauillationes.

QVi etiam multa falſa ſimilia, veris in principiis demonſtrationum, & ſequentibus omnibus, inueniuntur. cauillationes quoq; ob ſimilitudinẽ quam cum veris rationibus habent, concinnari conſueuerunt. quæ omnia inter ſe diſcernere, ac diſtinguere, illi optime ſciũt, qui in ea materia, in qua ars verſatur, fuerunt exercitati, ſi videlicet naturali quoque ſolertia, minimè caruerint. quam quidẽ in pueris ſpectare, prudentiſsimi in vnaquaq; ciuitate ſeniores, ac iudicare deberent. atq; ita dare operam, vt ſuæ naturæ, cõuenientem artẽ quiſq; diſceret. Nunc ſiquidẽ, multos rationales artes tractare conſpicimus, qui ne ea quidẽ quæ ipſi dicũt, ſatis intelligũt. At verò vniuſcuiuſq; decreti demonſtrationẽ, in rationalia principia reduci, licet in omnibus ferè aliis tractatibus, à nobis fuerit declaratũ, etiam nunc tamen, quãdo

id denuo propoſuimus, conſiderandū quomodo res inter ſe diſcernere, & ſingulorū ſimilitudines exacte cōtemplari valeamus; exemplū aliquod, exercitationis cauſa ſubiungam. non enim eo ſolo cōtenti eſſe debemus, ꝙ demonſtrauimus neceſſariam in ſingularibus eſſe exercitationē, niſi etiā ita faciamus. Quippe cum neque Platoni ipſi neq; Hippocrati ſatis id fuerit, hoc in vniuerſum conſuluiſſ, ſed etiā per exempla, in multis particularib⁹ nos exercuerint. Propoſita igitur ſit tanꝗ materia quædā ſpeculationis, de ſummi opificis erga nos prouidētia cōſideratio, à fabrica corporis exordio ſumpto. Nō nulli ſunt, q inerti quadā, atq; irrationali fortuna, nō ſapiētis opificis prouidētia, formatū fuiſſe hominē dicant, leui quadā, atq; obſcura, ad cōprobationē eorū quæ aſſerunt, vſi ſimilitudine. propterea ꝙ quædā inuita fortuna, ſimilia artificioſis facere cernitur. Cum enim aliquis alicuius rei delineationē, aut figurā, faciei draconis, aut leonis, aut alicuius alterius animalis, vt dicūt, ſimilē eſſe viderit, aut percuſſo lapide tantā eius partem extuderit, vt quod reſtat, leonis formam repræſentare videatur, aliaq; huiuſcemodi, in vniuerſum affirmant omnia, quæ tam

longo

longo tẽporis ſpatio, in toto terrarum orbe exiſtunt, ita fuiſſe effecta. tum naturę artiũ quam omnes homines natura exercent, tũ illis, quàm ſimillimæ humanæ noſtrę fictionis prorſus obliti. Et tamen vident multos circa materias operari, qui neq; ſutores, neque architecti, neq; fictores appellantur, ſi videlicet, ad vtile aliquod tendere ſingula quæ fabricarũt, minimè videantur. nullũ ſiquidẽ aliud eſt artis indicium, niſi partiũ ſingularum, in fabricata re, vſus atque vtilitas. Quòd ſi qui ligna incidit, ſerrat, & cõpingit lecticam, òmnes partes accommodatas ad vſum habentem, ad quem frabricatur, effecerit, tum artificem eſſe proculdubio dicunt. At ſi vel dextera fulcri ſiniſtris inæqualia, q̃ vel lõgitudine, vel latitudine vel forma inter ſe diſcrepẽt, fuerit fabricatꝰ vel tale quippiã in ſpõda, aut tranſeũtibus per longitudinem lignis, aut in ſuperiori parte, non ſeruata ad inferiorẽ conuenientia, peccauerit, hunc imperitum atque inertem appellant. Ac præcipue, ſi id quod conſtruitur, ex multis conſtiterit partib. neq; in aliquo defecerit, ille qui compegit, artifex nuncupatur. perinde atque in plauſtro Heſiodus facit, cum inquit.

Nam ſtultus, robora plauſtris.

Cenſe

Centena ignorat fabricandis eſſe paranda. Siue enim quia reuera centum, ſiue quia multa ad fabricam eam adhiberi ſoleant ligna, ita dixit. Quemadmodum etiam Homerus ad hunc modum:

Aegida quæ centum circũdatur orbibus aureis, vbi idcirco grammatici, centum dixiſſe Homerum pro multis aſſeuerant, ne in aliqua parte erraſſe videretur. Quin etiam cum magnitudo, & figura rebus accommodata exhibetur, in ſedeq; conuenienti ſtatuitur, aptaq́; cum proximis connexio cõpoſitioq́; efficitur, ita vt firma permaneat, difficulterq́; auelli queat, artis argumenta eſſe exiſtimant omnes. atq; ita iudicant, non ab homine aliquo edocti, ſed natura, notionẽ quandam artis à fortuna diſtinctã, in ſe habentes. Quod enim in omnibus perfectionem conſequitur, in artem referre conſueuerunt. Quod in vno, aut duobus, fortunæ opus eſſe, non artis omnes credunt. Eadem notione, diſſectores medici, artem naturæ, omnes admirati ſunt. neq; enim quẽadmodum extrinſecus ex decem, vel duodecim, vel ſi ita volueris, viginti partibus, compoſitum eſſe corpus apparet, ita etiam re vera eſſe deprehenditur. ſed oſsibus pluribus quàm ducentis, lõge pluribus etiam quàm

duce

ducentis muſculis,compoſitum eſt. atq; ad oſſa ſingula, ſingula receptacula , quas venas vocant,pertingunt,quæ alimentum deferunt.ad muſculos verò,non venæ ſolum, verumetiam arteriæ & nerui pertinent.omniaq́; quæ in dextra animalis parte ſunt,exquiſita etiam in altera,oſſa,muſculi,venæ, nerui,arteriæ,atque inter ſe,æqualia prorſus conſpiciuntur.Vnde mirificè ab Hippocrate dictum eſt , quoniam iuſtum habent corpus homines.maximum quippe eſt,iuſtitiæ membrorum argumentum,tum figuræ ſimilitudo,tum loci,in quo tria hæc inſtrumenta,venam dico,arteriam, & neruũ in ſingulis muſculis inſerta ſunt. mutua verò inter ſe oppoſitio, non tam iuſtitiam in corporis fabrica, quàm ſummam etiam cõditoris potentiam,manifeſtè videtur declarare.Na ſi ſcopos,ad quos fabrica hæc conſtituta eſt,connumeraueris,eoſq́; omnes optime aſſecutum eſſe opificem deprehenderis,quid aliud, quàm euidentem ipſius opificis magnitudinem,potentiamq́ue cognoſces?neque enim ſimplici ita ratione æqualis eſt oſſium multitudo,& muſculorum,oſſibu ; & muſculis, vt aliquis nõ accuratè ad modum aduertẽs,putare poſſet, ſed omnia quæ in ipſis ſunt,magnitudo, ſitus, nume-

rus

In altero eſſe,perſpicuum eſt.æqualis penitus longitudo,ęqualis latitudo eſt.tenuitas nihilominus,& color,& conſtitutio,ne minimum quidē diuerſa,conſpicitur.pari modo,muſculorū numerus,corporisq́; ipſorū extuberatio,vna cū figura, & colore & conſtitutione ęqualis videtur.Quā quidē iuſtitiā,in inſtrumentariis etiam omnibus corporis mēbris ineſſe,nemini dubiū eſt. neq; in iis tātū quæ gemina ſunt,vt oculis,vt auribus,mādibulis,renibus,teſtibus, manibus cruribus, eadem ſabricæ ſimilitudo in ſiniſtris,perinde ac dextris apparet: verū etiā ea quæ licet reuera bipartita cōpagine cōſtent,videntur tamē eſſe vnica, vniuſq; naturæ,puta cerebrum,lingua,mādibula, pulmo,thorax,& vterus in fœminis,atq; id genus reliqua , dexteras partes ſiniſtris perquā ſimiles, & magnitudine , craſsitudine, tenuitate,colore, conſtitutione natura demum prorſus inuariabiles ſortita ſunt.Ita etiam arteriarū,& venarum,& neruorū genus,dexteras partes ſiniſtris æquales,minimeq́; in ſubſtātiæ ſimilitudine diuerſas habent.Quemadmodū igitur de humanis affectionibus iudicia facimus, ſic etiam de diuinis facere debemus,ac corporis noſtri cōditorem,qualiſcunq; deus ille fuerit, admirari,

rari.Quòd ſi propterea quòd ipſum nõ videmus,non eſſe etiam dicamus, ſimilitudinem iudicii in artibus,minime ſeruabimus vbi non penes viſionem eius qui extruxiſſet,vel nauim,vel lectum, iudiciũ artis proferebamus, prætermiſſa vtilitatis ſingularum partium conſideratione:ſed in hac,vel præcipuã vim artis eſſe ſtatuebamus.Quẽadmodum enim ridiculum eſt, ſi quis eo ꝙ videat aliquem, quippiam fabricantem,idcirco artificem exiſtimet,etiam ſi partes aliquas,male fabricatas fuiſſe deprehẽderit: ſic cum optime conſtitutam nauim, vel domum,vel lecticam conſpexeris, licet ignores,quis ea condiderit,ſi abſq; arte,ſed fortuna extitiſſe ea omnia exiſtimes, merito eris deridendus:quippe cum artem rarò fine ſuo fruſtrari, fortunam rarò eundem aſſequi,nemo ſit qui neſciat.Quocirca temerariam ac fortuitam, neq; artificialem cauſam fabricæ noſtri corporis exiſtimare, abſurdum eſt , ſi modo ſimilitudinem iudicii in artificibus qui cernuntur, & qui non videntur,ſeruare voluerimus , non enim extrinſecus , ad earum rerum conſiderationẽ quas omnes natura habemus, adhiberi iudicium debet. His iudiciis vſus Hippocrates hæc verba ſcripſit.Nõ edocta natura,&nul

lo magiſtro vſa,ea quibus opus eſt,facit.& alibi. naturæ,inquit,morborū medici ſunt eodem modo ſe habet & illud. natura ſufficiet prorſus.vocat autem ipſam iuſtā interdum.&medicum miniſtrum,imitatoremq́; eius eſſe ait, & ſemper in peculiaribus tractatibꝰ, vim eius celebrat, atq; admiratur. quæ tamen ſubſtantia ſit naturæ, quæ nos & finxit,& gubernat,non auſus eſt pronūciare:ſed noſtrę creationis auctorem,vt omnibus hominibus mos eſt, naturā appellat. At verò Plato, fabricæ noſtræ auctorē explicauit,cum inquit, mundi conditorem deum,filiis ſuis iuſsiſſe,vt ratione,hominū genus fingerent, ſumerentq́; à ſe immortalis animæ ſubſtantiam:ſed illud tamen adderent,vt generabilis efficeretur.

Naturā iuſtā medicū miniſtrū & imitatorē eius eſſe.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Non eadem eſt demonſtrationis forma qua dei prouidentiam & ipſius animæque noſtræ ac corporis naturam indagamur. Plato de anima loquutus eſt,quatenus veriſimiliter licuit coniectari.Galenus autem & Hippocrates, quatenus demonſtrari poteſt & vtile eſt facultati medicæ philoſophiæque morali ac ciuili.

SCiendum tamen, non eſſe idem demonſtrationis genus, cùm prouidentia dei & deorum quadam,nos conditos fuiſſe pro

bamus,& cum ſubſtantiã conditoris ipſius, aut animæ etiam noſtræ indagamus. ſummæ quippe eſſe ſapientiæ & potentiæ indicium, noſtri corporis ędificationē, his quas ſuperius attuli rationibus, ſatis demonſtratum eſt. Quæ verò de animæ,& deorũ qui nos finxerunt, ſubſtãtia proferũtur, aliiſq; item quæ de toto noſtro corpore, à diuino Platone dicta ſunt, probabilitatem,& veriſimilitudinem non excedunt. vt ipſe in Timæo declarauit, primum naturalem diſſertationem auſpicaturus, deinde etiã in progreſſu ſermonis, de his rebus ſententiam interſerit. Incepturus enim hoc Timæus (Hũc enim propoſuit, vt de rerũ natura quæ in vniuerſo orbe ſunt, diſſereret) in hunc modum inquit: Ne mireris quæſo ô Socrates, ſi cùm multi de diis, deq; vniuerſi generatione multa iã dixerint, nos probatiſsimas hac de re, certiſsimasque rationes afferre nõ poſsimus. ſed contenti eſſe debetis, ſi nõ minus quàm quiuis alius probabiliter diſſeram: illud memoria tenentes & me qui dico,& vos qui iudices auditis, humana præditos eſſe natura, vt de his rebus veriſimilē orationem admittentes, nihil vlterius quærere debeamus. Ita etiã quæ de anima ſcripſit probabilitatem, veriq́ue ſimilitudinē

Quæ veriſimilitudinē in ſe habere, ſit ſatis.

in

In ſe habere tantum affirmat, cũ ſic inquit. De anima igitur quam partem mortalem, „ quam diuinam ſortita ſit, & vbi, & quibuſ- „ cum, & quamobrem ſeparatim condita fuerit, ſi deus aliquis comprobaret, vna hac demum ratione certum aliquid poſſemus cõfirmare. Quod verò à me illud quod veriſimile videtur, dictum fuerit, & nunc, & poſtea maiori etiam adhibita conſideratione, aſſerere non dubitamus. atque ita in præſentia dictum ſit. Platonem igitur eatenus de anima locutum fuiſſe, quatenus probabili, veriſimilique coniectura aſſequi potuit, ex his facile cognoſcere poſſumus. Quocirca, etiam ego temere de his pronũciare non audebo. Plura verò eſſe animæ genera, tripartitoque diſtincta, partemque vnam diuinam, qua ratiocinamur, reliquas duas eſſe affectibus obnoxias, alteram qua iraſcimur qua voluptates corporis concupiſcimus alteram, quam etiam in plantis eſſe manifeſtum eſt: in cerebro illam, duas has, in corde alteram, alteram in iecore collocatas eſſe, hæc inquam omnia, demonſtrare me poſſe affirmo. ſunt enim de his demonſtrationes, atque illæ quidem eiuſcemodi, quæ ſcientiam pariant. de quibus, in ſex prioribus huiuſce tractatus

Quæ de animæ facultatib⁹ demõſtretur.

commentariis,omne noſtrum certamen inſtitutum eſt. neq; de trium animæ generũ ſubſtantia, neq; de immortalitate eorum, quicquam ſum locutus.neq; demum, vtrũ duas animę partes mortales propriè appellarit in Timæo Plato,an tale nomẽ illis impoſuerit,licet ſint immortales,eo quòd ratione videantur eſſe inferiores,atq; vt mortalia animalia tantum operentur, in præſentia requirendum iudicaui. Quia verò quæſtiones illæ, tripartito ne animæ ſpecies diſtributæ ſint,deinde tótne,ac tales facultates,vnaquæque ipſarum habeat, & ad medicinam artem,& ad moralem,ciuilemque,quæ appellatur,philoſophiam, vtiles ſunt,idcirco ab Hippocrate,& à nobis,merito de illis fuit diſputatum. vtrum autem iraſcibilis, & concupiſcibilis immortales ſint,ſicut multi ex Platonicis opinãtur, an mortales propriè in Timæo dictæ fuerint illæ duæ partes,cum non admodum,neque medicinæ, neque morali, & ciuili philoſophiæ conferat,merito à medicis, & à pleriſque etiam philoſophis prætermiſſum fuit. quippe cum ſpeculatiuæ potius,quàm actiuæ philoſophiæ hoc eſſe videatur,neque tãmen certam aliquam demonſtrationem habeat, vt Platonem ipſum oſtendi, in his de

Tim

Timæo citatis verbis etiam fateri. Quod de illis quæ in quarto de repu. ſcriptæ ab eodem ſunt demonſtrationes, minime dicendum eſt, quòd nimirum ex probabilitate tantum progrediantur. mihi enim ſcientiam efficientibus confirmationibus planè videtur Plato, illic aliam eſſe rationalem, aliam iraſcibilem, aliam concupiſcibilem demonſtrare.

ARGVMENTVM CAP. XVII.

Longe difficillimum eſt, ſimilitudines diiudicare propter nimiam falſorum probabiliumque ſimilitudinem cum iis quæ verè demonſtrantur. Hinc dogmatum oborta multitudo, cum in medicina, tum philoſophia. Laudandus proinde Plato, qui methodos copioſe tradiderit, ac in ſingulis nos exercuerit. Exemplum Platonis exponit, idem non poſſe ſimul cõtraria facere aut pati ad idem & ſecundum idem: obiectionibus confutatis. Vnde patet, qua via idem à diuerſo, ſimile à diſſimili diſtingatur. quod niſi multo paratur exercitio.

EX quo proculdubio patet, ſimilitudines poſſe diſcernere, id quod à principio dicebam, longe eſſe difficilimum. Nã cum multi ex ipſis etiam Platonicis ſint, qui contra quàm Plato ipſe pronunciarit, opinati fuerint, quo modo mirari poſtea

Similitudines poſſe diſcernere, lõge eſſe difficillimũ.

vis,ſi aliqui alii philoſophi, probabilitatē quæ tantū videatur,nec ſit à certo, veroq́; diſcernere neſciāt? Quod profecto minime contingeret, ſi nulla in falſis, & probabilibus,cū iis quæ ex certa ſcientia demonſtrātur,eſſet ſimilitudo.Hoc idem poteris euidentiſſime etiam,ex quarto reip. cognoſcere.cum enim ad demonſtrandū plures animi partes eſſe,quodā pronunciato eſſet vſurus, animū illi aduertere, diligenter admonet. quippe cū fore aliquos ſciret, qui vera ea eſſe negarent:eo ꝙ à veris, ea quæ probabilia quidem ſunt, non tamen vera, ob maximam ſimilitudinem diſcernere nō valerēt. Hinc ſanè decretorū,& in medicina, & in philoſophia multitudo extitit,dū nequeūt omnes,ea quæ ſolummodo id habēt,ꝙ eſſe poſſunt,ab iis quę ex neceſſitate rebus inſunt,vel cōſequūtur,vel repugnāt vel alia mutua habitudine inter ſe cōnectūtur,diſtīguere. Nā & hic magna eſt in multis neceſſariis ſimilitudo,cū his quæ cogitatione tantū depingi, non autē re vera eſſe poſſunt.Quorū dignotionē,etiā hic à ſolis iis qui rite fuerint exercitati, factā eſſe arbitrātur. Quin ſola ipſa hæc diſtinctio,ad demōſtratiuæ artis peritū reddendū vnūquenq;, modo natura ſagax ingenioſusq́;

ſit,ſa

ſit,ſatis eſſe poterit.Quocirca maximopere admirādus eſt Plato, qui nō modo vias breuiter docuerit, verū etiam in ſingulis, nos exercuerit.ſunt enim tria capita. primum de diuiſione & cōpoſitione , ſecundū de cōſequentibus & repugnātibus,tertium ad hæc de rerum inter ſe mutatione quantum ad magis & minus,æquale,& ſimile attinet.quibus correſpondet eiuſdē & diuerſi cognitio.quibus omnibus cōmunia contingunt , in quibus exercere oportet neceſſarium & cōtingens , ſimilitudo & diſſimilitudo,quæ in his eſt. Scopi igiť iuxta quos ſingula hæc , recte aliquis tractare poſſet, prorſus pauci ſunt.exercitatio verò in his, non paruo tempore videtur indigere.

Exercitatio in his nō paruo tempore videtur indigere.

Hoc demonſtrat etiam in quarto de rep. Plato, vbi animam non ſimplicem etiam probat, neque vniformem ſubſtantia,ſed ex tribus partibus cōſtare aſſerit : quarum ſingulæ, propriā ſpeciem,nec vnam facultatem ſed plures habent, ad cuius rei demōſtrationē propoſitione quadā intellectui patente vtitur,his verbis.Soc. Idē proculdubio in eodem & ad idē contraria vel facere vel pati ſimul nequaquā valet. hoc eſt pronūciatū illud quo demonſtrationē conſtruere vult. ſed quia dictū hoc, nō omnibus perſpicuū

futurum eſſe cognoſcebat, ſubiūgit. Soc. vt idem inquā & ſimul ſtet & ſimul circa idē moueatur, fieri nullo pacto poteſt. Sed neque hoc cōtentus, propterea quòd breuius paulo dictū fuerat, latius hanc eandem rationem proſequitur ad hunc modum. Soc. exactius adhuc conueniamus, ne in proceſſu ſermonis aliqua ambiguitas nobis ſuboriatur. ſi enim aliquis diceret, hominem qui & ſtat & manus iactat & caput, ſtare & moueri ſimul, non ita credo cēſeremus dicēdum, ſed aliam eius partem moueri, aliam ſtare. nónne ita? Gla. ita ſanè. Poſt hoc exēplum vtilius aliud ad contradictionem antedicti pronunciati infert. hoc modo. Soc. Quòd ſi adhuc magis iocetur iſte, argutiuſque nos vrgeat aſſerens turbines ipſos totos & ſtare & moueri, cùm in eodem loco centro infixo circūuoluuntur: vel aliud qppiam etiā quod circunfertur, hoc idem in ſua ipſius ſede ac ſtatione facere cōtendat, non aſſentiremur. quippe cū nequaquam quantum ad eaſdem ſui partes vel moueatur vel maneat. ſed diceremus habere huiuſcemodi res in ſe, & rectitudinē & rotunditatem. vnde quantum ad rectitudinem ſpectat, ſtare, nunquā enim declinat. quantum ad rotunditatem in circulum & orbē agita

ri con

ri contingit.cũ verò rectitudinem vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum,vel retro vel ante promouent & circũaguntur.nullibi conſiſtunt.His prædictis,Plato manifeſtiſſima deinceps ſubiungit,ita inquiẽs. Soc. Nulla igitur ex his obiectionibus nos perturbabit, neq; perſuadebit, quòd idem ſecundũ idem, & ad idem , ſimul contraria vel agat vel patiatur. Hic diſtinguit Plato ſimilitudines quæ in rebus inſunt,cùm oſtẽdit fieri poſſe, vt aliquis qui non diligenter eas perſpiciat, rationem quam vniuerſaliter dixerat, verã penitus in omnibus non eſſe opinetur.poſſe enim contraria eodem tempore ad idẽ & facere & pati affirmat, ſi ad partes ſpectemus,ſicut in homine qui aliis partibus mouetur,aliis quieſcit. In quibus patet non ſeruari proprie idem. ſed ſi quis oſtẽdere poſſet digitum & quieſcere & moueri ſimul, is ſanè prædictũ enunciatũ refelleret. Cùm igitur oſtẽdiſſet hic Plato, ſimilitudinẽ qua potuiſſet aliquis orationi ſupradictæ cõtradicere, ad aliam probabiliorem tranſiuit contradictionẽ. eamq; pari modo,ab aliquo obiectum iri aſſerit, qui ſimilitudinem à ſimilitudine diſcernere nõ valeat.in turbinibus ſiquidem dicere poſſes,contraria eodem in corpore continge

re.cùm ſcilicet vno in loco,fixum centrum habentes circumferuntur.verum in hoc etiam exemplo alteram ait eſſe turbinis partem quæ ſtet,alteram quæ circumagatur, quam circulū ipſe, & orbem appellat.atq; in tota hac oratione ſcopū ipſum ac ſignū nos docet,quo intendentes diſcernere optime poſſimus,ea quæ ita diuerſo modo moueri dicuntur. quæq́; eadem & craſſa,& lata exquiſitę ſint,& quę non ita.Idem enim equus,eodem tempore ſimul & Athenas & Corinthum proficiſci nullo modo poteſt. neque eſſe ſimul,vel Athenis vel Corinthi eodem tempore.neque niger & albus , vel eſſe vel dici,ſub idem tempus.niſi videlicet dimidium corporis nigrum, alterum dimidium album fuerit.neq; item dimidium id quod album,ſimul & album & nigrum eodem tempore,poterit reperiri. In hoc ſcopo,diffuſius deinceps nos exercet, qua via idem à diuerſo,ſimili itē à diſſimili diſtingatur. Quod vbi peregit,ad verbum poſtea ita ſubiūgit: Ne igitur poſthac quiſpiā impremeditatos nos turbet, aſſerens neminem potum,ſed bonū potum, neq; cibum, ſed bonum cibum appetere. Omnes enim bona appetūt. Si igitur ſitis appetitio eſt, boni vtiq; potus fuerit, aut alterius,cuius

Cōtraria non poſſe eodē modo ſimul eſſe aliquot exē plis oſtendit.

eſt

eſt appetitio. Et de cæteris eodē modo. Fortaſſis enim inquit, qui hæc dicat, aliquid dicere videri poſſit. Verūtamē inquā ego, q̄cunq; eiuſmodi ſunt, vt alicuius ſint, talia quædā talis cuiuſdā ſunt, vt arbitror. ipſa autē quæq; ipſius cuiusq; dūtaxat. Cū in hac oratione, ſtatim in principio dicat, ne igitur poſthac quiſpiam impræmeditatos nos turbet, pſpicuū eſt verbū id, impræmeditatos, ab eo fuiſſe adiūctum, vt oſtēderet ſingula hæc, multo ſtudio, multiformiq; exercitatiōe à nobis eſſe p̄meditāda. Hæc illa eſt phātaſia & viſio, quā Academici q̇ Platoni ſucceſſere, circūquaq; verſatā nūcuparūt. neq; mirū eſſe debet, ꝙ ex multa propoſitæ rei cōſideratione, exactior cognitio acquirat. cū etiā ea quæ ſenſibus diſcernuntur, ſi quis frequētius contēpletur, certiori cognitione percipiat. ſicut in geminis vſu venire conſueuit, qui nulla diuerſitate prędíti videtur eſſe iis, qui ſunt inſueti, à familiarib. verò vel admodū facile internoſcūt.

Ex multa propoſita rei cōſideratione, exactior cognitio acquiritur. idē & in ſenſibus euenit.

ARGVMENTVM CAP. XVIII.

In rebus oboritur ſæpe fallacia ab æquiuocatione, quæ duplex eſt vna ex eiuſdē linguæ, altera ex propria ſingularū lingarū proprietate. veluti in exemplo Platonis patet. Explicatur inde varia diuiſionis acceptio.

Quem

rari.Quòd ſi propterea quòd ipſum nõ videmus,non eſſe etiam dicamus, ſimilitudinem iudicii in artibus,minime ſeruabimus vbi non penes viſionem eius qui extruxiſſet,vel nauim,vel lectum, iudiciũ artis proferebamus, prætermiſſa vtilitatis ſingularum partium conſideratione:ſed in hac,vel præcipuã vim artis eſſe ſtatuebamus.Quẽadmodum enim ridiculum eſt, ſi quis eo ꝙ videat aliquem, quippiam fabricantem,idcirco artificem exiſtimet,etiam ſi partes aliquas,male fabricatas fuiſſe deprehẽderit: ſic cum optime conſtitutam nauim, vel domum,vel lecticam conſpexeris, licet ignores,quis ea condiderit,ſi abſq; arte,ſed fortuna extitiſſe ea omnia exiſtimes, merito eris deridendus:quippe cum artem rarò fine ſuo fruſtrari, fortunam rarò eundem aſſequi,nemo ſit qui neſciat.Quocirca temerariam ac fortuitam, neq; artificialem cauſam fabricæ noſtri corporis exiſtimare, abſurdum eſt, ſi modo ſimilitudinem iudicii in artificibus qui cernuntur, & qui non videntur,ſeruare voluerimus, non enim extrinſecus, ad earum rerum conſiderationẽ quas omnes natura habemus, adhiberi iudicium debet. His iudiciis vſus Hippocrates hæc verba ſcripſit.Nõ edocta natura,&nul

lo magiſtro vſa,ea quibus opus eſt,facit.& alibi. naturæ,inquit,morborū medici ſunt eodem modo ſe habet & illud. natura ſufficiet prorſus.vocat autem ipſam iuſtā interdum.&medicum miniſtrum,imitatoremq́; eius eſſe ait, & ſemper in peculiaribus tractatibꝰ, vim eius celebrat, atq; admiratur. quæ tamen ſubſtantia ſit naturæ, quæ nos & finxit,& gubernat,non auſus eſt pronūciare:ſed noſtrę creationis auctorem,vt omnibus hominibus mos eſt, naturā appellat. At verò Plato, fabricæ noſtræ auctorē explicauit,cum inquit, mundi conditorem deum,filiis ſuis iuſsiſſe,vt ratione,hominū genus fingerent, ſumerentq́; à ſe immortalis animæ ſubſtantiam:ſed illud tamen adderent,vt generabilis efficeretur.

Naturā iuſtā medicū miniſtrū & imitatorē eius eſſe.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Non eadem eſt demonſtrationis forma qua dei prouidentiam & ipſius animæque noſtræ ac corporis naturam indagamur. Plato de anima loquutus eſt,quatenus veriſimiliter licuit conie-ctari. Galenus autem & Hippocrates, quatenus demonſtrari poteſt & vtile eſt facultati medicæ philoſophiæque morali ac ciuili.

SCiendum tamen, non eſſe idem demonſtrationis genus, cùm prouidentia dei & deorum quadam,nos conditos fuiſſe pro

bamus,& cum ſubſtantiã conditoris ipſius, aut animæ etiam noſtræ indagamus. ſummæ quippe eſſe ſapientiæ & potentiæ indicium,noſtri corporis ędificationẽ,his quas ſuperius attuli rationibus,ſatis demonſtratum eſt. Quæ verò de animæ,& deorũ qui nos finxerunt,ſubſtãtia proferũtur, aliiſq́; item quæ de toto noſtro corpore, à diuino Platone dicta ſunt,probabilitatem,& veriſimilitudinem non excedunt. vt ipſe in Timæo declarauit, primum naturalem diſſertationem auſpicaturus, deinde etiã in progreſſu ſermonis,de his rebus ſententiam interſerit.Incepturꝰ enim hoc Timæus(Hũc enim propoſuit, vt de rerũ natura quæ in vniuerſo orbe ſunt,diſſereret)in hunc modum inquit: Ne mireris quæſo ô Socrates, ſi cùm multi de diis, deq́; vniuerſi generatione multa iã dixerint, nos probatiſsimas hac de re, certiſsimasq́ue rationes afferre nõ poſsimus.ſed contenti eſſe debetis,ſi nõ minus quàm quiuis alius probabiliter diſſeram:illud memoria tenentes & me qui dico,& vos qui iudices auditis,humana præditos eſſe natura, vt de his rebus veriſimilẽ orationem admittentes,nihil vlterius quærere debeamus.Ita etiã quæ de anima ſcripſit probabilitatem, veriq́ue ſimilitudinẽ in

Quæ veriſimilitudinẽ in ſe habere, ſit ſatis.

In ſe habere tantum affirmat, cũ ſic inquit. De anima igitur quam partem mortalem, quam diuinam ſortita ſit,& vbi,& quibuſcum, & quamobrem ſeparatim condita fuerit,ſi deus aliquis comprobaret,vna hac demum ratione certum aliquid poſſemus cõfirmare.Quod verò à me illud quod veriſimile videtur,dictum fuerit, & nunc,& poſtea maiori etiam adhibita conſideratione, aſſerere non dubitamus. atque ita in præſentia dictum ſit. Platonem igitur eatenus de anima locutum fuiſſe, quatenus probabili, veriſimilique coniectura aſſequi potuit, ex his facile cognoſcere poſſumus. Quocirca,etiam ego temere de his pronũciare non audebo. Plura verò eſſe animæ genera,tripartitoque diſtincta,partemque vnam diuinam,qua ratiocinamur,reliquas duas eſſe affectibus obnoxias, alteram qua iraſcimur qua voluptates corporis concupiſcimus alteram, quam etiam in plantis eſſe manifeſtum eſt: in cerebro illam, duas has, in corde alteram, alteram in iecore collocatas eſſe,hæc inquam omnia,demonſtrare me poſſe affirmo. ſunt enim de his demonſtrationes, atque illæ quidem eiuſcemodi, quæ ſcientiam pariant. de quibus, in ſex prioribus huiuſce tractatus

Qua de animæ facultatib⁹ demõſtretur.

commentariis, omne noſtrum certamen inſtitutum eſt. neq; de trium animæ generũ ſubſtantia, neq; de immortalitate eorum, quicquam ſum locutus. neq; demum, vtrũ duas animę partes mortales propriè appellarit in Timæo Plato, an tale nomẽ illis impoſuerit, licet ſint immortales, eò quòd ratione videantur eſſe inferiores, atq; vt mortalia animalia tantum operentur, in præſentia requirendum iudicaui. Quia verò quæſtiones illæ, tripartito ne animæ ſpecies diſtributæ ſint, deinde totne, ac tales facultates, vnaquæque ipſarum habeat, & ad medicinam artem, & ad moralem, ciuilemque, quæ appellatur, philoſophiam, vtiles ſunt, idcirco ab Hippocrate, & à nobis, merito de illis fuit diſputatum. vtrum autem iraſcibilis, & concupiſcibilis immortales ſint, ſicut multi ex Platonicis opinãtur, an mortales propriè in Timæo dictæ fuerint illæ duæ partes, cum non admodum, neque medicinæ, neque morali, & ciuili philoſophiæ conferat, merito à medicis, & à pleriſque etiam philoſophis prætermiſſum fuit. quippe cum ſpeculatiuæ potius, quàm actiuæ philoſophiæ hoc eſſe videatur, neque tamen certam aliquam demonſtrationem habeat, vt Platonem ipſum oſtendi, in his de

Tim

Timæo citatis verbis etiam fateri. Quod de illis quæ in quarto de repu. ſcriptæ ab eodem ſunt demonſtrationes, minime dicendum eſt, quòd nimirum ex probabilitate tantum progrediantur. mihi enim ſcientiam efficientibus confirmationibus planè videtur Plato, illic aliam eſſe rationalem, aliam iraſcibilem, aliam concupiſcibilem demonſtrare.

ARGVMENTVM CAP. XVIII.

Longe difficillimum eſt, ſimilitudines diiudicare propter nimiam falſorum probabiliumque ſimilitudinem cum iis quæ verè demonſtrantur. Hinc dogmatum oborta multitudo, cum in medicina, tum philoſophia. Laudandus proinde Plato, qui methodos copioſe tradiderit, ac in ſingulis nos exercuerit. Exemplum Platonis exponit, idem non poſſe ſimul cõtraria facere aut pati ad idem & ſecundum idem: obiectionibus confutatis. Vnde patet, qua via idem à diuerſo, ſimile à diſſimili diſtingatur. quod niſi multo paratur exercitio.

EX quo proculdubio patet, ſimilitudines poſſe diſcernere, id quod à principio dicebam, longe eſſe difficilimum. Nã cum multi ex ipſis etiam Platonicis ſint, qui contra quàm Plato ipſe pronunciarit, opinati fuerint, quo modo mirari poſtea

Similitudines poſſe diſcernere, lõge eſſe difficillimũ.

vis,ſi aliqui alii philoſophi, probabilitatē quæ tantū videatur,nec ſit à certo, veroq́; diſcernere neſciāt? Quod profecto minime contingeret, ſi nulla in falſis, & probabilibus,cū iis quæ ex certa ſcientia demonſtrātur,eſſet ſimilitudo.Hoc idem poteris euidentiſſime etiam,ex quarto reip. cognoſcere.cum enim ad demonſtrandū plures animi partes eſſe,quodā pronunciato eſſet vſurus, animū illi aduertere, diligenter admonet. quippe cū fore aliquos ſciret, qui vera ea eſſe negarent:eo ꝙ à veris, ea quæ probabilia quidem ſunt, non tamen vera, ob maximam ſimilitudinem diſcernere nō valerēt. Hinc ſanè decretorū,& in medicina, & in philoſophia multitudo extitit,dū nequeūt omnes,ea quæ ſolummodo id habēt,ꝙ eſſe poſſunt,ab iis quę ex neceſſitate rebus inſunt,vel cōſequūtur,vel repugnāt vel alia mutua habitudine inter ſe cōnectūtur,diſtīguere. Nā & hic magna eſt in multis neceſſariis ſimilitudo,cū his quæ cogitatione tantū depingi, non autē re vera eſſe poſſunt.Quorū dignotionē,etiā hic à ſolis iis qui rite fuerint exercitati, factā eſſe arbitrātur. Quin ſola ipſa hæc diſtinctio,ad demōſtratiuæ artis peritū reddendū vnūquenq;, modo natura ſagax ingenioſusq́;

ſit,ſa

ſit,ſatis eſſe poterit.Quocirca maximopere admirãdus eſt Plato, qui nõ modo vias breuiter docuerit, verũ etiam in ſingulis, nos exercuerit.ſunt enim tria capita. primum de diuiſione & cõpoſitione , ſecundũ de cõſequentibus & repugnãtibus,tertium ad hæc de rerum inter ſe mutatione quantum ad magis & minus,æquale,& ſimile attinet.quibus correſpondet eiuſdẽ & diuerſi cognitio.quibus omnibus cõmunia contingunt, in quibus exercere oportet neceſſarium & cõtingens, ſimilitudo & diſſimilitudo,quæ in his eſt. Scopi igiť iuxta quos ſingula hæc, recte aliquis tractare poſſet, prorſus pauci ſunt.exercitatio verò in his, non paruo tempore videtur indigere. Hoc demonſtrat etiam in quarto de rep. Plato, vbi animam non ſimplicem etiam probat, neque vniformem ſubſtantia,ſed ex tribus partibus cõſtare aſſerit: quarum ſingulæ, propriã ſpeciem,nec vnam facultatem ſed plures habent, ad cuius rei demõſtrationẽ propoſitione quadã intellectui patente vtitur,his verbis.Soc. Idẽ proculdubio in eodem & ad idẽ contraria vel facere vel pati ſimul nequaquã valet. hoc eſt pronũciatũ illud quo demonſtrationẽ conſtruere vult. ſed quia dictũ hoc, nõ omnibus perſpicuũ

Exercitatio in his nõ paruo tempore videtur indigere.

futurum eſſe cognoſcebat, ſubiūgit. Soc. vt idem inquā & ſimul ſtet & ſimul circa idē moueatur, fieri nullo pacto poteſt. Sed neque hoc cōtentus, propterea quòd breuius paulo dictū fuerat, latius hanc eandem rationem proſequitur ad hunc modum. Soc. exactius adhuc conueniamus, ne in proceſſu ſermonis aliqua ambiguitas nobis ſuboriatur. ſi enim aliquis diceret, hominem qui & ſtat & manus iactat & caput, ſtare & moueri ſimul, non ita credo cēſeremus dicēdum, ſed aliam eius partem moueri, aliam ſtare. nónne ita? Gla. ita ſanè. Poſt hoc exēplum vtilius aliud ad contradictionem antedicti pronunciati infert. hoc modo. Soc. Quòd ſi adhuc magis iocetur iſte, argutiuſque nos vrgeat aſſerens turbines ipſos totos & ſtare & moueri, cùm in eodem loco centro infixo circūuoluuntur: vel aliud qppiam etiā quod circunfertur, hoc idem in ſua ipſius ſede ac ſtatione facere cōtendat, non aſſentiremur. quippe cū nequaquam quantum ad eaſdem ſui partes vel moueatur vel maneat. ſed diceremus habere huiuſcemodi res in ſe, & rectitudinē & rotunditatem. vnde quantum ad rectitudinem ſpectat, ſtare, nunquā enim declinat. quantum ad rotunditatem in circulum & orbē agitari

ri con

ri contingit.cũ verò rectitudinem vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum,vel retro vel ante promouent & circũaguntur,nullibi conſiſtunt.His prædictis,Plato manifeſtiſſima deinceps ſubiungit,ita inquiẽs. Soc. Nulla igitur ex his obiectionibus nos perturbabit, neq; perſuadebit, quòd idem ſecundũ idem, & ad idem, ſimul contraria vel agat vel patiatur. Hic diſtinguit Plato ſimilitudines quæ in rebus inſunt,cùm oſtẽdit fieri poſſe, vt aliquis qui non diligenter eas perſpiciat, rationem quam vniuerſaliter dixerat, verã penitus in omnibus non eſſe opinetur.poſſe enim contraria eodem tempore ad idẽ & facere & pati affirmat, ſi ad partes ſpectemus,ſicut in homine qui aliis partibus mouetur,aliis quieſcit. In quibus patet non ſeruari proprie idem. ſed ſi quis oſtẽdere poſſet digitum & quieſcere & moueri ſimul, is ſanè prædictũ enunciatũ refelleret.Cùm igitur oſtẽdiſſet hic Plato, ſimilitudinẽ qua potuiſſet aliquis orationi ſupradictæ cõtradicere, ad aliam probabiliorem tranſiuit contradictionẽ, eamq; pari modo,ab aliquo obiectum iri aſſerit, qui ſimilitudinem à ſimilitudine diſcernere nõ valeat.in turbinibus ſiquidem dicere poſſes,contraria eodem in corpore continge

re.cùm ſcilicet vno in loco,fixum centrum habentes circumferuntur.verum in hoc etiam exemplo alteram ait eſſe turbinis partem quæ ſtet,alteram quæ circumagatur, quam circulũ ipſe, & orbem appellat.atq; in tota hac oratione ſcopũ ipſum ac ſignũ nos docet,quo intendentes diſcernere optime poſſimus,ea quæ ita diuerſo modo moueri dicuntur. quæq́; eadem & craſſa,& lata exquiſitę ſint,& quę non ita.Idem enim equus,eodem tempore ſimul & Athenas & Corinthum proficiſci nullo modo poteſt. neque eſſe ſimul,vel Athenis vel Corinthi eodem tempore.neque niger & albus, vel eſſe vel dici,ſub idem tempus.niſi videlicet dimidium corporis nigrum, alterum dimidium album fuerit.neq; item dimidium id quod album,ſimul & album & nigrum eodem tempore,poterit reperiri. In hoc ſcopo,diffuſius deinceps nos exercet, qua via idem à diuerſo,ſimili itẽ à diſſimili diſtingatur. Quod vbi peregit,ad verbum poſtea ita ſubiũgit: Ne igitur poſthac quiſpiã impremeditatos nos turbet, aſſerens nemi nem potum,ſed bonũ potum, neq; cibum, ſed bonum cibum appetere. Omnes enim bona appetũt. Si igitur ſitis appetitio eſt, boni vtiq; potus fuerit, aut alterius,cuius

Cõtraria non poſſe eodẽ modo ſimul eſſe aliquot exẽplis oſtendit.

eſt

eſt appetitio. Et de cæteris eodē modo. Fortaſſis enim inquit, qui hæc dicat, aliquid dicere videri poſſit. Verūtamē inquā ego, q̄cunq; eiuſmodi ſunt, vt alicuius ſint, talia quædā talis cuiuſdā ſunt, vt arbitror. ipſa autē quæq; ipſius cuiusq; dūtaxat. Cū in hac oratione, ſtatim in principio dicat, ne igitur poſthac quiſpiam impræmeditatos nos turbet, pſpicuū eſt verbū id, impræmeditatos, ab eo fuiſſe adiūctum, vt oſtēderet ſingula hæc, multo ſtudio, multiformiq́; exercitatiōe à nobis eſſe p̄meditāda. Hæc illa eſt phātaſia & viſio, quā Academici q Platoni ſucceſſere, circūquaq; verſatā nūcuparūt. neq; mirū eſſe debet, ꝙ ex multa propoſitæ rei cōſideratione, exactior cognitio acquirat. cū etiā ea quæ ſenſibus diſcernuntur, ſi quis frequētius contēpletur, certiori cognitione percipiat. ſicut in geminis vſu venire conſueuit, qui nulla diuerſitate prę diti videntur eſſe iis, qui ſunt inſueti, à familiarib. verò vel admodū facile internoſcūt.

Ex multa propoſitæ rei cōſideratione, exactior cognitio acquiritur. idē & in ſenſibus euenit.

ARGVMENTVM CAP. XVIII.

In rebus oboritur ſæpe fallacia ab æquiuocatione, quæ duplex eſt vna ex eiuſdē linguæ, altera ex propria ſingularū lingarū proprietate. veluti in exemplo Platonis patet. Explicatur inde varia diuiſionis acceptio.

Quem

Deceptionẽ ex cognatione & æquiuocationẽ ſæpenumero ſuboriri.

QVemadmodum verò enunciatorum ſimilitudines & diſſimilitudines inexercitatis, & impræmeditatis errorem exhibent, ita in rebus, quæ in controuerſiam veniunt, deceptio ſæpenumero ex cognatione præcipue, & æquiuocatione ſuboritur. quæ quidem duplex eſt. vna ex eiuſdẽ linguæ. altera ex propria ſingularum linguarum conſuetudine. Verbi cauſa, de animæ partibus quæſtio inſtituta fuit. & Plato quidem, idem non poſſe contraria in eodem & ad idem facere vel pati demonſtrauit, quod in ſequẽtibus poſtea explicauit, manifeſte idem, in anima appellãs ſpeciẽ, & partem. nonnulli verò, idem de facultatibus & potentia dictum fuiſſe aſſeuerant. quaſi ita dixiſſet, eandem facultatem, vno eodemq́ue tempore ad vnam & eandẽ rem contraria facere vel pati non poſſe: neque id conſiderantes, quod facere quidem, de potentia intelligi poteſt, pati verò non poteſt. in agendo enim, non in patiendo ſemper eo facultatis & potentiæ nomine, vti videtur Plato. Vnaquæque enim res, facere quidem aliquid poteſt ex potentia nimirum & facultate quam habet. non tamẽ pati poteſt ex potẽtia, ſed ex imbecillitate potius, cùm id quod concurrit, fortius validiusq́ue

diuſq́ue extiterit. Atque ex tota Platonis oratione, quemadmodum à me demonſtratum eſt, exq́ue his meis libris, in quibus de animæ generibus, & Platonis ſententia diſſerui, optimè patere arbitror, vnum ab eo dici, quod in quæſtione ſubiectum fuerit, ſiue ſubſtantiam, ſiue accidens propriū habeat. ſubſtantiamq́ue item appellari, quæ contraria non poteſt circa idem, eodem tēpore ſimul & facere & pati. Quin & diuiſionis nomē, propriè quidem dicitur, cùm cōtinuum aliquod, totum in membra fuerit diſpertitum. ex cuius translatione poſtea etiam nuncupatur, cum in genera, vel differentias, vel ſpecies diuiditur. confunduntur igitur aliqui in talibus ſectionibus, ità vt minime diſcerni ſubſtãtiæ in partes diuiſio à generum, differentiarum, & ſpecierum diuiſione facile poſſit. Præterea etiam magis, cum in tertio ſignificato, diuiſionē ſumunt dialectici vocum, ſcilicet in ſignificata. & item cum naturales ſubſtantias, ex materia & forma qualitatis experte compoſitas eſſe dicunt. Cùm etiam ex ſubiecta ſubſtantia, qualitatibus carente, & iis quæ ipſi accidunt, compoſitionem efficiūt. Hoc enim nonnulli philoſophi diuiſionem quoque appellant, perinde ac reſolutionem. nō

Diuiſionis nomē proprie.

tamen

tamen eſt quiſquam, qui ſubſtãtias in ſuas facultates & potentias diuidendas eſſe cenſeat. ſed ſingulas aſſerunt omnes, quamuis indiuiduæ ſint, ex facultatibus potentiisq́; quas habent, operari. Neq; abſolutè dicũt potentiam, habere ſubſtantias. ſed addunt modo comburendi, aut refrigerandi, aut arefaciendi, aut humectandi. modo comminiſcendi, & ratiocinandi, & ſeipſam mouendi. atque alia huiuſcemodi, quæ rationali anima operamur. Ipſa enim cum ſit vna, multas habere facultates manifeſtum eſt: quas omnes in prædicta diſſectione iam executi ſumus.

LVGDVNI

Excudebat Nicolaus Baccaneus.

M. D. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

FARNESI ALFREDO
Legatore di Libri
R O M A
Via S. Nicolò da Tolentino 46

image
not
available